

# OPVS INSIGNE CVI

TITVLVM FECIT AVTOR DEFENSOREM PACIS,  
quod quæstionem illam iam olim controuersam, De potestate PA  
PÆ ET IMPERATORIS excussissime tractet, profuturū Theolo  
gis, Iureconsultis, in summa optimarū literarum cultoribus  
omnibus. Scriptum quidem ante annos Ducentos, ad  
LVDOVICVM CAESAREM ex illustrissima Bauariæ  
ducum familia progenitum, at nunc in  
lucem primum æditum, per quā castigatè & diligenter. Quid  
uero contineat, index ostendit qui  
præfationem sequitur.



# PHILALETHES

AD LIBRVM

Vade liber manibus passim uoluende bonorum  
Et facili cunctis excipiente sinu.  
Quis sedet & fixum est, iustum, uerumq; tueri,  
Et stabilem contra sistere iniqua pedem.  
Hi tibi tam placidis occurrent mentibus omnes.  
Quàm Roma infano saucia felle gemet.





# IN MARSILII

PATAVINI PRO LODOVICO BAVARICO IMPERATORE  
ROMANORVM APOLOGIAM, ADVERSUS MENDACES  
HISTORIAS QVORVNDAM, LICENTII EVAN  
GELI SACERDOTIS. PRAEFATIO.



VM DILIGENTER MECVM TA-  
citus horum temporum perturbationes  
grauissimas, periculosissimasq; conside-  
ro, Christiane lector, quibus nullum iam  
scelus aut deest amplius, aut scelus es-  
se uidetur, quibus non absurde illud ac-  
comodaueris Osæ uaticinium. Male-  
dicitum, & mendacium, & homicidium  
& furtum, & adulterium inundauerūt,  
& sanguis sanguinem tetigit, non est ue-  
ritas, non est misericordia, non est scientia dei amplius in terra. Omnes  
uelut equus ad cursurā, ad prædā leo, accingimur ad maliciā. Quis iam  
pauperis miseretur? Quis uiduæ, aut pupilli circumscripti iniuria com-  
mouetur? quæ tribunalia iā sancta? Quæ iura non quæstui nunc, quàm  
bono, & æquo opportuniora? Vbi iam, uel à quibus (etiam proceribus  
Ecclesiasticis) in allegendis præfectis, seu officialibus diocesis, nō habet  
maior ratio eorum qui sunt meliores augendo censui, quàm retinendæ  
innocentię? In summa, dat census honores, census amicitias, census sa-  
cerdotia, cęsus auctoritatē. Pauperculus, quamuis pius, integer, prudēs  
ubiq; iacet. Locutus est diues & fatue, & omnes uerbum eius perduxer-  
unt usq; ad nubes. Locutus est pauper, & sensate, & nemo illi auscul-  
tauit. Cuius modestia iam non alget, audacia uero, & impudentia iam nō  
mirifice floret? Cuius ueritas iam non est publice odio, contra assenta-  
tio, adulatio, obsequium, non inter prima est in precio? Quando fuit  
minor cura bonę mentis, maior sitis pestilentissime cupiditatis? An non

A ij omnes à

oēs à maximo usq; ad minimū sequimur avaritiā. Quis innocentē imbecillā uindicat à potente? Quis iudex tam incorruptus, qui hodie non capiatur munere? Quādo minor iurisiurādi religio, periurij licentia maior, atq; cōtempcio? Quæ nam præuaricatio, fraus, perfidia, falsitas tanta, quæ nō ipsorum iurispe- ritorum subtilitate (ut ne dicam duplicitate) si dolosi spes alicunde refulserit numi, nō dealbetur pulcre, legibus plane iam ad ludibrium uersis? An non lu- dibria sunt, quæ pecunię gratia quotidie in iudicijs torquētur, eleuantur, elu- duntur, pro cuiusq; causidici iam libidine? Cui nunc iure experienti nō est mo- riendum citius, quā litem uidere exitum possit? O præclara iura, præclara ista tribunalia, quæ implorata, sic opem miseris ferunt, ut præstiterit multo id quic- quid erat, propter quod litem intenderūt perdidisse, quā in eos labyrinthos incidisse iudiciorum? Vidi, uidi ego quosdam non exiguę pecuniæ dominos huiusmodi mora & sufflamine litiū, ed redactos inopię, ut necesse haberēt mē- dicatim uictum querere, quosdā alios in πωχωνισιόε expirare, qui ante litem exordium censum quinq; millium possederant. Hocine est iam lites decidere, quieti & utilitati ciuium legitime cōsulere? Sed omissis iudicū subsellijs, quid sobrium, aut modestum, aut æquum animo meditatur iam amplius? Quādo luxus profusior, avaricia ardentior, stuprorum adulteriorumq; petulantia nequior, superbia erectior, ambitio impudentior, fraus perfidiosior, latrocinij uis improbior, sitis sanguinis acrior, bellorum periculorumq; omnium furor perniciosq; præsentior? Cui hęc tam uariam, tam multiplicem, tamq; iugē rerū omniū perturbationem, debere nos arbitrare, Lector Christiane? cui enim? nisi grauius lese ueritati Euangelicę. Illa nonne inuisa magis nobis, suis (quę admo- dum censerī quidem uolumus) uernaculis, quā ullis immanibus Barbaris? Quam enim auctoritatē inter nos illa, quā maiestatem iam sibi defendit ampli- us? Imo qd ea his tēpibus cōtemptius, quid conculcatius? Lumen mundi extin- ximus in nobis, & miramur si in omnia mala exoculate uelut belluę passim in- pingamus, imo (quod grauius) multi nō impingentes modo, uerum plane pe- reutes, nos perire præ mentis inopia non sentiamus, sed cladibus uelut uicto- ria insolescamus. Ego sum ueritas, & lux mundi, ait CHRISTVS, qui me se- quitur non ambulat in tenebris. Ecce ueritatem qui est Christus, contemnimus aperte, & nihilo tamen minus nomen Christiani non erubescimus transfuge ueritatis magnifice prætere. Si Christus ueritas? quid Christianus, nōne ue- ritatis ex professo discipulus? At quid aliud potuit docere ueritas, q̄ se ipsam, & discipulus aliud discere hac magistra, quam ueritatem ipsam? An nō ita con- uenit? An potest ignis esse non calidus, & quod attigerit, ab ipso nō incallescere? Ita Christus cum sit ueritas, quomodo potest suos non docuisse ueritatē? Vsq; quo ergo filij hominū, graui corde, relicta Christi ueritate, sequimur humanū sensum, hoc est uanitatem, & mendacium? cuius utiq; doctrina hęc est. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabunt. Beati qui esuriunt & sitiunt iusticiam, quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt. Beati pacifici, quoniam filij dei uocabuntur. Beati qui persecu- tionem patiuntur propter iusticiam, quoniam ipsorum est regnum coelorum. Quid horum iam nobis non plane insipidum uidetur, aut stupidum? Spiritu pauperem

Hor. multis gngit  
in gaden kritit

Præsentitū ma-  
lorum omnium  
caput contem-  
ptus uerbi dei.



pauperem, mitem, misericordem, pacificum, innocentem esse, lugere, esurire & sitire iusticiam, ac pati quoque amore illius persecutionem: quid his uobis obsoletius? quid insolentius hac tempestate? Quis hæc iam non ut delirantium somnia, & Hyberorum naenia exhibilat, atque explodit? Dic Latomo hæc, dic Egmondano, dic Hochstrato, cucullatis tantum (ne nomen sanctissimos Vicarios, & reuerendissimos illos infulatos) ut supersticiosum quendam te atque hæreticum eijcient continuo, illud Christi in te uelut cornu obuertentes: Vade retro nos Sathana, scandalum enim es nobis. Per ueritatē illam te obtestor hic, lector Christiane, in quo nam illa paupertas spiritus uera nunc spirat? Qui non nostri magis sensus spiritu inflati, alios nunc præ nobis, quasi sanctiores ipsi non quotidie condemnamus? Qui nunc uel uito offensi pilo, proximo nostro usque ad amentiam non irascimur? Qui honores, opes, uoluptates nunc non sitimus, uel in contumeliam iusticiæ? Misericordiam non magis temere nunc alicubi reperias inter homines, quam in coeni uolutabro bonum odorem. Age qui iam (non dico sumus) mundo corde, sed qui non abhorremus etiã hoc plus, quam ullum olim gentes obscœnum augurium. Vbi est ullus reliquus iam amplius in terris paci locus? Qui iam sustinemus propter iusticiam dei uel tenuissimã potentis alicuius inuidiã? Imò enim uero, quæ eam ipsi non obterimus atque oblidimus, ut statuamus nostram: ne iusticię dei (ut inquit Apostolus) simus subiecti? Si uero iam illa superiora lux mundi Christus docuit, hæc illi ex diametro contraria, non dubium, quin nox & cęcitas Stygia, pdiderit. Nihil igitur mirum, neque nouum, si Euangelicę lucis contemptę poenam merito luimus, si in densissimis humanarum superstitionum tenebris (uelut profundis tempestatibus) in foelicitate, idque indies magis ac magis naufragi iactamur, bellis atterimur, latrocinijs obsidemur, nouis & inauditis egritudinum foeditatibus uexamur, fame laboramus, tyrannis opprimimur, prodigijs ac monstris exagitamur, ferarum ac bestiarum improuisis incurSIONIBUS infestamur, eruptionibus aquarum delemur, hiatu & uoraginibus terrę absorbemur. Quoquo denique uersum oculos animusque intendimus, omnia seuta, infesta, dira, misera que occurrunt. Tumultuatur contra senem, ignobilis contra nobilem, dissipata, luxata, turbata, omnia ruere uidentur. Et futura presentibus grauiora adhuc formidabilioraque timeantur, neque iniuria. Has enim poenas, hæc supplicia à nobis reposita contempta ueritas, abiecta & despecta lucis disciplina. Quia paupertatē spiritus ridemus, nunc merito quoque regni coelorum spem, promissionemque, terrenis inhiantes, proieci mus. Quia mites esse desiimus, merito etiã non tam possidemus terram nunc, quam pro ea cedibus, & acie cruenta conflagimus. Quia iniusticiam sitimus, & opprimimus iam passim iustum, merito nusquam ferè iam uestigium iusticię ultra reperimus, & mutuis inuicem iniurijs nos euertimus. Quia misericordiã repudiamus, merito illam ipsi etiam aliquãdo grauius desideramus. Quoniã nihil iam corde amplectimur mundum, merito quoque purissimum ueritatis radium non assequimur, sed mendacio circumuenti, penitus à fide & Euangelio excidimus. Quid est enim aliud ab Euangelio excidere, te obtestamur lector Christiane, quam pro Christi lenitate arrogantiam, pietate insolentiam, charitate odiũ, pace bellum, exinanitione dominationem, & imperium orbis terrarum (ut quotidie fit) usurpare? & nihilo minus adhuc de fide, de Christianismo sibi placere? An usquam Christus docuit, terrena impia in hoc seculo ambienda? an ne

*Euangelicę lucis contemptę poenã luimus.*

A iij omnibus

*Phariseorum  
imitatores ma-  
gis quam Apo-  
stolorum.*

omnibus modis ista potius monuit fugienda: (id quod à ueris eius discipulis constat esse seruatum ad assem) cū dixit. Non potestis deo seruire & mammonæ. Qui rite in illum crediderunt olim, hoc uerum nihil omnino hesitantes, omnibus sponte abdicatis, uelut proiectis onerosis sarcinis, uitæ dominium liberi, expeditique sunt secuti, cæteris cœcorum duces se professis, hoc irridentibus. In quo ista periculosissima etatenihil ueremur. ipsi quoque Phariseos sequi magis quæ Apostolos, dicentes expedire in primis Ecclesię omnia habere pingua omnia uectigalia sibi, sagaciter cõquirentes ex tota scriptura sancta, diuitum aliquot nomina, quibus nostrā fulciamus utcūque sententiam, sexcentis interim locis contrarijs, clausis oculis (ut dici solet) dedita opera preteritis. Nectamē paululum interfuerit, inter illorum & nostras (si quis aduertat diligenter) rationes. Primo uereor ne non æque sancto iure, nos opes nostras, atque Abraam Iacob, Isaach, Iob, cæterisque tales suas, parauerimus. Qui non nisi ex labore, & agricultura innocentissime querebant sua. Nos sine molestia nostra, alieno labore (sepe etiam dolore) uereor ne confecerimus nostra. Præterea illi, hæc nec diuitias aestimabant quidem, nec cū affluerent, cor adijciebant sicuti nos, qui pro his acrius inter nos, quæ pro uita ipsa belligeramus. Plurimum igitur inter illos & nos, inquam, uereor ne interit diuersitatis, si modum, si usum, si affectū diligenter quis expendat, & nec ideo quæ nostrā sententiā, illorū iuari quæ posse exemplis, quæ tantum aut plus etiam abfuerint ab ista cupiditate nostra (quæ nos diuitias inhiamus modo) quantum illud ipsorum seculū, ab hoc nostro trugalitate iam abest, & continentia seculo. Quando illi cędibus inter se quidianis pro his rebus modo sic debacchabant uti nos? Quādo uero non has illi instrumenta habebant beneficentię etiam aduersus aduenas & ignotos: cum nos ferè aut iniurię inferendę, aut lasciuie habeamus præsidia. Quando illi eas non ita denique habebant, tanquam non haberent? Contra, nos, quādo eis non ita uiuimus addicti, ut possideri magis quæ possidere eas, mancipia magis esse, quæ domini earum deprehendamus: ut nulla Christi beneficia in nos tanti sint nobis, quorū non promptissime obliuiscamur, mammonæ huius infelicis ergo (odiosa dictu sunt hæc, at odiosius uere obijci ista nobis posse, nec uere possi refelli) aut putamus Abraam illum quantascunque opes ægre amitturum fuisse propter deū, propter quem unigenito etiam filio indubie omni substantia terrena, ne dum sua, sibi iucundiore, tam equo animo luerat cariturus? Age qui auaricię nostre ab illorum sanctorum exemplis quærimus patrociniū ridicule quidem, conseramus nostrum animum, cum illorum erga istas sordes animo, & dicamus tunc (si quid pudet nos) illi fuerunt diuites, ergo nobis licet per fas & nefas die noctuque ad diuitias eniti illorum pretextu. Quis nostrum ex tot lucrosissimis sacerdotijs, quæ Romæ mira sollicitudine conterramus assidue, uno uellet carere nunc æquo animo propter Christum, fabę semodio? At illi filios unigenitos etiam occidissent, animo in illius gratię spem obsequētissimo. Illi patriā & omnem cognationem suam, ad eius uocem sine mora relinquebant. Nos contra eius edictum, agrum agro, domum domui copulamus ullo iam absque termino eo (quod bene uertat) processimus, ut angustiora spacia reliquerimus, prophanis, quæ eis abstulimus, nec quiescimus præterea, priusquam illas quæ reliquias inuolamus, totum populū unā cū liberis & uxoribus nobis seruū sistamus, idque cum fecerimus Abrahę eiusque similitum sanctorum exemplo licuisse defendemus.

*Auaritię nos-  
trę ridicule pa-  
trociamur ex  
emplis Sancto-  
rum.*

Nonne

Nonne bellā fuerit hæc collatio? Cui unum illi unq̄ iniuria pullum gallinæ  
cæcum ademerunt: nos autē quotidie nostri compendij causa totas familias euet  
timus, & tamen sal terræ censerī (merito sane) populi comparatione affecta  
mus. Christus non uno in loco suos negat esse de hoc mundo, ut nec semet  
ipsum quoq̄, dicens: Si mundus uos odit, scitote quia me priorem uobis odio  
habuit. Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret utiq̄, quia ues  
ro de mundo non estis, sed ego elegi uos de mundo, propterea odit uos mūdus.

Ecce quem Christus elegit non est huius mūdi. Quare Paulus, si mundo, inq̄,  
placere, Christi seruus non essem. Et nos pro dominio mundano non secus aut  
leuius quotidie q̄ ulli ethnici, Alexandri, aut Iulij olim (quorum etiam nomi  
nibus ne abstinemus quidē) nunc nullis non copijs depugnamus. Hoccine est  
ex Christi præscripto esse mites? hoc spiritu esse pauperes? hoc misericordes?  
hoc sitire & esurire iusticiam? Hoccine est consentientem cito esse in uia aduer  
sario? non resistere malo? ferienti dexterā maxillam, præbere ei & alteram? Hoc  
cine est inquam, auferre uolenti nobis tunicam, dimittere ei & pallium? hoc dili  
gere inimicos, & benefacere his qui oderunt nos? An Christū hæc docuisse suos  
tergiuersari audemus, aut possumus citra euidentissimum præuaricationis cri  
men? Quid his manifestius, quid notius tandē? Sed ut elabamur hinc aliq̄ stro  
pha. Nō sunt ista (inquimus) ad literam sic accipienda, imo hæreticū feroci  
ter pronunciamus eum statim, quisquis potius germanum sensum scripturæ  
q̄ coactum à nobis, duxerit esse tuendum, explanationi sanctorum patrū (nem  
pe Scoti, Thomæ, Syluestri, Catharini, & id farinæ hominū) asserentes in heren  
dum. Cū ergo nulq̄ scripturæ de se credere liceat, sed interpretis sensum ubiq̄ ne  
cesse sit amplecti pro uerissimo, quid hoc aliud est tandē, q̄ subigi inuitos ho  
minibus (etiam nauici quibusdam) credere, deo autē non credere? Imo quid ali  
ud hoc, q̄ abrogata lege diuina, populum Christianū alligare libidini humane,  
& id palam agere ut Ecclēsia nulla certa iam amplius norit Euangeliā, nullos  
certos habeat Apostolos & Prophetas? Iam em̄ quod (cogitare saltē scelus sit  
inexpiabile) audet impietas affirmare meliorē scilicet multo Ecclesiam fuisse  
futurā, sine Euangelijs, p̄inde nec scribi aliquādo ea nec recipi expediuisse. O lin  
guā sulphure & naphtha ardēte cōpescendam, Christus inq̄ apostolis suis, Eūn  
tes in mundū uniuersum p̄dicate Euangeliū omni creature, impietas inq̄, meli  
us fuisse nunq̄ natū Euangeliū. Hoc est, hoc est, colaphū Christo īfringere,  
Hoc sane nemini (opinor) nō palā, nihil pp̄modū in scripturis sc̄is reliquū iā,  
cui genuinus, pp̄rius, & suus sup̄sit intellectus amplius. Omnia ad n̄am pompā,  
ambitiōē potentiā, detorsimus. Pasce oues meas, Sequere me. Da pro te & me.  
Tu conuersus confirma aliquā fratres tuos. Duo gladij hic, Tibi dabo clauēs re  
gni cœlorum. Quod cuiq̄ ligaueris, &c. Quid autē horum iam nostrę nō ser  
uit libidini, magis q̄ Christi intentioni? Et licet aptissima sit (uel cœcis) horum  
omnium sententiā, si totā estimes historiam Euangeliij, nihilominus sic tamen  
ea contendimus accipienda, ueluti eis in rem nostram profuerit abuti. Pari mo  
do quis nostrum ferat iam, aliter q̄ pro arbitrato nostro & hæc intelligi? Qui nō  
accipit crucem suam, & sequitur me, nō est me dignus. Nolite thesaurizare uo  
bis in terra, ubi fur effodiat, tinea arrodat. Principes gentium dominant̄ eorū,  
& qui maiores sunt, potestati exercēt in eos. Non ita erit inter uos, sed quicūq̄  
uoluerit inter uos maior fieri, sit uester minister. Et qui uoluerit inter uos primus

A iij esse, erit

Non est huius  
mundi quē ele  
git Christus.

Etiam in hoc meliorē  
futurā sine euangelijs  
Impietas dom̄.

Colaphū Chri  
sto īfringere.

esse, erit uester seruus. Sicut filius hominis non uenit ministrari, sed ministrare. Nequaquam his adstruere nobis licebit (quem defendimus) An tistitis Ro. primatum, nisi inducto callide fuco aliquo, & cohibente ueritate (ne exerere sese quoquam possit libere) tectorio incrustauerimus haec, alioque sine hoc, sole liquidius apparerebit, humilitatem nobis sacerdotibus a Christo ibi praecipit. Sic non erit inter uos. Et ediuerso superioritate (ut uocant) dominandi plane interdicta. An inter uos non dominabimini, sicut subditis dominant reges gentium: hoc ualet scilicet, Tu Petre cum tuis successoribus Romani imperii haeres esto perpetuus? O expositionem (ne dicam quid grauius) obelisco dignam. Deinde, Ego ueni ministrare, & non ministrari. est, Imperatores, & reges terrarum, tua ac successorum tuorum, in solio plus quam regio praesidentum, uenerabundi gemmata osculentur uestigia, Tum illud. Qui primus uoluerit esse inter uos, erit uester seruus. Et qui uoluerit inter uos fieri maior, sit uester minister. aliud significat nihil, quam apud nos est percipiendi potestas, reliqua Ecclesia manet parum necessitas. O Petre si hoc uerbis tuis uoluit magister uisus, cur tu igitur factus iam princeps & caput fratrum tuorum inquit ipse: Subiecti esto te omni humanae creaturae propter deum, siue regi, quasi precellenti, siue ducibus, tanquam ab eo missis. Sed increpat grauius hic sanctissimus quidam, Non te tibi haec, sed subditis loqui. Quam opportune hunc ille repperit (quo confugeret) cauum, quasi uero Petrus quicquid docuit unquam uerbotenens (ut nos modo) & non magis multo opere atque exemplo docuerit perpetuo, & hoc quod ipsum Christi magistri sui more atque instituto, de quo Euangelista inquit, Coepit Iesus facere & docere. Sic & Paulus. Estote inquit imitatores mei, sicut & ego sum Christi. Vnde & idem factorem uerbi commendat, non auditorem seu doctorem solum, nisi fortasse docere & non facere decebat Petrum, & sumpto inde iam more decet idem nunc ceteros, fateor ingenuae (quam mea est obtusitas) me Theologia hanc non intelligere. Praeterea quid ita idem Petrus una cum Iohanne, ab Apostolis reliquis ire in Samariam iussus, iuit: aut quid ita non pudit Apostolos ad ministerium hoc abuti principis sui prerogatiua: aut cur nihil istiusmodi tandem ipse praefert omnino in epistolis suis, dicens. Seniores ergo qui in uobis sunt, obsecro consenior. Oro te Lector, an usquam in his uerbis ullum primatus momentum tibi suboleat saltim. Obsecro seniores qui in uobis sunt consenior. Quid his uerbis modestius: quod simplicius: Consenior dicendo, primum nihil sibi supra ceteros arrogat, deinde obsecrando, nihil imperij, nihil primatus in illos sibi uendicat. Et profecto si Petrum, si Paulum ipsum, aliosque in scriptura diuina loquentes nobis, tam Prophetas, quam Apostolos potius, quam nostra ipsorum somnia, audimus, certe nihil se aliud quam ministros, & potestate suam quam ministerium nuncupant ipsi, ab omni honoris specie, ne dicam primatus ambitione, abhorrentes longissime. Nonne ipse dominus (est enim inculcandum hoc sepius) inquit. Non ueni ministrari, sed ministrare. Nec satis erit seruo ut sit sicut dominus suus nisi etiam maior sit illo: Quid opus est pluribus: Nostri scholijs & commentarijs uniuersa, prope scripturam diuinam sustulimus atque euerimus. Non est euerfa fortasse, quae muta nihilo plus fere loqui aut potest ipsa sub nobis tyrannis, quam puer sub pedagogi ferulis, hoc est, nihil nisi quod nobis placuerit, meros principatus, primatus, monarchias: cum ipsa interim nobis (nostri inanibus fumis remotis) nihil prius quam harum rerum contemptum ubique suggerat. Impium, opes aurum, uilia, caduca, fugacia clamitans. Petrus Simonis Mago, aurum offerenti, tecum sit inquit, aurum tuum in perditionem. Ecclesiasticus. Aurum (ait) lignum est offensionis, uel eis qui sectantur illud.

Quam belle ista  
quadrant lector  
te oro attende.

Non potest intel  
ligi Theologia  
haec.

us rano  
m m m  
hgr

Scholijs nostris  
uniuersam pro  
pe sublatam scri  
pturam diuinam

illud. Et nos bone deus, quos hamos, quas naffas, quæ retia, malo isti modo non teximus assidue: quid auri & potentia gratia non tentamus impigre? Quem scripturæ locum non adulteramus? Paucis illis uerbis. Ecce duo gladij hic, Mundi gladium Imperatori extorsimus, & Ecclesiæ (si placet Christo) asseruimus non instrenue, quamuis ipse affirmet, regnum suum non esse de hoc mundo, & iuratissimus eius Orator Paulus clamitet. Arma nostra non sunt carnalia, sed potentia deo. Et quo nihil omittamus inausum, nos ipsos, fundamentum & caput statuimus uniuersalis Ecclesiæ. Hinc nata illa (olim ignota penitus sanctis) uocabula, generalis Vicarius, Pon. Max. & alia multa huiusmodi adhuc illis peregriniora. Quorum nihil legimus in Petro, sibi tribuisse aut usurpasse Petrum. Paulus nullum agnoscit caput Ecclesiæ, præter Christum. Nos uero utriusque, Ecclesiæ & imperij scilicet caput adhuc nobis rescribimus. Quantas autem eo nomine Tragædias hæctenus ipsi Ecclesiæ exciuerimus, quot cum Imperatoribus prophanissime certauerimus, referre longissime esset historia. In quibus, Ludouicus Bauaricus Imperator indyctus, illustrissimi sanguinis Bauarici (unde, & Palatinorum Rheni Comitum propagata celsitudo) fulgentissimum decus, magnanimitate, clementia, religione, cunctis pacis bellicisque artibus omnibus denique imperatorij laudibus, nulli temporis sui principum secundus, cuius defensionem subiecimus (quam mallem Germano eum debere quam exteris) adeo arroganter, superbe, contumeliose acceptus est primum à Iohanne xxij. Deinde à Benedicto .xij. Et postremo à Clemente .vi. urbis Romæ Episcopis, ut nihil supra, ob nullum grauius delictum, ut etiam Baptista Egnatius (& si alioqui, suorum Romanorum Pontificum studiosior ferè nimio) confitetur ipse, quam quæ citra Iohannis assensum appellationem Imperatoris sibi usurpare sustinuerit. Hæc uisa est illi Romanæ sanctitati idonea satis ratio, quare tanto principi diuinis interdiceret non solum, uerum etiam, hæreticum, per dispersos ad hoc ipsum à se omnibus locis concionatores in fontem puulgaret. Et concitantem rebellionis studio contra eundem, omnes iuratos ei quocumque modo sacramento absolueret, bello præterea uexaret, ducesque, ad id bellum potissimos Cardinales & Abbates legeret, Clemens etiam Carolum Bocemiæ regem, aduersarium ei ab electoribus designandum, procuraret, quo eo plus discordiarum & cædiu inter principes Christianos exardesceret, qua una techna semper hæctenus suam tutatam sunt funestam istam orbi potentiam. Si quis uicarius Christi esse potest his moribus, non uideo equidem, qui non etiam possit Christi uicarius, qui uis mundi esse tyrannus. Sin autem non uindicandum, si pro persecutoribus orandum, etiam his qui oderunt eum benefaciendum, regnum terrenum fugiendum, ab omni auaricia abstinentium, secundum spiritum non secundum carnem ambulandum, non uideo rursus quomodo inter supra dictos mores, & Christi institutum, non intersit omnino plurimum. Neque me lateat quantam hic Camarinam moueo. Sed interim, ualeat ualeant inquit, quicumque sunt (uel sacerdotes) illi, quorum gratiam aliter quam ueritatis transfuga, retinere non possum propter quam ipsa quoque futurum prædixit ueritas, ut fratrem frater traderet in mortem, & pater filium, & insuper insurgerent filij in parentes, & morte eos afficerent. Tantum abest ut cuiquam amicus esse possim aut debeam, qui huic ueritati ipse amicus non fuerit, ut nulli etiam blandissimo naturæ uinculo, imo ne angelo quidem de coelo aliud annuncianti hic cedendum sit mihi. Hæc itaque ueritas (quæ una uera pacem, charitatemque largitur mortalibus) cum à regno mundano abster-

*Arma nostra non sunt carnalia.*

*Iniurie & contumeliae Ro. Pontifici in Ludouico Bauaricum Imperato.*

*Et quod Rhomæ coronatus a cardinalibus. Clementis Pontificis in Ludouico Bauaricum Imperato.*

*Duces bellicarum Cardinales & Abbates.*

*Ne angelo quidem credendum contra Euangelium.*

reat

reat passim tot locis, tot modis ipsa suos, itidem inculcās, regnū meū nō est de hoc mundo. Et uos nō estis de hoc mūdo. Et nisi quis renunciauerit oībus. Itē facilis est intrare Camelum per foramen acus quam diuitem in regnū coeloz. Preterea. Et illud. Nō potestis seruire simul deo & māmonæ. Nec non parabolā illā diuitis in inferno sepulti epulonis. Et alterius illius maiora horrea somniantis. Quid item illam cōmīnationem in diuites asperrimā? Vē uobis diuitibus, qui habetis consolationē uestram. Vē uobis qui saturati estis, quia esurietis. Vē uobis qui ridetis nūc, quia lugebitis & flebitis. Ecquid fortasse nō satis liquida sunt ista Christi filij dei, quo aīo erga terrena hęc esse suos uelit, indicia? Et tamē Bñdīctus. xij. cum Mediolani, Veronæ, Vicentij, Mantuæ, Rhegij, Cararij, Patuij, Ferrariæ, Mutinæ, Argentæ absentis Ludouici imperatoris præfectos eorundem locorum (certo illis imperato quotānis tributo) suos institueret Vicarios, apostolice Ludouicum hac arte spoliāns possessione Italiæ, omnē imperij potestātē suā esse dīctabat, eo q̄ Christi Iesu superni regis esset unicus in terris Vicarius, successor Petri. Nunquid hoc est secundum spiritū ambulare? aut secularibus se negotijs nō implicare? iuxta præceptū Pauli Thimotheo scribentis? Nemo militans deo, implicat se negotijs secularibus, ut ei placeat cui se probauit. Sed hic in promptu adest duplex nobis solutio: una, Romanū Pont. nō alligari uerbis Pauli, quoniā inferior non habeat imperiū in superiorē. Altera, quod ipsius uterq̄ sit gladius solius, cui tertia auctarij uice accedit, Omnia esse eiusdem, propter illum Christi sermonem: Data est mihi potestas omnis in cælo & in terra. Hinc absolutā potestatem elicuimus, hinc utrunq̄ gladiū nobis assumpsimus, hinc auctoritatem supra Concilia (etiam Euangeliā ipsa) attribuimus, hinc imperiū asseruimus, & quieturam nunquā in Reges & Imperatores dominationem arripuimus: cum tamen multum diuersa monuerit Christus, non in terra scilicet thesaurizandum, sed in cælo, baiulandam crucem, nō triplicē gemmis auroq̄ coronā uertice gestandā, ministrandū non impandū. Sic nūc uiuūt, sic arbitrio nostro scriptura exponitur, sic hominū sensum hominum spiritum, pro scripturæ sensu, pro dei spiritu iam discimus atq̄ suscipimus? Hunc audimus, huic obtemperamus, Christi uero sermonem, quinam usquam audimus iam, aut credimus amplius? Attamen ille dixit. Oues meæ uocem meam agnoscunt, & ego uicissim agnosco illas. Alienum nō audiunt ille, sed fugiunt. Si igitur oues Christi eius uocē audiunt unius, & alienum fugiūt qui possumus tandē nos probare oues illius esse? qui hoc miserrimo tempore, eius Euangeliū non modo non audimus, sed odimus insuper, sublatūq̄ è mundo uellemus, dicentes (o nefas) meliorem fore Ecclesiam absq̄ uerbo Christi. Qui nusq̄ non suum sermonem, sua mandata solum inculcat custodienda, inquit. Qui habet mandata mea & seruat ea, ille est qui diligit me. Cōtra autē, quid exprobrat durius Iudeis, q̄ sermonem suum ab eis præteritū? cum inquit. Si manseritis in sermone meo, uere discipuli mei eritis, & cognoscetis ueritatē, & ueritas liberabit uos. Rursus paulo inferius. Qui ex deo est uerba dei audit, propterea uos non auditis, quia ex deo non estis. Ab initio cōditi hominis si excutias, lector Christiane, inuenies omnes, qui deo placuisse à scriptura sancta cōmemorantur, dei sermonē, non suū homines docuisse. Quādo te rogo, Moses, quando Heliseus, Helias, & sic deinceps, ad nouissimū usq̄ dixit. Hęc ego Moses, hęc ego Helias, & non semper potius, hęc dicit dominus deus.

*Quia Christus Rex supernus ideo Papa Imperator terre = nus. Quid hic ridetis?*

*Solutio duplex*

*Papistarum ab soluta potestas unde corruata*

*Ministrandum nō imperandū.*

*Nec Prophetas nec Apostolos alium sermonem ad homines protulisse q̄ Dei.*

deus uester? Quando Petrus, quando Paulus suum aut hominis prædicauit  
 Euangelium, & nõ Christi? Nonne ingenue testatur Paulus, Euangelium quod  
 ipse doceret, non ab homine esse, sed à Christo, execraturq; eum libere (uel an-  
 gelude cælo) q̄squis præter illud añunciare sustinuerit aliud, Quid: q̄ quatuor  
 Euangelia hæc, quibus solis assentitur Ecclesia, annis ante aduentum in carne  
 Christi circiter sexcentis, spiritu dei reuelate, præuidit Ezechiel: prophetiã qua-  
 tuor Euangeliorum, similitudine quatuor animalium, quorum primũ hominis,  
 secundũ leonis, tertium uituli, quartũ aquilæ, absolutissime exprimens, in quibus  
 singulis, singula de Christo sacramenta figurantur. In hominis facie natiuitas  
 eius in carne, in leonis, rugitus prædicationis Euangelicæ, seu resurrectionis sacra-  
 mentũ. in uituli, sacerdotium æternũ, in aquilæ, diuinitatis mysterium propagandæ  
 toto mundo Ecclesiæ prodendum. An Ecclesia carebit eorũ Euangelijs quos suę  
 Euangelistas ipse spiritus dedit Ecclesiæ? Matthæus cũ esset publicanus, ad hoc  
 munus ab ipso (quis dubitet?) Christo uocatus, Euangelium primo, sermone He-  
 bræo adidit Iudæis ad Christũ cõuersis, Marci Euangelium, Euangelium est Petri,  
 cui à Christo dictũ peculiariter fuit, Pasce oues meas. Ita & Lucæ Euangelium  
 Pauli est gentium doctoris, affecuti arcana dei, quæ non licet homini loqui,  
 à quo ei tribuitur etiã laus in Euangelio per omnes Ecclesias. Iohannes qui de  
 cruce dñi sui meruit audire, Ecce mater tua, ab omnibus Asiæ totius Episcopis  
 & legationibus fatigatus, nouissimo scripsit Euangelium, neq; tamẽ id operis  
 suscipere ante est ausus, quàm indicto in cõmune ieiunio & orationibus deũ  
 propiciasset. Hoc Euangelium fortasse existimabimus licuisse (si collibuisse)  
 destituere Ecclesiæ, quod tot precibus, tot legationibus, indictis insuper publi-  
 ce supplicationibus & ieiunio, ut scriberet impetrauit? Quare parcius obiecerit  
 quisq; est, ita hæc Euangelia suscepta ab Ecclesia tanq̄ in arbitrio eius fuerit, nõ  
 etiã ea suscipe, & uerbum ueritatis reijcere. Proinde Euangelia approbauit Ecclesia,  
 nõ hoc est, auctoritatẽ detulit quã si libuisset auferre q̄q; potuisset, ut Plato. aut  
 Aristo. opa hæc tenus doctorũ hominũ cõsensus approbauit, pro quorũ ueritate  
 nemo tamẽ facile mori audeat. Sed approbasse Euangelia Ecclesiã, est eã indu-  
 bitabili eorũ ueritati (pro qua etiã mori eam, si modo esse uelit salua, oporteat)  
 tanq̄ loquentis corã Christi uerbo inseparabiliter inhesisse. An Ecclesia, cuius  
 misericordia saluata est, in eius uerbum auderet hanc sibi desumere censurã, ut in  
 ullo eius (uel minimo) apice dissentiret ab illo, & non potius suspiceret modis  
 omnibus atq; adoraret? si prophetiã quæras uaticinio Ezechielis, si ministros  
 primos, fidei Apostolis atq; columnis, si auctorem qui mãdauit toto mũdo an-  
 nũciari immortalis seculorũ rege Christo ipso mota atq; subacta. Sed non satis  
 hoc, Ecclesiæ adscribere licentiã, in utrãuis partẽ ferendi de Euangelio Christi sen-  
 tentiam, nisi amplius dicat quidã, optimũ fuisse nullũ olim proditũ literis Euã-  
 gelium, ergo quod nemo (nisi prophanissimus) negat sancto spiritu inspiran-  
 te ad eruditionẽ & consolationẽ Ecclesiæ scriptũ, optimũ esset, nõ fuisse scriptũ.  
 ergo Euangelistæ perniciosi fuerunt Ecclesiæ? ergo apostoli qui mundo tradide-  
 runt primi quod erat nociturũ, non doctores, sed destructores fuerunt ueritatis?  
 Et qui mãdauit prædicare ipse Christus, nõ id mandauit, quod esset optimum  
 sed quod, phibuisse fuisset optimũ? Quid hoc est mõstri deus bone, expedire uti-  
 litati Ecclesiæ Euangelia nulla scripta aliquãdo fuisse? Et qualis illa per Christũ  
 futura esset tandẽ Christianorũ Ecclesia, sine uerbo Christi, super quo uno, uelut  
 super

Quatuor Euangelia  
 Ez. thul p̄mdu. 600  
 annis ante J̄m natũ

Euangelia ecclia approbata  
 An etiam ita li autoritate nõ  
 berũ fuerit Ecclia Euange-  
 lia, approbare,  
 ut ea quoq; im-  
 probare iuxta  
 potuerit,

Attẽde hæc im-  
 piam blasphemiam  
 Lector.



super firmam petram fundata, atq; extracta est. Ecclesiam ne illam futurā putemus: an Synagogā potius quampiā Sathanę sine Euangelio Christi: Cur ipsa Ecclesia nullā missam: nullā concionem sine Euangelio celebrari instituit: Cur Euangelio adorabundī ex more assurgimus, si adeo nullus est usus in Ecclesia illius: Ecce cuiusmodi Tragoedię mouentur nūc ob hoc, ut unius hominuli potestātē exæquemus Christo, quod aliter fieri posse non speramus, nisi prętexto Ecclesię nomine, illi destituendi si uelit etiā Euangelij asseramus auctoritatē. Sed Christus inquit, Qui ex deo est uerba dei audit, propterea uos nō auditis, quia ex deo nō estis. Quod si ita est, ergo quicumq; à deo inspirate manifestatū (quod negauerit nemo, ut dixi, nisi Sathanas ipse) Euāgelij nō audit, aut Ecclesię perniciosum asserit, ex deo nō est, sed ex patre diabolo, cuius desideria cupit perficere. Si manseritis in sermone meo, inquit idem saluator noster Christus, uere mei discipuli eritis, & cognoscetis ueritatem, & ueritas liberabit uos. ergo qui in Euāgelio eius nō pmāserit, nō erit discipulus uerus Christi. Cuius ergo: Antichristi. Nec cognoscet ueritatē. Quid ergo sequerē: mendaciū patris sui operabitur, nec liberabitur à ueritate. Quid patietur: cum hædis, hoc est impijs ad sinistra statuetur. Sed ut memor principij, recurrā ad caput aliquādo thematis mei, Cū ueritas, hoc est, fides uerbi dei, sola ab interitu liberet, incredulitas euerat, quid adhuc dubitamus quin propter explosam iam undiq; illam mala hæc presentia (grauiora indies laturi) sustineamus: Dominus per Hieremiam dixit. Ego autē plantaui te uineam electā, omne semē uerū, quomodo ergo conuersa es mihi in prauū, uinea aliena: Ecce in uinea sua electa omne semē uerū plantaui. Nos uerū in prauū cōuertimus, ideo quoq; non domini uinea sumus electa, sed aliena. Quid ita aliena: quia uerbū illius adulteramus. Ille locutus est. Nō addetis ad uerbum quod loquor uobis, nec auferetis ex eo. Nos autē interminationem hanc eius nihil ueriti, pro uerbo illius sacro, nostrū firæ Ecclesię sensum obrudimus oppresse, id quod nos locuti sumus, uerbum domini asseuerantes, nihil illud fulmen propheticū cogitantes. Vē qui sapientes estis in oculis uestris & corā uobis, metipsis prudentes. Vā qui dicitis malū bonū, & bonū malū, ponētes tenebras lucē, & lucē tenebras. Quid autē aliud facimus, scripturā ad uoluntatē nostram libidinēq; excipientes, quā lucem nostra, dei uero uerba tenebras interpretātes: Inde merito quoq; hæc opprobās nobis Hiere, inquit, Propheta & sacerdos polluti sunt, & in domo mea inueni malum eorū, ait dominus. Iccirco uia eorū erit quasi lubricū in tenebris, impellentur enim & corruent in ea, afferā enim super eos mala, annū uisitationis eorum ait dominus. Idem Petrus admonuit dicens, Tempus est ut incipiat iudiciū, à domo dei, si autē primū à nobis: quis finis eorum qui nō crediderūt Euāgelio dei: Sed hæc illi nobis omnino tanq; qui fabellā (quod aiunt) surdis. Obrudimus enim aduersus ueritatem penitus, & ut aspides surde, utiliter incantantis uocē scripturæ obturata pertinaciter aure excludimus. Vale Christiane

*Cōminatio domini in sacerdotibus.*

Lector, & Ecclesiasticę disciplinę ad deteriora prolabantis quotidie  
(quoniam aliter nihil restat ferē) communibus mecū suis

spirijs ingemisce. Anno domini

M. D. XXII.

DEO SOLI HONOR ET GLORIA.

**O**ptime lector, ut statim inuenire possis, quæ in codice hoc continentur, numerum qui in Indice est, ex numero ternionum (quoniam is omissus est in paginis) sic obseruabis. Singularum paginarum cum binæ sint facies, quælibet proprium significat numerum. Cum itaque omnes ex æquo sint terniones, qui uis ternio continet facies duodecim, unde b qui primus est ternio operis, facies prima erit 1. secunda 2. & sic deinceps usque ad c, cuius prima facies 13. d prima 25. numerabis usque ad ultimum ternionem. Quod si sic obseruaueris, facile reperies omnia in hoc libro, uel absque numero: uel numerum etiam ipse adscripseris nullo negotio. Vale candidè, & boni consule.

# INDEX

RERVM IN DEFENSIO

REM PACIS.

- A**bdicatio temporalium in proprio, & communi etiam, quoad dominium pertinet, ad statum perfectionis. 173
- Aboluere à iuramento, principum nemo potest. 114
- Actiones immanentes & transeuntes quæ dicantur. 12
- Actuum humanorum differentia, imperati & non imperati, immanentes, transeuntes. 129
- Actuum humanorum regulæ, diuina & humana. 130
- Actionem simpliciter perfectam habens, potest dependere ab habente minus perfectam. 359
- Acephala non est ecclesia, quia Christus caput. 347
- Adam primus, qualis, & ad quid formatus. 16
- Adæ lapsus qualis, & poena qualis 16
- Adam quomodo Abel interfecit nem punierit. 8
- Adrianus tertius statuit, ne Imperator intromitteret se in papæ electione 180
- Agri ecclesie quæ dicantur uere, & quomodo sint uel episcopi, uel Cæsaris. 189
- Agricultura caporum quare inuenta. 13
- Alexandriæ quales fuerint episcopi. 195
- Ambitiosi in republica molesti. 57
- Ambitio qualis sit, & dicatur. 63
- Ambrosij intentio de tradendis basilicis. 324
- Aiæ humanas in porcos ingredi. 18
- Anima omnis sit subiecta potestati bus superioribus. 107
- Animalium generatio describitur 11
- Antenoridem se testatur Mar. Pat. 4
- Apostoli primi doctores, & sacramentorum ministri. 74
- Apostoli clauium potestatem acceperunt, & tradiderunt. 78
- Apostolorum non est iudices constituere. 106
- Apostolicus indigne sibi usurpat secularia. 106
- Apostoli steterunt iudicandi, non sederunt iudicantes. 106
- Apostolis & episcopis qualem Christus potestatem contulerit. 116
- Apostoli eandem cum Petro potestatem absoluendi acceperunt. 117. & 193
- Apostolorum nullus super alium eminentiam habuit in dignitate essentiali. 198
- Apostoli in communi distribuerunt oblata fidelium, non solus Petrus. 202
- Apostolorum nullus fuit lege diuina determinatus ad aliquem populum. 205
- Apostoli ad omnes gentes missi, non illi aut alteri parrochia. 210
- Apostoli plures, non solus Petrus, manus imposuerunt. 212
- Apostoli docuerunt suos successores, ne essent presumptuosi. 212
- Apostoli soli aliquando eligebant episcopos plebi, sed non semper, quin aliquando populo idoneo committebant. 212
- Apostoli ubi predicauerint, & quando. 222
- Apostoli omnes sub principum coactiua iurisdictione uixerunt, & alios

- sic uiuere docuerunt. 223  
 Apostolorum successores subditi fue-  
 runt principibus. 223  
 Apostolorum successores bona mobi-  
 lia possidere non possunt, si uelint  
 esse perfecti. 183  
 Apostolici uiri quid & quando tollat  
 in uia temporalium rerū. 183  
 Apostolorū hæreditas, non sunt tem-  
 poralia, à successoribus tantopere  
 conseruanda, uide ibidem 269  
 Apostolis & apostolicis uiris interdicitur  
 dominatus. 269  
 Apostoli oēs æquales, & fratres iussi à  
 Christo nominari. 315  
 Apostolos omnes, operis sui uicarios  
 Christus constituit. 317  
 Apostolis omnibus à Christo oues cō-  
 missæ, probatur 349  
 Apostolis quibus uerbis Christus cur-  
 ram pastoralem cōmiserit. 341  
 Apostoli non exercuerunt iudicis of-  
 ficiū. 343  
 Apostolis nunquam mandatum, ut  
 Petro subessent. 346  
 Apostoli dextras societatis dederunt,  
 & acceperunt. 346  
 Apostolis qd Christus tradiderit 350  
 Apostolos Christus docuit spernere  
 omnia quæ in mundo, nō fecit prin-  
 cipes rerum secularium. 351  
 Arrii hæresis unde orta. 238  
 Archidiaconus quis dicatur. 195  
 Aristocratia quid sit. 22  
 Artes non ex uno solo perfecte tradū-  
 tur. 32  
 Artium mater tranquillitas. 1  
 Artificia quare inter homines inuen-  
 ta. 12  
 Asiæ principatum modus. 24  
 Astrorum imagines pro studiosis con-  
 fictæ. 15  
 Augustini iudiciū de libris legen-  
 dis, & autoritate eorum. 228  
 Aurelianensis uniuersitas accepit re-  
 gulas à Parisien. & statuta. 224  
 Auxentius Arrianus cogebat tormen-  
 tis ad hæresim suam catholicos, &  
 arguitur ab Hilario. 138  
 Anausos artifex mechanicus 16  
 Basilicæ construi non debent si-  
 ne legislatoris consensu. 218  
 Bellum triplex papistarum contra ue-  
 ritatis assertores. 80  
 Beneficia ecclesiastica quæ sint. 197  
 Beneficiorum primi fructus Ro-  
 mam rapiuntur. 272  
 Beneficia ecclesiastica distribuenda à  
 legislatore. 348  
 Bernardus uidetur excedere pro papa  
 contra canonem. 348  
 Bonifacius octauus quibus uis clerū  
 auxerit. 134  
 Bonifacij octaui malignitas in regem  
 Francorum. 243  
 Breuitati qua rōne autor studuerit 5  
 Anō Bibliæ fōs est ueritatis 222  
 Canon regula est & mēsurā 228  
 Canonice scripturæ solæ certi-  
 tudinem præstant, & de necessitate  
 salutis credendæ. 226  
 Canonicis episcopaliū ecclesiarum  
 solis electio iniuste defertur episco-  
 porum. 267  
 Capite unico mortali ecclesia non in-  
 diger. 347  
 Capitaneatus uel contestabiliarie po-  
 testas quid sit. 22  
 Character sacerdotalis ordinis quid  
 sit. 125, & 192  
 Characteris sacerdotalis causa deus  
 solus dicitur 191  
 Characterem quando apostoli à Chri-  
 sto susceperint. 192  
 Cardinales sunt clerici de collegio Ro-  
 mani episcopi. 228  
 Cardinalium iudicio non debet sub-  
 esse electio uniuersalis ep̄i. 293  
 Catilina unā cū coniuratoribus à Ci-  
 cerone quomodo punitus. 45  
 Causidicos honorat & extollit pa-  
 pa. 269  
 Causidici quales in ecclesia. 270  
 Cæsari se Paulus subiectum uere dis-  
 xit, & seruo. 115  
 Ceremonialia ueteris legis Christi-  
 nis prohibita. 140  
 Cicet. prudētia in facto Catilinæ 46

IN DEFENSOREM PACIS.

Circumcisio quare instituta.	17	Clerici subsint publicis oneribus, probatur ibidem.	
Ciuitas est uelut aialis natura.	6. & 50	Clericis assignandus numerus quem non excedant.	134
Ciuitatis ad tranquillitatē qualis proportio.	6	Cogi nemo debet ad legis euangelicæ præcepta seruanda.	138
Ciuitas quid sit, & propter quid.	7	Collegia literarum papa sibi iniuste subdidit.	247
Ciuium cōmunitatum quæ sint originēs.	7	Cōmunitas prima quæ fuerit.	7
Ciuitas est perfecta cōmunitas, omnē habens terminum per se sufficiens, gratia uiuendi.	9	Communia nemo curat, de proprijs uero omnes.	55
Ciuitatū finis est bene uiuere.	9	Concilium generale congregare debet solus princeps uniuersalis, uel legislator.	225. & 232
Ciuitatis origo & causa.	10	Concilium generale fouet spiritus sanctus.	227
Ciuitates necessaria habent sex officia.	11	Conciliorum generalium determinationes quales habendæ.	227
Ciuium officiorū conditio & finis.	19	Concilia quatuor, Nicenū, Constantinopolitanum, Ephesinum, & Cælidonense.	231
Ciuitatis partes sunt homines utiles reipublicæ.	20	Concilium per quos, ubi, & quando congregandum.	232
Ciuis quō proprie describatur.	37	Concilia generalia de quibus debeant diffinire.	233
Ciuitas est cōmunitas liberorū.	38	Concilijs generalibus interfuerūt Imperatores & Imperatrices.	ibidem
Ciuium pluralitas nec praua est, nec indiscreta.	41	Concilium etiā à non sacerdotibus integrari potest.	235
Ciuium pluralitas, & si non sit legis inuentor, potest tamen de ea iudicare.	42	Concilio generali interesse debēt laici in lege diuina eruditi potius quā episcopi indocti.	236
Ciuitas quare dicatur una.	67, & 69	Concilia à fidei principe debent congregari, probatur.	237,
Ciuitatis tranquillæ descriptio.	72	Conciliorum decretis obseruantiam mandare Cæsaris est.	240
Clauium potestatem dicere solent, auctoritatem soluendi & ligandi à peccatis.	75	Conciliorum generalium decreta circa fidem non mutanda.	243
Claues, id est plenitudo potestatis, rīdicule exponitur.	89	Conciliorum, regum, & papæ auctoritas circa beneficia & officia.	244
Clauium potestas quid dicatur.	117	Concilium à quo congregandum, si princeps sit infidelis.	255
Clauigeri tantum sunt sacerdotes in ecclesia.	127	Conciliorum primorum causæ & fructus.	277
Clementis epistola non recipitur tantquam certa.	313	Concordia res parue crescunt.	2
Clemens non potuit uel debuit narrare Iacobo, quæ Christus præceperat & docuerat.	313	Confessione secreta homines periclitantur.	216
Clementem mentiuntur quidam fuisse maioris auctoritatis, quàm Iacobus apostolus.	314	Confitendi propositum necessarium dicitur in poenitente.	119
Clerici diuino præcepto subditi sunt principibus seculi.	107		
Clerici non implicare se debent secularibus negotijs.	113		
Clerici subijciuntur quo ad quædam secularibus iudicibus.	132		
Clericorum augmentum Cæsari plurimum præiudicat.	134		

- Constantinus ex deuotione arguitur  
habuisse prius in clericos iurisdic-  
tionem. 154
- Constantini donatio creditur & præ-  
dicatur à clericis. 154
- Constantinus quandam præeminens-  
tiam tribuit Romanis episcopis su-  
per ceteros mundi episcopos 203
- Constantino inscriptum edictum pri-  
mam narrat clericorum exemptio-  
nem. 224
- Constantinus concilia Christianis pri-  
mus permisit, & Nicenum congre-  
gavit. 224
- Constantini dicta non sunt de cas-  
none. 326
- Contraria contrariorum factura. 2
- Cor primum formatur in corpore.  
re. 58
- Coronatio Cæsarem non facit, sed factum  
ostendit. 289
- Corporis Christi mystici forma & ue-  
nustas uel deformitas unde sumas-  
tur. 271
- Corpus quomodo se habeat ad ani-  
mam, & econtra. 357
- Credens in Christum non est in ira  
dei. 118
- Credendum solis libris canonici-  
cis. 229
- Credere multiphariam accipi-  
tur. ibidem.
- Curatus intelligitur nomine episco-  
pi. 215
- Curatus indoctus periculum est po-  
pulo. 215
- Christus in mundum uenit ob testimo-  
nium ueritatis. 3
- Christus saluator quid egerit. 74
- Christus non solum fuit rex regis Ro-  
manorum, sed etiam regum aliorum,  
quod papa sibi usurpare non au-  
det. 77
- Christus potuit Petro dare omnia, sed  
noluit. 93
- Christus alicui plura dare potuit, quæ  
sit mundus hic totus, sed non des-  
dit. 93
- Christum non uenisse ut dominetur  
in hoc seculo. 93
- Christus exclusit se & discipulos suos  
& successores à mundano principatu,  
exemplo, uerbo, consilio, & præ-  
cepto. 94
- Christus uoluit subesse mundi princi-  
pibus. 94
- Christi regnum non est de hoc mun-  
do. 94
- Christi regnum est in caelis. 95
- Christus regiam potentiam sus-  
cepit. 96
- Christi regnum est doctrina fidei, & re-  
gimen secundum eam. 96
- Christus etiam interpellatus iudicem  
agere noluit, & hæreditatis diuisio-  
nem. 97
- Christus potestati Cæsaris se subdidit  
usque ad mortem. 100
- Christus factus scribitur sub lege, ex-  
ponitur id est sub iudice secundum  
legem. 102
- Christus non ministrari uenerat, sed  
ministrare. 102
- Christus quid fideles docuerit. 116
- Christus unicus iudex & legislator pro  
futuro seculo. 135
- Christus non cogit quenquam ad suæ  
legis obseruantiam ibidem.
- Christus medicus est non iudex ibid.
- Christus apostolos noluit esse recto-  
res in temporalibus. 150
- Christus humilitatis & paupertatis  
doctor. 150
- Christus docuit renunciare tempo-  
ralibus. 151
- Christus quare principum statum sibi  
non elegit. 153
- Christus summum perfectionis præ-  
cipue monstrauit. 174
- Christus statum infirmorum non da-  
mnauit. 175
- Christus non omnia permissa exer-  
cuit. 175
- Christus possessiones habere potuis-  
set cum obseruatiã eorum quæ ipse  
met consuluit. 175
- Christus & apostoli habuerunt usum  
licitum rerum sine dominio. 186
- Christus rex regum non temporalis,  
sed æternus. 190

IN DEFENSOREM PACIS.

Christus apostolos omnes æqualiter ordinauit & misit.	198	Deum solum remittere peccata.	118
Christus quid instituerit.	275	Dei cultus hominibus necessarius, & qua ratione.	10
Christus paupertatem summam docuit & seruauit.	276	Deus quæ operetur in homine peccatore per se & per sacerdotes.	126
Christus unicum fundamētum & caput ecclesiæ, non Petrus.	314	Deus cognitionem suæ docuit potius quàm exegit.	137
Christus rogauit pro fide omnium apostolorum, non solum Petri.	316	Deus solus perfectus est.	142
Christi sermo ad uarios sæpe dirigitur.	317	Deus solus imprimat characterem & gratiam.	249
Christi & papæ comparatio.	329	Diaconi recipiunt suum characterem	192
Christus subiecti uoluit dominis temporalibus.	344	Diaconi primi non à Petro solo, sed ab omnibus apostolis instituti.	211
Christiani ad ea quæ pacis sunt obligantur.	3	Dignitas non mutat habitus uiri	270
Christiana religio neminem priuat iure suo.	113	Discipuli olim uocabantur omnes Christiani.	214
		Discordiarum pessima incommoda.	2
		Discordia regnorum pestis; & praua dispositio.	6
		Diuitiæ secundum suam naturam ad bonum proficiunt magis quàm ad malum.	59
		Diues & pauper qui dicantur.	160
		Diuitias habere sine amore, difficile	169
		Diuitias omnes perfectus derelinquit	169
		Diuitias nec habere nec amare tutum.	169
		Diuites premuntur multis incommodis ad uirtutem	169
		Diuitiæ quomodo in ecclesiam irruerint.	354
		Doctores ciuitatibus necessarij	10
		Doctores euangelij sustentari debent à Christianis.	179. & 181
		Doctores euangelij sustentationem perdere possunt, sed non in iudicio.	ibi.
		Doctores euangelij artificio potius uel aliàs necessaria sibi querere debent quàm extreme pauperes Christianos nos onerare.	179
		Doctores euangelicos hodie nec laborem nec mendicare necesse est	179
		Doctores euangelici nihil recipiunt superflui super presentem necessitatem uel ingruentem propter se.	182
		Doctor dignior medico.	357
		Domuum ædificationes quæ fuerint causæ.	7
		Dominiū quid proprie significet	158
Decima sacerdotibus non debetur, sed sustentatio.	179		
Decimarum usus & pro quibus ordinatæ sint.	246		
Decimam in reipublicæ usum conuertere posse.	ibidem		
Decreta pontificum non præiudicant legibus Imperatorum, probatur hoc lege diuina.	109		
Decreta sunt legumlationes in clericos.	264		
Decretales Romanorum pontificum contra Christum sunt.	204		
Decretales pontificum non sunt de canone.	228		
Decretales dicuntur papæ instituta, non leges, & id quare.	266		
Decretalibus & decretis non omnino fides habenda.	348		
Decretalium conditores quantæ auctoritatis sint.	349		
Decretales neque humanæ neque diuinae leges sunt.	ibidem		
Diffinitionem in materia fidei Petrus non solus fecit.	328		
Democratia quid sit.	22		
Despotica unde contingat principi.	95		
Determinatio de fide nullo modo solum pertinet ad papam & Cardinales.	233		

INDEX RERVM

- Dominiij abdicatio per uotū licita est  
 pro quolibet tempore. 163  
 Dominiij abdicatio est consiliū Chri-  
 sti. ibidem.  
 Dominiū temporaliū perfectis non  
 competit. 172. & 175  
 Dominiū temporale quale Christus  
 habuerit. 174  
 Dominiū habentes & possessiones  
 Christus damnare noluit, licet con-  
 trarium consuluerit. 174  
 Dominiū habuisse Christum & apo-  
 stolos arguitur sed & soluitur 177  
 Dominiū temporalium rerum per-  
 fectorum apud quos remaneat 187  
 Dominiū immobiliū perfectis non  
 cōpetit secundū Christi cōsiliū 183  
 Dominiū rei perfectus nō habens,  
 potest tamen rem uendere & cōmu-  
 tare, declaratur 185  
 Dominiū emi posse ab non habentē  
 te probatur 185  
 Dominiū perfectus nō recipit rei, li-  
 cet eam emat. 185  
 In dominio nullius res existēs & à per-  
 fecto occupari pro sua necessitate,  
 si licite à quoquā recipi possit. 186  
 Dominus rei & utens differunt. 186  
 Dominiū rei non nisi uolenti con-  
 ceditur, etiā si utatur usq; ad rei con-  
 sumptionem. 187  
 Dominiū rei consumptibilis quo-  
 modo seperetur ab usu perfecti euā-  
 gelici pauperis. 188  
 Dominiā immobiliū rerū quomo-  
 do sint apud episcopos. 189  
 Dominiū habere eum qui redemit  
 non uniuersaliter uerum. 189  
 Dominus temporalis non fuit Chri-  
 stus humano dñio, sed æterno. 190  
 Dubia in scripturis per quem deter-  
 minanda. 231
- E**cclēsia quid significet. 83  
 Ecclesiam se dicunt papa & Car-  
 dinales. 84  
 Ecclesia uniuersitas fideiū credentiū  
 & inuocantiū nomen Christi, & hu-  
 iusmodi uniuersitatis pars quæli-  
 bet. 84
- Ecclesiastici uiri sunt omnes Christi-  
 fideles. 84  
 Ecclesiæ agri soluunt tributum secun-  
 dum Ambrosium. 99  
 Ecclesiæ prælati primo monendi, se-  
 cundo compellendi per principes se-  
 culares. 103  
 Ecclesia seruit sub regibus huius secu-  
 li, maxime fidelibus. 113  
 Ecclesiarū patroni quō se habeant in  
 rebus ecclesiæ defensandis 180  
 Ecclesiarū patroni possunt esse de nu-  
 mero perfectorum. 180  
 Ecclesiæ episcopus fiat à multitudine,  
 iuncto sacerdotum collegio. 217  
 Ecclesia per seculares tantū exercere  
 potest iudicia secularia, & ut possit  
 habet à principe terreno 220  
 Ecclesiæ iudiciū quare uerum. 229  
 Ecclesiæ uniuersali credendū nō esset,  
 si cōtra canonem bibliæ doceret ali-  
 quid. 229  
 Ecclesiæ statuta quæ fideles ligent, &  
 sub qua poena. 242  
 Ecclesiasticorū bonorum potestas cui  
 cōmittenda. 246  
 Ecclesiæ fundamentū & caput solus  
 Christus, non papa. 249  
 Ecclesiæ in spiritualibus caput supre-  
 mum, quale habeat officium. 251  
 Ecclesiæ unicum caput ordinandum  
 in concilio conuocando. 252  
 Ecclesiam defendere obligantur, maxi-  
 me quidem sacerdotes, sed tamē &  
 laici in diuinis literis eruditi necessi-  
 tatis tempore. 254  
 Electio ē certior regula p̄cipatus 27  
 Electionum ceremoniæ non sunt ne-  
 cessariæ. 37  
 Electores ad bonam electionē habere  
 necesse est & difficile. 56  
 Electio non est per se causa mali 62  
 Electionem quomodo impie corrupe-  
 rint Romani pontifices. 267  
 Electionem Ro. regis papa falso uult  
 à se pendere, qua ratione. 290  
 Electio Romanorum regis qualis ha-  
 beatur apud papam. 291  
 Electionem Romanorum regis papa  
 uult destrui. 291



IN DEFENSOREM PACIS.

- Electores imperij papa multipliciter præiudicat. 291
- Electores imperij uenerabiles nunquam eligent hæreticum, ut timet papa 292
- Electores imperij septem meliores sunt uno papa Romano. 292
- Ecclesiarum temporalia à quibus dispensanda ostenditur. 215
- Ecclesiastico ordine infecto corpus Christi mysticum ægrotat. 270
- Ecclesiastica officia à quibus institui debeant uel distribui. 348
- Ecclesiastica officia dupliciter intelliguntur. 348
- Episkeia quid sit uide 47
- Eps uidetur habere iurisdictionem super cæteros ministros ecclesie. 91
- Episcoporum est spiritualia & cœlestia dispensare. 97
- Episcopi regnant, sed non ex deo 104
- Episcopi nullo iure principes esse possunt. 110
- Episcoporum arma contra inimicos sunt lachrymæ & orationes. 110
- Episcopi indignationem Petri & Pauli acquirunt, qui potestati non obediunt sublimiori. 111
- Episcopis debetur honor & reuerentia & obedientia secundum euangelium non contra. ibidem.
- Episcopis potestas secularis ex euangelio non data est. 111
- Episcopus principi seculari subiicitur puniendus in his quæ humana lege præcipiuntur. 133
- Episcopus non dicitur proprie iudex sed doctor. 136
- Episcopi plus autoritatis sibi sumunt quam Christus. 139
- Episcoporum mala uita populos deducit ad desperationem futuri seculi 152
- Episcopi sunt pauperum spoliatores & consanguineos ditant. 152
- Episcopi pauperum rapinas prauè consumunt. 152
- Episcopi laborant symoniaca prauitate. 152
- Episcopi omnium opposita agunt, quæ secundum euangelium prædicant obseruanda. 153
- Episcopi & clerici contenti esse debent alimeto quotidiano & necessario tegumento, si uelint esse perfecti 178
- Eps omnis prouisor & cõseruator est rerum pauperum. 189. & 196
- Episcopum oportere hospitem esse dupliciter intelligitur. 188
- Episcopi non peccare se sciant, si Cæsari rerum suarum dominia & usum permittant. 189
- Eps à sacerdote non differt. 193
- Episcopus est nomen curæ & sollicitudinis. 194
- Episcopi quando instituti, & à sacerdotibus distincti. 194
- Episcopi aliquando eligebantur à tota plebe. 196
- Episcopi officium est ordinare ritum ecclesie, & personas regulare. 196
- Episcopi olim uocabantur Iconomi reuerendi. 196
- Eps secundum Hier. est archiepiscopus ibi.
- Episcopi pares & apostolorum successores, & sancti Petri. 196. & 204
- Episcopus non habet autoritatem in cõepiscopos. 198
- Episcopi primus institutor est Christus 209
- Eps extra suam prouinciã ministerium suum agere potest iure diuino. 210
- Episcopus instituere debet fidelium multitudinem, probat autoritate & ratione. 214
- Episcopi nomine etiam curatus intelligitur. 215
- Episcopi approbatio fiat à principe 218
- Episcopi Ro. consuluerunt alij episcopi in duabus, ob multas rationes. 223
- Episcopi Romani bene faciebant alijs Christianis. 223
- Episcopi in primitiua ecclesia uix reperiuntur propter persecutiones. ibi.
- Episcopatibus notorie indigni præficiuntur. 236. & 267
- Episcopi indocti in lege dei non pertinent ad concilium 236
- Episcopum unicum esse caput aliorum uarie tractatur. 248
- Episcopi omnes æqualis sunt meriti & autoritatis. 249
- Episcopus quis primus haberi debeat inter alios. 252.

Episcopus Romanus quare cæteris præferendus. 252  
 Episcoporum potestas quo ordine in creuerit ad institutiones rituum, ex communicationes, & indulgentias. 264  
 Episcopi sermonis diuini ignari 268  
 Episcopatum maiorum contagione læduntur minores. 270  
 Episcopos indoctos & iuuenes papa promouet. 270  
 Episcopi plebi constituuntur exemplar. 270  
 Episcopum distinguere à sacerdote arguitur & soluitur. 305  
 Episcopos instituere non est ius Cæsaris, sed electiones à communitate factas approbare. 323  
 Episcopi omnes Romano principi subiecti probantur penes quem iurgia sua detulerunt. 326  
 Episcopi non est secularia iudicare 344  
 Episcopi moderni quomodo secularibus negotijs resignent. 355  
 Episcopi sunt animarum doctores 358  
 Episcopus neminem cogere potest 358  
 Episcopi non sunt Christi uicarij uniuersaliter. 361  
 Euangelica historia breuiter complexa. 74  
 Euangelia descripta diuina uirtute & quare. 74  
 Euangelij ministri iudices non sint 105  
 Euangelica lex qualiter lex dici uel non dici debeat. 136  
 Euangelium pro isto statu doctrina dicitur, non lex. 136  
 Euangelica lex sufficit uitæ humanæ. 141  
 Euangelica lex cur sit lata, & quomodo sit perfecta. 142  
 Euangelij determinatus minister alendus est à populo. 181  
 Euangelij minister eligendi potestas apud populum est. ibidē.  
 Euangelicus doctor debitum sibi uictum & amictum coacte exigere non debet. 181  
 Euangelici doctores nihil superflui recipiant super præsentem necessitatem uel ingruentem propter se 181

Euangelio non crederem nisi me &c. Augustini dictum exponitur eleganter. 229  
 Eucharistiae sacramentum quid contineat. 74  
 Excommunicatio quare ordinata in ecclesia. 117  
 Excommunicatio quando inferri debeat, & quomodo. 122  
 Excommunicatio duplicem habet potestatem annexam. 122  
 Excommunicatio fit mediate, sed principaliter à populo uel ecclesia. 122  
 Excommunicatio non fiat sine consilio plurimorum. 123  
 Excommunicatio pro criminibus notorijs iniungenda. 123  
 Excommunicationis forma ex euangelio sumpta. 123  
 Excommunicat ecclesia fidelium, non solum clericorum. 124  
 Excommunicatio propter quid, quibus, & qualiter ferenda ex Paulo, & ratione probabili ostenditur. 124  
 Excommunicatio principis à solis clericis non tenet. 125  
 Excommunicatio generalis soli generali concilio reseruatur. 243  
 Excommunicare communitatem uel principem nullus episcopus per se potest. 242  
 Excommunicatio pro debitis pecuniarijs quam sit iniqua. 265  
 Exempti nulli sunt à subiectione principis secularis. 114  
 Expertus quis uere dicatur, & sit 32

**F**Allacia. non propter hoc accidere, nisi sunt papistæ contra simplicitatem credentium. 81  
 Festa omnium sanctorum Gregorius quartus ex assensu Ludouici Imperatoris instituit. 247  
 Fides quibus scripturis habenda 312  
 Fides catholica una est, non plures 224  
 Fide, spe, & charitate primum eximus ab hæresi & desperatione. 167  
 Fideles in primitiua ecclesia adhuc rudes. 213

IN DEFENSOREM PACIS.

Fidei dogmata decerni à solo uniuersali concilio debent.	225	haberi nō posse absq̃ dominio	164
Fidei Christianæ dogmata publice determinare coadunatis & audientibus nemo conetur.	238	Hæretici exilio, & rerum amissione puniendi.	239
Fidelium uniuersitas episcopum eligit, & Cæsar approbat.	240	Hæreticos principes puniebant olim non papa.	239
Finis ecclesiastici iudicis quò tēdat	91	Heroica tempora quæ dicantur.	25
Franciæ reges beneficia ecclesiastica laudabiliter distribuūt.	219	Heroës qui sint.	25
Franci non sunt lege diuina inferiores alijs omnibus regnis à dominio pat̃.	235	Hilarius Auxentium increpat, quod cogebat eos quos hæreticos æstimaret.	138
Fratris interfectio quomodo & quando punienda.	8	Holocaustorum ritus quare à deo institutus.	171
Fratres gaudentes in Italia.	134	Homo quare artibus indiguerit	10
<b>G</b> eneratio formæ & subiecti determinatio sunt eiusdem.	49	Homini unde causetur corruptio.	10
Gentilium leges de deo male senserunt.	16	Homini quare fuerit necessaria tranquillitas.	10
Gentilium leges Christianismo conuerti.	16	Homines non subsistunt pacifice sine custodibus.	10
Gladij usus apostolico interdicit̃	342	Homini quare necessarius sit deus cultus.	10
Gladij duo quò intelligendi	344	Homo quando bene uirat.	12
Glossa quantū habeat autoritatis	316	Homini actiones & passiones duplices.	12
<b>H</b> enrici septimi laus & dexteritas, & à papa irrogata sibi iniuria.	266	Homo infirmatus in anima per originale peccatum	17
Henrici septimi iniuria de sententiâ & re iudicata.	286	Homo quare non statim post lapsum restitutus.	18
Hæreticos coërcere poenis est solius legislatoris humani.	112	Homini anima non est sine sinistris affectionibus.	31
Hæretici non sunt cogendi ad fidem tormentis, probatur	138	Hospitalitatem episcopi & sacerdotes colere obligantur.	178
Hæretici à presbyteris decendi, horrandi, arguendi, terrendi extremo iudicio Christi.	143	Hospitalitatem Christus non semper tenuit.	189
Hæreticorum uerus iudex, est solus Christus.	144	<b>I</b> mperator quid importet	195
Hæretici qualiter inter homines puniendi, & à quo.	144	Imperatorū superflua deuotio Romanos pontifices insolentes fecit & superbos.	289
Hæretici qualiter inquirendi & iudicandi.	145	Imperatorum coronatio unde ortū habuerit.	289
Hæreticam doctrinam sacerdos exarminet.	145	Imperator periurus imperio, si iurat exacta iuramenta à papa.	291
De hæreticis qui & quomodo debeant iudicare.	147	Imperium periclitatur ex regis coronatione hæctenus consueta.	292
Hæresis est dicere rem aut eius usum		Imperio uacante, propter papæ usum imminet principibus & regnis periculum non ferendum.	292
		Imperator si foret hæreticus, non à solo papa, sed ab alijs potius iudicandus.	293

## INDEX

Imperatoris electio non debet subesse Cardinalium iudicio.	293
Imperatores & reges lege diuina obligantur obistere paparum conatibus.	304
Imperatores olim fauebant hæreticis, 323. uide Cæsar & rex.	
Indulgentiæ mali papæ contra Ludouicum inanes.	297
Infirmitas est impedimentum membrorum à suis operibus.	6
Inuentionis difficillimæ sunt rerum initiã, non sic augere difficile.	43
Isidorus cum reliquis contra canonẽ, negandus.	320
Italiã discordia fregit, & populis subiugauit.	2
Italiam pax erexit super nationes.	2
Itali cæteris infeliciores effecti.	2
Italici passio ignominia exprobratur.	2
Italici regni discordia unde causatur.	73
Italiæ damna deflenda ab optimis.	305
A iuramento principibus factum subditum absolueret, hæresis est.	114
Ius duplex, diuinum, & humanum, & quomodo conueniant uel differant.	155
Ius duplex, naturale, & ciuile.	157
Ius rectæ rationis est agibile dictamen.	157
Ius uarie acceptum declaratur	158
Iurisdictionem coactiuam uocat papa gladium temporalem.	259
Iura canonica unde nomen fortita.	266
Iuramenta Cæsaris quæ papa ab eo exigit.	291
Iuramentum licitum Romanus episcopus dispensare nequit.	296
Iniustitiæ duo genera.	79
Iudex & iudicium quot modis significant.	88
Iudicialis principatus quare introductus.	13
Iudicia uarie redduntur.	31
Iudex nihil sine lege definiat.	33
Iudicibus quam paucissima committenda.	33

## RERVM

Iudicis ecclesiastici finis quod tēdat	91
Iudicium institutio principum est, nõ apostolicorum.	106
Iudex legum humanarum & diuinarum quis sit.	131
Iudicium sacerdotum multum differt à iudicio principum.	137
Iudex duplex secundum legem diuinam, Christus & episcopus, sed diuersimode.	143
Iudicis sententiam quæ inquisitio præcedere debeat.	144
Iudicij secularis officium sacerdotibus non conuenit.	343
Iudicia secularia unde ad sacerdotes manarint.	355
Iudicialia officia sunt auferenda à sacerdotibus.	356
Iudex animarum solus Christus est pro seculo futuro.	358
Iuuenum neglectus destruit politias	33
<b>L</b> Aici in lege diuina eruditi interesse debent concilio generali.	236
Leonis papæ edictum ad Orthodoxum primum.	281
Legum diuinarum causæ necessariorum.	14
Legis Mosaicæ institutio & utilitas	18
Legis euangelicæ præcepta & causæ.	18
Lex gratiæ nominatur lex euangelica.	18
Lex multa significat autoritate scripturæ.	28
Leges etiam sectæ uocantur.	28
Lex accipitur dupliciter.	29
Lex quomodo sit præceptum coactiuum.	29
Leges barbarorum imperfectæ.	29
Legumlationis necessitas declaratur	30. & 33
Lex primum imperfecta, additione posteriorum completur.	31
Lex longa deliberatione statuerenda	31
Lex per oculum à ueteribus depicta.	33
Lex debet omnibus principari.	34
Legis descriptio.	36
Legislatores sunt populus seu ciuium uniuersitas, uide	36

IN DEFENSOREM PACIS.

Leges sub poena tpali ferantur.	36	Litis importabilia nocumenta.	3
Legum promulgatio quomodo facienda.	37	Litis causam autor uult pandere.	4
Legum latoris unde oriatur autoritas 37. & qualis sit.	39	Loculi Iude seruibant comunia Christo & apostolis.	173
Lex optima quae confert ad commune ciuium.	38	Logicæ unicum inuentorem se iactat Aristoteles.	32
Legem subditi libentius ferunt quam ipsi tulerunt.	39	Londensis episcopi facinus.	268
Legislatorum iniquitas dissoluit politiam.	39	Ludouicus Cæsaris Bauarici laus inclyta.	4
Absq; lege nihil iudicandū.	31	Ludo. Bauaro hic liber ascriptus.	4
Legislator careat malitia & ignorantia.	40	Ludouicum ex Bauariæ ducibus papa Ioannes impediuit inique à quietâ possessione imperij.	293
Legislatorem esse populum nō debere, arguitur pro utraq; parte.	40	Ludouico Imperatori ingratus coluber.	294
De legibus ferendis possunt & idiotæ discernere.	42	Ludo. Imperator arbor optima	244
Leges non feruntur neq; facilius neq; melius.	43	Ludouicum papa iniustus cæsuris subdere ausus est.	294
Legum adinueniendarū modus pulchre describitur.	44	Contra Ludouicum Cæsarem instituti prædicatores à papa.	295
Leges humanæ quando & quomodo obligent.	44	Ludouico fideles, papa à iuramento absoluit.	295
Legum inuentio nō omnium est.	36	Contra Ludouicum papæ doctrina iniqua, & spernenda maxime.	296
Leges perpetuo durent.	54	Ludouicus exemplum sit alijs principibus, ut papam obseruent & caueant.	298
Leges humanæ quæ dicantur.	131	Ludouicum papa bello uexat, instituto capiteo, Cardinalem & abbatem, pro facinus.	301
Lex Christi ad quid data.	131		
Lex euangelica sufficit uitæ humanæ.	141		
Legalium obseruantia Christianis nō præcepta.	140		
Liber hic per se stat, nullius egens probatione.	5	<b>M</b> agistrorum tituli profunt episcopis.	247
Libertas est finis operum militarium uide	19	Magnanimus appetit magnos honores.	63
Libertas Christianorū qualis sit.	113	Marsilius Patavinus Antenoridem se testatur.	4
Licentia in disciplinis potius à principe seculari, quam à papa uel episcopo conferenda.	246	Marsilij Patauini pia intentio ad aggrendum hoc opus.	4
Licitū quid proprie dicatur.	156	Marsilius Patavinus arbitrat sibi desuper datum, ut noscat reserare sophismata Romanorum episcoporum.	79
Licita quædam lege humana, illicita lege diuina sunt.	157	Marsilij Patauini pro ueritate constantia.	81
Licitum est, quod iuxta legem dei est licitum.	158	Marsilius Patavinus Aurelianis studuit.	224
Licitus usus rerum uel illicitus quoties fiat.	161	Marsilius Patavinus ueritatis precorū uide.	286
Limbū patres habitauerunt usque ad Christum.	18		

INDEX RERVM

Marfilij Patauini fides, & zelus iustus  
 & ueritatis assertio. 304  
 Marfilius Patauinus alium librū scripsit, uel scribere proposuit de translatione imperij, utinā prodiret. 363  
 Marfilius Patauinus dubitat translatione imperij iuste facta sit nec ne. 363  
 Mathæum uicecomitem Mediolan. papa Ioannes persecutus est. 301  
 Mechanicæ artes quare inuentæ. 13  
 Medicus animæ medico corporis similis. 128  
 Medicus qualiter sit leproforum iudex. 147  
 Mendicantes exemptiones ab ordinarijs obtinuerunt a papa. 281  
 Melchisedech quomodo sacerdotes omnes figurauerit. 329  
 Melchisedech in quo fuerit figura Christi. 329  
 Meritoria fiunt opera nostra ex gratia Christi. 18  
 Militare studium quare necessarium ciuitatibus. 13  
 Ministeriorum determinatio ad locum uel personas facta est reuelatione dei, uel apostolorum deliberatione in communi. 211  
 Monarchia regalis quid sit. 21  
 Monarcha à quibus instituatur 25  
 Monarchæ electi à non electis in quo differant. 26  
 Monarchiam ex generis successione meliorem esse, arguitur multis rationibus. 55  
 Monarchiam per nouam electionem statuere melius esse, quam per generis successionem probatur, & contraria soluuntur. 57. & 58  
 Monachi sacerdotibus subsint ex Bernardo. 344  
 Morum modernorum ueritas ex clericali statu, imò episcopali scaturijt 271  
 Mosi primatus & papæ differunt plurimum. 329  
 Mosaicæ legis institutio, & sacerdotium & utilitas. 17  
 Mundus unus propter unum deum. 69  
 Musicæ inuectores qui fuerint primi. 32

**N**atura est de specie humana magis sollicita. 19  
 Natura aptat homines ad artes utiles. 19  
 Negotia secularia sacerdotibus interdicta ab apostolis. 104  
 Negotia secularia seculares expendant. 105

**O**bedientia confirmatur ex consuetudine. 59  
 Obedientiam quam Romani episcopi exigunt, nec Christus, nec apostoli usquam docuerunt, sed oppositum. 258  
 Officia ecclesiastica dupliciter intelliguntur. 348  
 Oligarchia quid sit. 22  
 Optimus qui ipse omnia intellexit, bonus qui bene dicenti obedit. 44  
 Operis huius magna utilitas. 4  
 Operis huius distinctio habetur. 5  
 Opera nostra fiunt meritoria ex gratia Christi. 18  
 Orare debet ecclesia pro peccatis. 113  
 Oues commissa sunt omnibus apostolis. 340  
 Non sum missus ad oves quæ perierunt, exponitur. 340  
 Oues meas pasce. 341  
 Ouis unum quomodo fieri debeat. 323

**P**apæ quidam asserunt se habere omnimodam iurisdictionem super omnes episcopos. 76  
 Papæ moderni præferunt se omnibus mundi principibus, singulariter Imperatori Romano. 76  
 Papæ dicunt de uotione Constantini se superiores plenitudine potestatis. 76  
 Papæ dicunt se uicarios Christi, &c. in hoc quod est rex regum, & dominus dominantium. 76  
 Papa definiuit credendum de necessitate salutis, se esse super omnem humanam creaturam. 77  
 Papæ qualiter ab usum excommunicationis contra quosdam subintroduxerint. 77  
 Papæ

IN DEFENSOREM PACIS.

- Papæ super Cæsarum omnia feudalia  
supremam se scribunt habere iuris-  
dictionem. 77
- Papa unam iurisdictionem post aliam  
sibi usurpauit. ibidem.
- Papæ regna affectando, discordia &  
bellis ansam dederunt. 78
- Papa prohibet iniuste Cæsarem ab Ita-  
lia. ibidem.
- Papæ non conuenit principatus coar-  
ctiuus quicumq;. ibid.
- Papam à temporalibus repellendum  
esse uerbo & facto, est omnium ne-  
cessarissimum. ibid.
- Papam à talibus non prohibentes cõ-  
possint, iniusti dicuntur. 79
- Paparum triplex bellum contra asser-  
tores ueritatis, persecutio realis, con-  
suetudo audiendi falsa, & liuor con-  
tra agnitam ueritatem. 80
- Papa super neminem omnino iurisdis-  
tionem realem uel personalem has-  
bet, nisi ab homine sit sibi data. 82
- Papa unde sibi supremam iurisdictionem  
assumpsit. 89
- Papæ tradita dicitur omnis potestas  
in cœlo & in terra. ibidem.
- Papa est dominus omnium gladiatorum,  
alinarum, porcorum. 90
- Papa præest omnibus ouibus Christi  
fidelibus. ibidem.
- Papa non solum dicitur super omnia  
temporalia, sed etiam super ange-  
los iudex constitutus. ibidem.
- Papam esse principem omnium, pro-  
batur rationibus politicis. 91
- Papa pro libitu suo transfert principa-  
tus de gente in gentem. 92
- Papam habere potestatem talem cre-  
dere debemus, qualem expriment  
sibi datam scripturæ diuinæ. 93
- Papa inique perturbat reges & princi-  
pes. 111
- Papa non plus de culpa & poena res-  
mittit poenitenti, quam alius sacer-  
dos, iuxta merita poenitentium 120
- Papa non est exemptus à iure principis  
pum. 133
- Papa potest presbyteris uxores conce-  
dere. 133
- Papa falso iactat se præesse principi-  
bus. 139
- Papam esse uniuersalem & supremam,  
nō potest probari, sed improbari 206
- Papa Romanus quomodo successu  
temporis inualuit super reliquos  
episcopos, & quo iure. 224
- Papa & Cardinales nihil diffinire pos-  
sunt soli de fide & sacrae scripturæ  
intellectu. 233
- Papa Liberius Romanus errauit in  
fide. 233
- Papa uult habere sibi similes Cardina-  
les. 233
- Papa circa articulum paupertatis per-  
fectæ cum coetu Cardinalium con-  
tra euangelium determinauit. 234
- Papæ Bonifacii epistolam nunc & semper  
constat esse falsam. 234
- Papa Clemens Philippo Francorum  
regi libertatem dat maiorem quam  
Cæsari. 234
- Papam esse dominum omnium non  
est necesse credere. 235
- Papa & Cardinales culpabiles & rei  
differunt concilium. 237
- Papæ solius non est conuocare concilium.  
237
- Papa ordinari debet à principe cum ec-  
clesia. 239
- Papam ab Imperatore eligi solitum. 240
- Papa Romanus adiecit ultimam sen-  
tentiam suam Decretis concilii Cal-  
cedonensis. ibidem.
- Papa potest esse criminofus, ideo non  
sibi nimium permittendum. 244
- Papæ moderni fideles ad litem concit-  
tant, ut eisdem securius principen-  
tur. 257
- Papæ ab initio ecclesie usq; ad Con-  
stantinum ceteræ ecclesie sponte  
obedierunt. ibidem
- Papa dicit se solum pro libitu posse pec-  
cata remittere. 264
- Papa uult Romanum principem fide-  
litatis iuramento sibi astringere 265
- Papæ & Cardinalium institutio ma-  
xime omnium à principibus termi-  
nanda. 269



- Papæ & Cardinales quàm digni assu-  
mantur. 270
- Papæ dispensationibus & exemptio-  
nibus difformat ecclesiam. 272
- Papæ testamenta condere prohibet ec-  
clesiasticis. 272
- Papæ spoliât omnia regna, & ecclesiã  
totam. ibidem.
- Papæ ex plenitudine potestatis omnia  
licent. 273
- Papæ usq; ad urbanum primum uixe-  
runt more apostolorum. 276
- Papæ Romano qui, quando, quomo-  
do, & quare cæteræ ecclesiæ obedie-  
rint. 277
- Papæ confirmabantur à Cæsare & iu-  
dicabantur. 279
- Papæ Ioannes duodecimus depositus  
per Ottonem Cæsarem est. 279
- Papæ auaritia seducti & fastu. ibid.
- Papæ terras multas abstulit principibus.  
284
- Papæ ex infima conditione assumpti  
fiunt fidelibus omnibus importa-  
biles. ibidem.
- Papæ Clementis notorium menda-  
cium. 288
- Papæ qua ratione imperium subiuga-  
re uoluerint. ibidem.
- Papæ falsa ratio contra Imperatoris li-  
beram institutionem. 293
- Papæ Romano æquales sunt archie-  
piscopi Germaniæ iure diuino Mo-  
guntinens. Colonien. Treuirens. 293
- Papæ Ioannes uigesimalis secundus ar-  
bor pessima. 294
- Papæ Ioannis xxij. sententia contra  
Ludouicum Cæsarem fuit extremæ  
dementiæ, uide indignitatem. 295
- Papæ quid Ludouico iniquitatum ir-  
rogauit, quare Ludouicus.
- Papæ pontifex ducatum præbuit mul-  
tis ad tartara. 296
- Papæ iuramentum licitum dispensa-  
re nequit. 296
- Papæ contra Ludouicum iniqua do-  
ctrina, & maxime spernenda. 296
- Papæ contra Ludouicum credere est  
principatum & ciuitatis radicem  
& uinculum succidere. 297
- Papæ Ioannes uigesimalis secundus ar-  
det ad regna sibi subiuganda, Ro-  
mano prius subacto imperio. 299
- Papæ Ioannes uigesimalis secundus Ita-  
liam primum, postea Alemaniam  
turbat. 299
- Papæ Ioannis infania multiplex con-  
tra Ludouicum. 298. & 299
- Papæ Ioannes lupus rapax, oues atro-  
citer deuorans. 300
- Papæ Ioannes non potentibus occi-  
dere, sed uolentibus, indulgentias  
dat. ibidem.
- Papæ pugiles sūt diaboli satellites. ib.
- Papæ Ioannes bonis ecclesiæ horribi-  
liter abusus est. 301
- Papæ Ioannes persecutus est Mat-  
thæum uicecomitem Mediolanens.  
iniuste. 301
- Papæ destituendus à prætensa autori-  
tate sua, & patente abusus. 301
- Papæ Ioannes ante & post mortem da-  
mnatæ memoriæ. 302
- Papæ Ioannes clarissimos uiros macu-  
lare nisus, sed frustra. ibidem.
- Papæ iniquæ censuræ neminem  
lædunt nisi se. ibi.
- Papæ arrogat sibi plenitudinem pote-  
statis, originem omnium malorum 303
- Papæ occasiones expectant malignan-  
ti contra alia regna. ibid.
- Papæ decepit mundum cōmixtione scri-  
pturæ diuinæ. ibid.
- Papæ conatibus obsistere reges obli-  
gantur lege diuina. 304
- Papæ interdicens abusus plenitudi-  
nis potestatis. ibidē.
- Papæ Ioannes cædium in Italia, & alio-  
rum multorum malorum causa ibi.
- Papam habere auctoritatem instituens  
di alios episcopos, arguitur 308
- Papam habere ius coactiuum super  
episcopos alios, arguitur 309
- Papam esse deum deorum arguitur ibi.
- Papæ quid possit quo ad concilia,  
uide ibidem
- Papam posse quod concilium potest,  
arguitur 310
- Papam posse maxima ex Bernardo ad-  
ducitur. ibidem.

IN DEFENSOREM PACIS.

Papam uicem dei gerere non aliter q̄ alius episcopus. 326	Pauperes spontanei duplices. 159
Papa respondere tenetur ad quæstio- nes de fide. 327	Paupertas meritoria est uitæ æter- næ. 165
Papa quomodo sit iudex spirituali- um. 358	Paupertas meritoria iuxta interiorem mentis habitum, non exteriorem re- rum priuationē uel egestatem. 166
Patres antiqui in Christi fide saluati sunt. 18	Paupertatis uirtus non est actus chari- tatis. 167
Patres limbum habitauerunt usq̄ ad Christum. 18	Paupertatis uotum, id est renuncia- tio dominij eius summus est uirtu- tis gradus, modo qui exponitur ibi- dem. 167
Patroni ecclesiarum quomodo se ha- beant in rebus ecclesiasticis. 180	Paupertatis meritoria laus & utilitas enumeratur 168
Patroni ecclesiasticorum bonorū pos- sunt esse de numero perfectorū. 180	Paupertatis amor diuinæ charitatis impedimenta multa amouet. ibi.
Patrimonium Christi in bella absumi- tur. 271	Paupertas summa maxime promo- uet, ad Christi præcepta & consilia securius obseruanda. 170
Pastor unus & unum ouile, declara- tur. 322	Pauperes etiā perfecti reseruare pos- sunt in crastinū modo aliquo 171
Pasce oues meas, exponitur 341	Paupes reseruāt bona, p paupibus 171
Pascere oues Christi quid sit. 317	Pauperibus rem cum prouentu distri- buere, melius quā solūm prouen- tum. 172
Pascalis papæ malitia contra Henri- cum Cæsarem. 281	Paupertatis meritoria & summæ spe- ciem Christus uiator seruasse pro- batur. 172
Paulus se Cæsari subiectū fatei. 114	Paupertas maxima, maxime merito- ria fuit in Christo. 173
Paulus facto suo Cæsari episcopus subiecit. 115	Pauper quidem Christus, sed cibo & potu proprio non caruit. 173
Paulus noluit molestus esse eis qui- bus euangelizauit. 179	Paupertati summæ non repugnat ha- bere propria & in cōmuni. 173
Paulus nihil accepit à Petro simili, sed nec reliqui apostoli. 199	Paupertati non contrariatur habere plura bona ab alijs distribuendum tantummodo. 181
Paulus qua ratione dignior cæteris apostolis. 200	Pauperum sunt res ab ecclesia seruate uel ministris ecclesiæ. 184
Paulus fuit Petro par officio & digni- tate. 202	Pax optima rerum est & desiderabilis in regnis. 1
Pauli successores sunt Romani epis- copi, sed non soli. 206	Pacis fructus multiplices & opti- mi. 1. & 2
Paulus fuit specialiter apostolus gen- tium destinatus. ibidem	Pacem Christus commendauit & an- geli. 1
Paulus fuit Romanus ep̄s, quia offi- ciū docendi ibidem exercuit 207	Pax discipulorū Christi hæreditas 2
Paulus uas electionis nō minus prin- cipaliter à Christo missus, quā alij apostoli. 222	Pacis imprecacio officium apostoli- cum. 2
Paulus principalis & primus ad gen- tes apostolus. ibidem	Pax mutuo est commendanda inter Christianos. 3
Paulus quare cum apostolis contulit euangelium suum. 319	
Paulus quō Petro posterior 320	
Paupertas Christi & apostolorū quæ, qualis, & quanta fuerit. 154	
Pauper & diues qui dicantur. 155	

INDEX RERVM

- Peccatum solus deus remittit. 118  
 Peccatum Christus remittit ante oēm  
 sacerdotis actionem. 118  
 Peccatum infusa charitate deletur an-  
 te sacerdotis opus. 118  
 Peccatorem aliter deus soluit, aliter sa-  
 cerdos. 119  
 Peccati remissionem solius dei esse, de  
 monstratione probatur. 120  
 Peccata in legem dei nō omnia à prin-  
 cipe puniuntur. 146  
 Pedagia incolæ non soluebant secun-  
 dum Originem. 99  
 Pedagogium etiā dicitur tributū. ibi.  
 Pelagius statuit hæreticos à seculari-  
 bus puniendos. 280  
 Pœnæ quales esse debeant, & qua raz-  
 tione. 53  
 Pœnitentiæ quale sacramentum, &  
 qui ministri. 116  
 Pœnitentiæ triplex beneficium. 117  
 Ad pœnitentiæ sacramentum suscipi-  
 endum quæ requirantur. 117  
 Pœnitentem Christus multipliciter  
 præuenit. 118  
 Pœnitentialis satisfactio cui iniun-  
 genda. 120  
 Permissa lege quæ dicantur. 156  
 Permissorum quædam meritoria, id  
 est consilia, quædam mala. ibid.  
 Pernicies non eradicatur nisi radice  
 suæ pandatur iniquitas. 4  
 Perfectus abrenunciare debet tempo-  
 ralia. 170  
 Perfectionis status decet Christi disci-  
 pulos. 152  
 Perfectionis opera requiruntur in sa-  
 cerdotibus. ibidem.  
 Perfectis quæ liceant, & quæ nō 163  
 Perfekte etiā pauperes referuare possunt  
 sunt in crastinum. 171  
 Perfectus nō debet retinere sibi res im-  
 mobiles. 171  
 Perfectionem respiciunt, quæ sunt su-  
 pererogationis. 175  
 Perfecti obseruatores consiliorū Chri-  
 sti pauci sunt. 176  
 Perfectos posse sibi pro futuro tempo-  
 ralia referuare, arguitur & impro-  
 batur. 176  
 Perfectus dominium rei non recipit,  
 licet eam emat, ostenditur 185  
 Perfectus quō re nō sua utatur. 187  
 Perfectiores sæpe subiiciuntur imper-  
 fectioribus in ecclesia. 256  
 Perfectius non est aliquid continuo,  
 si crebrius fiat. 61  
 Petrus primus promissionem clauū  
 accepit à Christo. 75  
 Petrus Antiochiæ factus episcopus à  
 populo. 75. & 202  
 Petrus incerta causa scribitur Romā  
 uenisse. ibidem.  
 Petrus Romæ episcopus obtruncato  
 capite obiit. ibi.  
 Cum Petro Paulus eadē hora & loco  
 secundum eandem historiam. ibi.  
 Petrus pro se & omnibus episcopis tributū  
 soluit, & soluere docuit. 99  
 Petri maiestas quæ papæ dissimilis. 154  
 Petrus cæteris apostolis senior. 199  
 Petrus nullā sibi assumpsit maioritatem  
 super alios apostolos. 200  
 Petrus quomodo superior cæteris apo-  
 stolis. 200. & 315  
 Petrus nō determinauit dubia circa fil-  
 dem, sed apostolorum & seniorum  
 ecclesia. 208  
 Petrus missus ad Samariā à congrega-  
 tione apostolorum. 208  
 Petrus nō solus habuit plenitudinem  
 potestatis. 208  
 Petrus non confirmauit episcopos ab  
 alijs apostolis institutos. 203  
 Petrus cur princeps apostolorum non  
 minatus. 203  
 Petri successores hi magis sunt, qui san-  
 ctis moribus amplius eidem con-  
 formantur. 205  
 Petrum fuisse Romanum episcopum  
 per scripturam sacram non potest  
 probari. 207  
 Petrum fuisse Romæ pbari nō potest  
 sed multipliciter improbatur. 207  
 Petrus & Paulus ambo capite trunca-  
 ti scribuntur propter Christum. 207  
 nō ergo crucifixus.  
 Petrus & Paulus plus alijs apostolis  
 profecisse leguntur. 222  
 Petro non est subiecta ecclesia. 250

IN DEFENSOREM PACIS.

Petrus quare dicatur os & uertex apo- stolorum collegij. 256	& quō eorū dñs Christus fuerit 351
Petrum fuisse superiorem alijs aposto- lis, tractatur 306. per multos para- logismos, qui & soluuntur.	Possessio dupliciter significat. 159
Petrus uiuens semp errare potuit 315	Potestas omnis papæ tradita in coelo & in terra, dicitur 89
Petrus ludæis prædicauit, Paulus gen- tibus. 318	Ptās omnis à deo ordinata. 108
Petri & papæ comparatio 329	Ptās utilis siue bona siue mala. 109
Phas id est licitum uel rationabiliter permissum à legislatore. 157.	Prædicatio indifferenter apostolis in- iuncta. 222
Philosophi non fuerunt solliciti de ue- re bona uita. 19	Præceptū dicī actiue & passiue 155
Philosophi hominum deceptores sub forma pietatis. 15	Præceptum est ordinatio legislatoris obligātis transgressorē ad poenā 155
Phoca restituit ecclesiæ Romanæ pri- matum. 254	Præceptū apud theologos quod obli- gat ad poenam æternam. 156
Plenitudo potestatis quot modis dica- tur, & quomodo alicui conueniat, aut no. 261	Præsdatum ut plurimum stulti appe- tunt. 212
Plenitudinem potestatis qua ratione sibi episcopi Romani uēdicare ten- tauerint. 263	Presbyter nomen est ætatis. 194
Plenitudo potestatis, id est cura gene- ralis omnium animarū. 264	Primatū ecclesiæ concupiscere iniur- sum. 102
Plenitudo potestatis Christi corpus corrupt. 267	Principes ol'n pastores ouiu. 8
Plenitudo potestatis quantum obsit ecclesiæ, declaratur 272	Principatuū duo genera, temporatū, & uitiatum. 21
Plenitudo potestatis execrabilis titu- lus quanta mala intulerit. 285	Principatus regalis multiplex enume- ratur. 24
Plenitudo potestatis apertum menda- cium. 288	Principatum duo genera, uolunta- rijs & inuoluntarijs. 25
Plenitudo potestatis arrogata à papis origo execrabilium malorum. 303	Princeps à quibus instituitur. 25
Plenitudinis ptātis titulus interdicens dus papæ à cōcilio cōgregādo. 304	Principes electi à non electis quibus differunt. 26
Pontifex summus non semper tenuit hospitalitatem. 188	Princeps electus permanentior est & melior. 26
Pontificū ptās quo ordine increuerit ad institutiones rituum, excōmunica- tiones & indulgentias. 264	Principem expedit optimū esse ciuiū suorum. 26
Pontifex ducatum præbuit multis ad tartata. 296	Principatus certior reglā est electio 27
Politia quid sit. 22	Principes alij & alij pro regionum di- uersitate. 27
Politiam regi debere uel optimo uiro uel optimis legibus. 31	Principatum optimum non semper fert populus. 27
Politiam manere nolentes, serui sunt non ciues. 41	Principari hominem non sinimus, ni- si secundum leges. 33. & 46
Porci, asini, gladij qd. uelint declarāt,	Principari debet deus & leges 33
	Principi non licet præter legem sub- ditis exactionem imponere. 35
	Princeps eligēdus q̄lis esse debeat 45
	Principi necessaria prudentia & iustit- ia. 46
	Princeps amet cōmunitatem. 47
	Principi quot & quales assint armati & quare. 47
	Principi cum electione arma sunt dan- da, non prius habenda. 48

## INDEX

- Principes deligendi quid habeant 48  
 Principis electio fiat à legislatore, populo uel parte ualentiore ppli 49  
 Princeps electus utilior reipublicæ, quàm qui regnum obtinet hæreditate 50  
 Princeps officia determinata præcipit & cohibet. 50. & 53  
 Principatus cordi animalis similis 51  
 Principis uitalis uirtus lex est. ibid.  
 Principi qualis assit excellentia super reliquos. 52  
 Principis potestas calori aut spiritui similis. ibidem  
 Princeps publicis officijs idoneos præficiat. ibidem.  
 Principis est, iuuentum quis quid discat artium ordinare ad utilitatem communitatis. ibid.  
 Principis permisso sacerdotium conceditur. 53  
 Princeps restringat excrementum sacerdotum & egenorum ibidem.  
 Princeps præcipiat honesta & iusta opere & sermone. ibidem.  
 Princeps adiuvat reliquas ciuitatis partes. 54  
 Princeps nunquam ab officio cesset ibi.  
 Principatum ex generis successione meliorem esse, arguit multis rationibus, quæ tamen soluuntur consequenter. 55  
 Princeps suorum mores cognoscat 56  
 Principem electione institui optimi esse, probatur. 57. & 58  
 Principem & legem non expedit leui causa mutare. 60  
 Principi quæ à consiliarijs consulenda. 62  
 Princeps electus consilij magis acquiescit, quàm ex successione. ibid.  
 Princeps sit unicus in uno principatu uel duorum supremus aliquis, unicus scilicet secundum officium. 65  
 Principari possunt plures, ut unus secundum officium. 65  
 Principes plures uni ciuitati uel regno perniciosi, probatur. 67  
 Princeps unus an debeat esse totius orbis queritur, sed non tractatur 68

## RERVM

- Princeps secundum leges agens ut debet, est regula actuum ciuiliu. 70  
 Princeps errans potest & debet corrigi. ibidem.  
 Princeps non corrigitur tanquam princeps, sed tanquam subditus legis & transgressor. 71  
 Princeps uarie peccare dicitur. ibid.  
 Princeps ob grauem excessum in rem publicam uel insignem personam uel quamcumque corrigi debet ibidem.  
 Principe non puni to, quæ eueniant mala. ibidem.  
 Principis parua errata, si & quomodo puniendâ. ibi.  
 Principum crebra mutatio ledit rem publicam. 72  
 Principes ecclesiæ non domini sunt, sed serui. 102  
 Principes seculares monere debent episcopos & compellere recusantes. 103  
 Principatus temporalis sacerdotibus interdictus. 104  
 Principes seculares sunt potestates sublimiores. 107  
 Principis Romani potestatem Christus fatetur super se ordinatâ. 108  
 Principi tunc tantum non parendum cum iusserit contra deum. ibid.  
 Principes quare dati à deo. 109  
 Principes iudices malorum à deo constituti. ibidem.  
 Principes dei ministri sunt, dum patriam defendunt. 110  
 Principibus subesse debent omnes homines. 153  
 Principem status paupertatis non decet. ibidem.  
 Principem boni reuerentur, mali uereantur. ibidem.  
 Principi non conuenit euangelizantis officium. ibid.  
 Principis est iniuriantes arcere, non prædicare patientiam. ibid.  
 Principis & sacerdotis officia in eodem supposito coniungi nolunt. ibid.  
 Principes olim clericis leges dabant ab eis etiam rogati. 277.  
 Principibus inobedientes, id est parentibus apud Paulum. 298

IN DEFENSOREM PACIS.

Princeps tributum & iurisdictionē habet super temporalia sacerdotum, non uiolenter, sed iure.	325
Princeps ep̄orum qualis sit papa	328
Principes quomodo corrigi debent à sacerdotibus.	362
Prior ad monachos quare dicat.	195
Præuilegia data sacerdotibus à principibus.	278
Prohibitū dicit actiue & passiuē	156
Promouens indignos ad ecclesiastica officia plurimum peccat.	213
Propriū quid dicat, & quomodo modis.	159
Prudentia adaptat ad magistratū	20
Prudentia longa eget experientia.	32
Prudentia est singularium.	32
Prudentiæ descriptio.	46

**Q**ui uos audit, uel spernit, exponitur. 328

<b>R</b> egē Romanū, nec dici uult papa, nec esse sine suo libitu.	291
Rex olim erat unus in una ciuitate.	6
Regnū quid nominatim significet.	6
Regnum differt à ciuitate secundum quantitatem.	6
Regnum est monarchia temperata.	6
Regimen temperatum & uiciatū.	21
Regalis principatus multiplex enumeratur.	24
Regem expedit optimū esse ciuium suorum.	26
Regno corruptiōes ab extrinseco dupliciter accidunt.	34
Regi non permittitur ex arbitrio iudicare.	34
Regnū unū, ppter unū regem.	69
Regnum meum nō est de hoc mundo tractatur.	95
Regnum Christi est doctrina fidei, & regimen secundum ipsam.	96
Reges alij possunt non minus errare, quam Romanorum.	293
Romanus episcopus, uide Papa.	
Romanos adibāt alię gentes pro accipiendis ab eis pastoribus & ep̄is.	223
Romani à Græcis leges decem tabularum acceperunt.	223

Romani Græcis nunq̄ subiecti.	223
Romana ecclesia quare summa.	253
Romana ecclesia prioritatem obtinuit iussu Constantini.	258
Romanæ ecclesiæ fidem posse deficere, probatur.	316
Romanæ ecclesiæ quanta autoritas.	327
Ro. curia domus negociatiōis.	273
Romanæ curiæ iustitia.	273
Romanæ curiæ aptatur statua Danielis.	274
Romana curia sine manibus confringitur.	274
Romanæ curiæ iniquitas, populis & principibus referabitur.	274

*Ne turberis transpositione huius literæ, lector candide, tanquam turbato etiam historie ordine. nam res ipsæ optima serie coherent, & s̄ literis duntaxat transpositis.*

<b>A</b> ntali fabula ad quid cōficta.	15
<b>T</b> artari loca quare & quomodo fabulata.	15
Theopompus rex & si minus tamen diuurnus regnum filio dedit.	35
Theodosij & Valentiani decretum de cōuocando concilio Ephesino.	241
Theauri ciuitatibus necessarij.	14
Temporale multipliciter accipit.	85
Tēporales res dupliciter uocant.	160
Temporalia ecclesiarum à quibus dispensanda ostenditur.	215
Temporalium distributio, & beneficiorum à quibus facienda ostendit.	218
Testamentorum legata non solum ad episcopos pertinent.	202
Testamenta condere Papa ecclesiasticis prohibet.	272
Tyrannis opposita regno, quid sit.	22
Tranquillitas regnorū desiderabilis.	1
Tranquillitatis fructus multiplices.	1
Tranquillitas est bona ciuitatis portio.	6
Tributa Christus & Petrus soluert.	98
Tributū soluendū ab episcopis Christus & Petrus docuerunt.	98
Tributum soluunt agri ecclesiæ iuxta Ambrosium.	99

INDEX RERVM

- Tributum ab episcopis Cæsari debitum, uide Bernardum. 99
- Tributū dicitur etiā pedagiū 100
- Tributum etiā indebitum solui, Christus docuit apostolos. 100
- Tributū est signū subiectionis: 110
- Tributa dantes hoc ipso deo seruiunt. ibidem.
- Tributū & iurisdictionem super temporalia princeps habet non uolenter, sed iure. 325
- Tunica duplex quō intelligēda. 182
- S**acerdotum necessitas non potest cōprehendi demonstratione 14
- Sacerdotij institutio semper est arbitrata conueniens. ibidem.
- Sacerdotum gentiliū statuta & doctrinæ. 15
- Sacerdotes gentiliū quales instituebantur. ibidem.
- Sacerdotes gentiliū separati à passionibus. 16
- Sacerdotiū legis Mosaicæ. 17
- Sacerdotij Christiani quæ sit officiū. 18
- Sacerdotalis officij finis obseruatio est legis diuinæ. 19
- Sacerdotij causa diuina uolūtas. 23
- Sacerdotium permissū principis conceditur. 53
- Sacerdotū & mendicorū multitudo nocet cōmunitatibus. 53
- Sacerdotalis autoritas à Christo collata apostolis. 74
- Sacerdotalis autoritas ab hoībus accepta ad præminentiam in ecclesia 75
- Sacerdotes sacras scripturas indignis sensibus ad suum quæstum detorserunt. 80
- Sacerdotes oēs debere subesse principibus Christus docuit & præcepit, dum tamen non repugnent pietati. 97
- Sacerdotes à tributo non sunt exempti, nisi gratiosa concessione principum. 98
- Sacerdotes deo seruire debent nō dominari. 103
- Sacerdotes excedunt superbiam principum mundi, ibidem.
- Sacerdotibus Christus interdixit temporale dominium. ibidem
- Sacerdotū potestas in criminibus est, non in possessionibus. 105
- Sacerdotibus obediendum in his que sunt secundum euangelium. 111
- Sacerdotes neminē cogere pnt. 112
- Sacerdotibus collata iurisdicctio ex cā poterit reuocari à legislatore. 115
- Sacerdotum officium est docere & baptizare. 116
- Sacerdos officiū exhibet, sed nullius potestatis iura exercet. 118
- Sacerdotis actio in poenitente quare requiratur, uaria sanctorū ratio assignatur. 119
- Sacerdos ecclesiæ ostendit solutū poenitentem à peccatis. ibidem.
- Sacerdos ecclesiasticus & legalis in quo conueniant. ibidem.
- Sacerdos poenitenti commutat poenas. 120
- Sacerdotes ligant dum satisfactiones imponunt, soluunt cum de ea aliis quid dimittunt. ibidem.
- Sacerdotis opera in peccatoribus que sint. ibidem.
- Sacerdotis error uel malitia confitenti non obest. 121
- Sacerdotis iudicium deus nō inspicit sed uitam reorum. 121
- Sacerdotum institutio similis institutioni medicorū in cōmunitatibus pro leprosis examinandis. 123
- Sacerdos liberat peccatorem nō aliter quā clauiger mūdani iudicis carceratum. 127
- Sacerdotes clauigeri dei sunt in ecclesia. ibidem.
- Sacerdotes ostendunt non absoluunt peccatorem. 127
- Sacerdos autoritatem habet docendi & hortandi non cogendi. 128
- Sacerdotes transgressores iudicij seculari subiiciuntur. 132
- Sacerdos grauius quā idiota puniendus. ibidem.
- Sacerdotibus uxores cōcedi pnt. 133
- Sacerdos à fide apostatas cogere non potest, sed persuadere. 137



IN DEFENSOREM PACIS.

Sacerdotum iudicium multum dif-	curiose.	216
fert à iudicio principum.	Samuelis & papæ cōparatio.	329
137	Sanitas est optima animalis propor-	
Sacerdotes nouæ legis Christus iudic-	tio secundum naturam.	6
ces esse noluit.	139	
Sacerdos quicumq; debet esse doctor	Scandala ueniunt regno principe des-	
legis diuinæ.	stituto.	51
145. & 236	Scandalum non refricandū unde par-	
In sacerdotibus requiruntur opera per-	ua utilitas, uel potius nocumentū	
fectionis.	proueniat.	71
151	Scire possumus per causas.	7
Sacerdotij instituti autoritas cuius	Schismata unde pullulent	231
fit.	Scripturis quibus & quātum creden-	
191	dum.	227
Sacerdotū duæ sunt potestates ad eu-	Scripturæ quæ egent mystica exposi-	
charistiam & ad pœnitentiã.	tionem, non probatur certum.	312
192	Scripturis quibus modis utēdum, uis-	
Sacerdotes omnes eandem habent es-	de digna.	312
sentialem autoritatem.	Secularia negotia sacerdotibus inter-	
193	dicta ab apostolis.	104
Sacerdos idem qui episcopus.	Secularia negotia seculares expedi-	
193	ant.	105
Sacerdotiū à quo fit institutum.	Seculares contentiones quæ dicantur.	353
197	Seniores natura praelatos dedit.	7
Sacerdos caractere institutus habet	Senior in uico platus est & legifer	8
indifferenter potestatem ubiq; mis-	Sententiã iudicis quæ inquisitio præ-	
nistrandi, uide	cedere debeat.	144
210	Seruitus est contra naturã ciuitatis	13
Sacerdotio indignos præficere gran-	Simoniaca prauitate laborant episco-	
de peccatum.	pi.	152
213	Simoniaca fraus intercedit officijs ec-	
Sacerdotū electiones multitudo me-	clesiasticis dispensandis.	270
lius facit.	Simplicius Tibertinus papa statuit	
214	clericum non debere inuestituram	
Sacerdotes prauī grauiter lædunt cō-	sumere à laico 280. Non erāt illius	
munitates, ideo curiose deligendi à	temporibus multæ inuestituræ.	
populo.	Sollicito in crastinū quid dicat	170
216	Spirituale uarie intelligitur signifi-	
Sacerdotes nō habent certius iudiciū	care. uide	86
tota multitudīne, maxime nostro se-	Spiritualia sunt quæ à spiritu sancto	
culo.	data sunt, uerbum dei, & mysteriū	
217	regni cælorum.	87
De sacerdotum superfluis principes	Spiritualia impropriissime dicuntur	
collectas suscipere debent.	personæ clericales, & eorum bona	
220	temporalia.	86
Sacerdotalis autoritas indifferenter	Spirituales non sunt omnes actiones	
data apostolis.	clericorum, sed ualde carnales.	87
222	Spiritualibus donis ditati, terrenis nō	
Sacerdotiū uerum officiū qd' sit.	implicentur negotijs.	105
232	Sponsa Christi est fides catholica.	328
Sacerdotes plus obligantur quàm res-		
liqua multitudo.		
ibid.		
Sacerdotes parum periti sunt, & plus		
rimū ambitiosi temporaliū		
236		
Sacerdotes peccant recipiētes tempo-		
ralia, quibus pro necessitate sua nō		
egent.		
246		
Sacerdotum & apostolorum æqua-		
lis dignitas.		
346		
Sacerdotium quid à principatu recipi		
at, & econtra.		
360		
Sacerdotibus quare priuilegia da-		
ta.		
278		
Sacramēta sic cōferre potest sacerdos		
sicut ep̄s potestate diuina.		
196		
Sacramentorum minister eligendus		

INDEX RERVM

- Sponsam Christi se clerici dicunt propter temporale comodum fraudulenter adipiscendum. 85
- Sponsa Christi pars sunt episcopi & clerici. 85
- Sponsa Christi egre defenditur ab episcopis nostris. 289
- Spiritus sanctus non deserit ecclesiam bonis uiris semper. 227
- Statutum duplex, affirmatiuum & negatiuum. 156
- Stultorum infinitus est numerus, quomodo accipiendum. 43
- Sublimitatem habere non scribuntur epi, sed principes seculares. 112
- Superbiunt nouiter electi ad principatum. 55
- V**eritatem nemo terrore reticeat. 3
- Veritatis causa Christus mundum intrauit. 3
- Veritatem ingeniosi defendere obligantur. 3
- Vicarius Christi debet subesse principi seculari sicut Christus dignatus est. 361
- Vicarius dei etiam est princeps seculari. 362
- Vicus uel uicinia domuum pluralitas est. 7
- Vici plures quare ab uno regendi. 8
- Viuerē bene fit dupliciter. 9. & 12
- Viuerē multipliciter sumitur. 12
- Vitam sufficientem appetunt omnes homines. 9
- Vita nihil est q̄ anima. 12
- Vnitas mundi, regni, ciuitatis tractatur. 69
- Vnitas in ecclesia & fide, quomodo capienda. 321
- Vnus princeps an necessarius in ecclesia uel plures. ibidem
- Vnum iconomum in mundo, nec necesse, nec possibile. 322
- Vnus episcopus in uno templo, non est legis diuinæ. 322
- Vnitates principatuū sufficiūt. 322
- Vnum debere esse iudicē in orbe non est probatum. 322
- Vnius episcopi non tanta necessitas, sicut unius principis. ibidem
- Vnus pastor & unum ouile, declaratur. ibidem
- Urbanus primus p̄dia possedit 176
- Vsus rei possibilis sine dominio monstratur. 162
- Vsus licitus rei etiam consumptibilis haberi potest sine dominio, probatur 164
- Vtilitas communis magis perpenditur ab uniuersa multitudine. 38
- Vxores plures habere simul episcopis prohibitum. 133

FINIS INDICIS.

**O**Mnibus utilitas multum ( si uera fatemur )  
 Humana ingenij sensim prouecta Mineruæ  
 Debet, ab obscuris per quæ mortalis egestas  
 Emersit tenebris summa ad fastigia lucis,  
 Per quæ deterfa illuue, uictúq; ferino  
 Ad nitidam Cererem, potioráq; tecta, latebris  
 Egressa, adiecit curam noua uita recentum  
 Orbe nouo agrestum, meditandóq; edidit arteis  
 Paulatim uarias, & commoda plurima passim  
 Repperit in medium referens, ueteremq; perosa  
 Ritum, ciuili pedetentim pectora more  
 Imbuit, & studij sese oblectauit honestis .  
 Hinc nitor ingenuus , rerumq; politior usus ,  
 Hinc hominum iusti cœtus, atque oppida primum  
 Condita, concubitus, mixti sine lege, repressi,  
 Hinc pudor, & sanctæ socialia fœdera tedæ  
 Et thalamus concors, & casti cestos amoris  
 Exitit, & frenos Venus impermissa momordit,  
 Vis æquo, iuricq; locum sine cede reliquit  
 Fasq; deum subijt menteis, Astreaq; uirgo  
 Et pietatis honos, superisq; accepta uerendis  
 Relligio, paxq; una potens ( nisi credere nollet )  
 Et facere humanum genus, & seruare beatum .  
 Hic quanq; ueteres coelesti carmine Vates  
 Non minimum populos sibi promeruere, canoris  
 Dum numeris mouere feras, syluasq; sequenteis  
 Traxere, & plectro maneis domuere profundos .  
 Et qui sidereos orbis, solisq; labores  
 Ac lunæ uarios simulantis cornua, uultus  
 Falcifericq; senis stellam, naticq; benignum  
 Lumen, & Odrisij iubar exitiale Gradiui,  
 Tranquillasq; faces placidæ, radiosq; Diones  
 Mercuricq; citis uectum talaribus astrum  
 Fatáq; , fortunascq; uirum, docuere sagaces,  
 Quiq; dolos primi, cæcos dissoluere elenchi  
 Fallacis, linguáq; animos uincire diserta,  
 Qui morbos sanare herbis, & uulnera lectis  
 Atque Machaonia parcas inhibere medela  
 Aggressi, qui quid uitium, quid praua libido  
 Turbet, agens animos cæcis ambagibus ægros

Contra, quid uirtus ratione instructa salubri  
Conferat, aduersos casus, sortemq; malignam  
Despiciens, subigensq; metus, & gaudia uulgi,  
Spesq; leueis ridens, & opum certamina, uictrix  
Fortunæ, & mortis terrore excellior omni,  
Eximio studio, & cura inuenere magistra,  
Omnibus his quamuis, mortalis uita iuuetur  
Plurimum, & in precio seclorum iure ferantur .  
Nulla tamen doctam res utilitatibus æquat  
Historiam, sola hæc annos, & tempora nobis  
Præterita, & prisca memorans insignia mundi,  
Suggestit ignaris quicquid longæua uetustas  
Gestorum tenebris tegit, & caligine uoluit,  
Immensisq; situ atque altis premit inuida lustris .  
Hæc nobis rerum primæua ab origine pandit  
Omnia, ut obscuro pulcher concreuerit orbis  
Principio, blandusq; nouis effulserit æther  
Ignibus, & tellus hic montibus ardua cellis  
Hic in planiciem, & campos effusa patenteis  
Protulerit subito nemora, & genus omne ferarum  
Asperfas maculis tygres, Lybicosq; leones  
Fulmineosq; sues, & recto uertice regem  
Cunctorum, de limo hominem traxille figuram,  
Progenerante deo, diuum, mundiq; capacem .  
Hæc eadem seruatum unum cum coniuge iustum  
Diluuiio stagnante refert, rubrumq; per æquor  
Hæbreis patuisse uiam, mersasq; quadrigas  
Gurgite Niliaci rursus refluxente tyranni  
Et quicquid sacra testatur pagina famæ .  
Hæc scimus prodente ducum, heroumq; potentum  
Nomina, fortunas, uires, & gesta tot usquam  
Millibus annorum diuersis partibus orbis .  
Hæc tumidum Xerxis flatum, pauidamq; recenset  
Tempestate fugam, Persas, aciesq; Darei  
Pelleamq; manum, Hannibalem, Tyriosq; furores  
Romuleumq; decus, raptosq; ab utroq; triumphos  
Littore Cæsaribus, Quorum non infimus ille  
Gloria Bauarici Ludouicus stemmatis, istud  
Cuius uirtutes celebrat, laudesq; uolumen  
Paparumq; trium referat, crimenq; nefasq; .  
Si legis, haud papis animo arridebis amico .

# ADVERSVS VSVR

PATAM ROMANI PONTIFICIS IVRISDICTIONEM, MAR-

filij Patauini de re Imperatoria & Pontificia liber, qui Defen-  
sor pacis inscribitur, tribus partibus, quas ipse dictio-  
nes appellat sectus, Ad inuictissimū & constantissi-  
mum Imp. Cæs. Ludouicū Bauaricum, à tribus  
Romanis Pontificibus indigna perpessum,  
circa Annum Domini. M. CCC.  
XXIII. conscriptus.



DE INTENTIONE SVMMARIA TRACTANDORVM, ET  
causa intentionis, & libri diuisione. Cap. I.



OMNI QVIPPE REGNO DESIDERA-  
bilis debet esse trāquillitas, in qua & po-  
puli proficiunt, & utilitas gentiū custo-  
ditur. Hæc est enim bonarum artiū de-  
cora mater. Hæc mortalium genus re-  
parabili successione multiplicans, facul-  
tates protendit, mores excolit. Et tanta  
rum rerum ignarus agnoscitur, qui eam  
minime quæsisse sentitur. Cassiodorus  
in prima suarum epistolarum, hac serie  
iam præmissa, tranquillitatis seu pacis ciuiliū regiminū cōmodi-  
tates & fructus expressit, ut per hos tanquam optimos, humanum  
optimum, eius uitæ scilicet sufficientiam explicans, quam sine pace  
ac tranquillitate nemo consequi potest, ad pacem habendam inui-  
cem, & hinc tranquillitatem, uoluntates hominum excitaret. In quo  
beati Iob sententiæ pronunciauit cōformiter, ubi. xxij. sui cap. dixit,  
Habeto pacem, & per hanc habebis fructus optimos. Hanc liqui-  
dem propterea CHRISTVS dei filius, sui noui natalis signū & nunciā  
fore decreuit, dum militiæ cælestis oraculo, in eodem uoluit decan-  
tari: Gloria in altissimis deo, & in terra pax hominibus bonæ uolun-  
tatis. Propter hoc etiam, idem suis discipulis pacem optabat per fæ-  
pe. Vnde Ioannes, Venit IESVS & stetit in medio discipulorum suo-  
rum, & dixit, Pax uobis. De pacis inuicem obseruatione monens  
eosdem, dixit in Marco, Pacem habete inter uos. Nec solum hanc

Pax.

Sufficientia ui-  
tae humanae, fru-  
ctus pacis opt.

In dominica na-  
tuitate pax an-  
nunciatur.

Christus disci-  
pulis pacem op-  
tat.

b inui

Optant pacem apostoli. inuicem ipsos habere, uerū eandē alijs optare docebat, unde Mat-  
thæus, Intrans autem in domum, salutate eam, dicentes, Pax huic  
domui. Hæc rursus fuit hæreditas, quā sibi passionis & mortis in-  
stante tempore, suis discipulis testamento reliquit, dum Ioannis .ix.  
dixit, Pacem relinquo uobis; pacem meam do uobis. Cuius instar  
tanquam ueri hæredes, & ipsius imitatores Apostoli hanc optaue-  
runt, quibus per ipsorum epistolas euangelica documenta & moni-  
ta dirigebant, cognoscentes fructus pacis optimos fore, quæ admo-  
dum ex Iob inductū est, & per Cassiodorum amplius explicatum.

Mala proueniunt ex discordia. Verū quia contraria per se factiua sunt contrariorū, ex opposita  
tranquillitati discordia, puenient ciuili regimini seu regno cuilibet,  
fructus & incōmoda pessima, ut uidere sat est, & quasi cuilibet in-  
occultū, ab Italico regno. Dum enim ipsius incolæ conuixerunt pa-  
cifice, fructus pacis enumeratos pridē suauiter perceperunt. Ex his  
& in his pficientes in tantū, ut uniuersam habitabilem eorū ditioni  
subdiderint, Inter ipsos uero discordia seu lite suborta, laboribus &  
Exemplum à re gno Italico. incōmodis multimodis uexatū est regnum ipsorū, & alienarū atq;  
inuisarū gentium subiuit imperium. Sicq; etiam rursus propter li-  
tem laceratum est undiq; quasi solutum, quod occupare uolenti, &  
ut cunq; potenti facilis cuilibet ad ipsum iam patet ingressus, nulla  
siquidem tali euentu admiratione digno (quoniā in his quæ de Ca-  
telina) telte Salustio, Concordia paruæ res crescunt, discordia ue-  
ro maximæ dilabuntur. Ob quam quidem in erroris seducti de-  
uium, uita sufficienti priuātur indigenæ, pro quiete quæ sita labo-  
res grauiiores, pro libertate uero dura iuga tyrannidum continue  
Incommoda discordiæ. subeunt, sicq; demum cæteris uiuentibus ciuilitate infeliciores effe-  
cti, ut ipsorū patronymicum nomen, gloriam & immunitatem inuo-  
cantibus præbere solitū, in passionem ignominia à reliquis natio-  
nibus exprobretur eisdem. In has ergo miseri præcipites feruntur  
tenebras propter discordiam seu litem ipsorum inuicem, quæ uelut  
animalis egritudo, sic praua ciuilis regiminis dispositio fore digno-  
scitur. Cuius quidem & si causæ primitiua sint plures & coniun-  
ctæ non pauca, quas solitis modis euenire possibiles, philosopho-  
rum eximius in ciuili scientia, omnes ferè descripsit, est tamen extra  
illas una quædam singularis & occulta ualde, qua Romanum im-  
perium dudum laborauit, laboratq; continue, uehementer conta-  
giosa, nil minus & prona serpere in reliquas omnes ciuilitates & re-  
gna, ipsorumq; iam plurima sui auuiditate tentauit inuadere. Hanc  
siquidem eiusq; ortum & speciem, nec Aristoteles aut philosopho-  
rum alter, sui temporis uel prioris conspiceret potuit. Est enim hæc  
& fuit

& fuit opinio peruersa quædam in posteris explicanda nobis, occasionaliter autem sumpta, ex effectu mirabili post Aristotelis tempora dudum à suprema causa producto, præter inferioris naturæ possibilitatem, & causarum solitam actionem in rebus. Hæc nempe sophistica honesti atq; conferentis faciem gerens, hominum generi perniciosa, prorsus existit, omniq; ciuitati ac patriæ si nō prohibeatur, nocuentū tandem importabile paritura. Sunt igitur (ut diximus) pacis seu tranquillitatis fructus optimi, oppositæ uero litis importabilia nocumenta, propter quod pacem optare, non habentes quærere, quæsitam seruare, litemque oppositam omnino conamine repellere debemus. Ad ea quoq; singuli fratres, eoque magis collegia & cōmunitates se inuicem iuuare tenentur, tam supernæ charitatis affectu, quàm uinculo siue iure societatis humanæ, Quod etiã Plato nos admonet, teste Tullio de officijs, libro qui dixit. Non nobis solum nati sumus, ortusq; nostri partem patria uendicat, partem amici, Cuius sententiæ subdit Tullius consequenter, Atque ut Stoicis placet, quæ in terris gignuntur, ad usum hominū omnia creari, homines autem hominū causa generatos esse, In hoc naturam duces sequi debemus, cōmunes utilitates in mediū afferre. Quodq; cōmunis utilitas non parua foret, quinimō necessitas, iam dictæ singularis causæ litium, regnis atque cōmunitatibus omnibus nocumenta non parua minantis, referare sophisma. Curam uigilem, diligentemque operam, huic præbere tenetur quilibet, commune uolens & potens utile cernere: hoc enim immanifesto, nequaquam pestis hæc euitari potest, nec ipsius perniciosus effectus à regnis seu ciuitatibus refecari perfecte. Non debet autem curam hanc negligere quispiã timore uel segnitie, aut quouis alio malignitatis spiritu, Nam ij. ad Timotheū. i. Non dedit nobis deus timoris spiritū, sed uirtutis & dilectionis, uirtutis inquam & dilectionis, propalanda ueritatis, unde subdit ibidem Apostolus, Noli itaque erubescere testimonium domini nostri, hoc autem fuit testimonium ueritatis, ad quod perhibendum CHRISTVS se uenisse dixit in mūdum, dum Ioannis. xvij. inquit. Ego ad hoc natus sum, & ad hoc ueni in mundum, ut testimonium perhibeam ueritati, ducenti scilicet humanum genus ad salutem æternam. Ipsius ergo instar, docendæ ueritati, quæ ciuiliū regiminum iam dicta pestis cessari ualeat, ab humano maxime Christicolarum genere, ueritati inquam, ad salutem ciuilitatis ducenti, ad æternam quoque proficenti non parum, is magis obligatur intendere, cui gratiarum dator, harum rerum intelligentiam amplius inspirauit, grauiusq; uelut ingratus, hoc sciens. &

*Christiã ad ea  
quæ pacis sunt  
obligantur.*

*Nemo terrore  
ueritatē retice  
scat.*

potens peccat omittens, teste Iacobo suæ canonicæ, cap. iij, cum dixit, Scienti bonum facere & non facienti, peccatum est illi. Non aliter enim nequitia hæc humani generis cõmunis hostis succidetur perfecte, nec perniciosi, quos hæctenus produxit, fructus arescent, nisi suæ causæ siue radicis primum pandatur & arguatur iniquitas. hac nanque uia non alia tute ingredi potest principantium coactiua potestas, ad huius maliciæ patronos improbos, & defensores pertinaces finaliter expugnandos. Præmissis itaque Christi, sanctorum atque philosophorum monitis, attendens & obsequens Antenorides ego quidam ex intelligentiæ rerum harũ, si qua mihi gratia credita est, spiritu quoq; confidentiæ ministrato desursum (à quo teste Iacobo suæ canonicæ, primo ca. Omne datum optimũ & omne donum perfectum, desursum descendēs est à patre luminum) propter dantis reuerentiam, propalandæ ueritatis amorem, patriæ ac fratrum charitatis feruorem: oppressorum siquidem misericordiam & reseruationem, opprimentium uero ab erroris deuiatione reuocationem, eaq; permittentium, his tamen obuiare debētium atque potentium excitationem, in te quoque respiciens singulariter, tanquam dei ministrum huic operi finem daturum, quem extrinsecus optat inesse, inclytissime LVDOVICÆ Romanorũ Imperator, cui sanguinis antiquo, speciali quasi quodã iure, nec minus singulari herouica tua indole, ac præclara uirtute insitus & firmatus est amor hæreses extirpare, catholicam ueritatem omnemque aliã studiosam disciplinam extollere atque seruare, uicia cædere, studia propagare uirtutum, lites extinguere, pacem seu tranquillitatem ubique diffundere ac nutrire: sequentium sententiarum summas post tempus diligentis & intentæ perscrutationis, scripturæ mandauit, ex his arbitrans iuuamentum quoddam euenire posse tuæ uigili maiestatis, præscriptis lapsibus atque contingentibus alijs reliquisq; utilitatibus publicis prouidere curanti. Est ergo propositũ meum, auxiliante deo, singularem hanc litem causam solũmodo pandere. Nam earum quæ per Aristotelem assignatæ fuerunt, numerum atque naturam iterare foret abundans, huius uero quam nec Aristoteles cõspicere potuit, nec post ipsum qui potuerit, determinationem alter assumpserit, sic uolumus reuelare uelamẽ, ut à regnis seu ciuitatibus omnibus deinceps facile possit excludi, exclusã uero possint securius studiosi principantes & subditi tranquille uiuere, quod est desiderabile propositum in huius operis initio, necessarium debētibus ciuili felicitate frui, quæ in hoc seculo possibilitium homini desideratorum optimum uidetur, & ultimum actuum humanorum.

Propositum

*Antenorẽ autẽ  
Patauij fuisse  
conditorẽ. unde  
se uocat Antenoriden, Patauium se esse significans.*

*Imp. Caf. Ludouici laus.*

*Intentiõ autoris*



fitum itaque mihi iam dictum negotium distinguam per tres dictio-  
 nes, in prima quarum demonstrabo intenta uis certis, humano in-  
 genio adiuuentis, constantibus ex propositionibus per se notis cui-  
 libet menti non corruptæ natura, consuetudine, uel affectione per-  
 uersa. In secunda uero, quæ demonstrasse credidero, cōfirmabo te-  
 stimonijs ueritatis, in eternū fundatis, auctoritatibus quoq; sancto-  
 rum illius interpretum, necnon & aliorum approbatorum docto-  
 rum fidei Christianæ; ut liber ille sit stans per se, nullius egens pro-  
 bationis extrinsecæ. Hinc etiam falsitates determinationibus meis  
 oppositas impugnabo, & impediencia suis inuolutionibus aduer-  
 santium sophismata referabo. In tertia siquidem cōclusiones quas-  
 dam, seu perutilia documenta, ciuibus tam principantibus quàm  
 subiectis obseruanda, inferam, ex prædeterminatis habentia certi-  
 tudinem euidentem. Vnamquamq; uero harum dictionum per ca-  
 pitula fecabo, & capitulū quodlibet diuidam in certas partes, plu-  
 res aut pauciores, secundum capituli quantitatem: eritq; dictarum  
 diuisionum utilitas una, facilitas inueniendi quæ sita, in quæ remit-  
 tentur lectores huius, de dictionibus & capitulis posterioribus ad  
 priora, ex qua sequetur uoluminis abbreviatio utilitas reliqua. Cū  
 enim continget nos in posterioribus dictis assumere ueritatem ali-  
 quā, uel propter ipsam aut propter alia demōstranda, cuius proba-  
 tio aut certitudo in prioribus sufficienter tradita fuerit, absque pro-  
 bationis nugatione remitemus lectorem ad dictionem, capitulū,  
 & partem suæ traditionis, ut sic quæsi sui certitudinem possit faci-  
 liter reperire.

*Quid in prima  
 dictione autor  
 scripturus sit.*

*Argumentū se-  
 cunde dictionis*

*Tertie dict. cō-  
 tenta.*

DE PRIMIS QVAESITIS IN HOC LIBRO, ET  
 distinctione ac significatorum assignatione hu-  
 ius dictionis Regnum. Cap. II.



**A**gredientes itaque proposita, primum manifestare  
 uolumus, quid sit tranquillitas regni uel ciuitatis, ho-  
 rum autem prius tranquillitatem, hac enim non ma-  
 nifesta in tranquillitatem quid sit, ignorare necesse  
 est. Et quoniam ambæ hæ uidentur esse dispositio-  
 nes ciuitatis aut regni, quod ex Cassiodoro supponatur, continuo  
 declarandum manifestabimus consequenter, quid & propter quid  
 sit regnum aut ciuitas, unde etiā tranquillitatis & sui oppositi descri-  
 ptiones apparebunt amplius. Volentes itaque secundum præ-  
 missum ordinem describere tranquillitatem ciuitatis aut regni, ne

propter nominum multipliciter in proposito eueniat ambigui-  
 tas, oportet non latere, quod hæc dictio regnum in una sui signifi-  
 catione importat pluralitatem ciuitatum seu prouinciarū, sub uno re-  
 gimine contentarum: secundum quam acceptionem, non differt  
 regnum à ciuitate in politiæ specie, sed magis secundum quanti-  
 tatem. In alia uero sui acceptione, significat hoc nomen regnum,  
 speciem quandam politiæ seu regiminis temperati, quam uocat  
 Aristoteles monarchiam temperatam, quo modo potest esse re-  
 gnum in unica ciuitate sicut in pluribus, quemadmodum fuit circa  
 ortum communitatum ciuiliū, quasi enim in pluribus erat rex  
 unus in unica ciuitate. Tertia significatio huius nominis & famosior  
 cōponitur ex prima & secunda. Quarta uero ipsius acceptio est cō-  
 mune quiddam ad omnem regiminis temperati speciem, siue in uni-  
 ca siue in pluribus ciuitatibus, secundū quam significationem sum-  
 psit ipsum Cassiodorus in oratione, quam posuimus initium huius  
 libri, qua etiam utemur hoc nomine in determinationibus quæsi-  
 torum. Debentes itaque describere tranquillitatem & suum op-  
 positum, suscipiamus cum Aristotele primo & quinto Politicæ suæ  
 capitulis ij. & tertio, ciuitatem esse uelut animatam seu animale-  
 naturam quandam. Nam sicuti animal bene dispositum secundū  
 naturam, componitur ex quibusdam proportionatis partibus in-  
 uicem ordinatis, suarūq; opera sibi mutuo communicantibus, & ad  
 totum, sic ciuitas ex quibusdam talibus constituitur, cum bene di-  
 spolita & instituta fuerit secundum rationem. Qualis est igitur cō-  
 paratio animalis & suarum partium ad sanitatem, talis uidebitur ci-  
 uitatis siue regni & suarum partium ad tranquillitatem. Huius uero  
 illationis fidem accipere possumus ex eo quod de ipsarum utraque  
 compræhenduntur omnes. Existimant enim sanitatē esse dispo-  
 sitionem animalis optimam secundum naturam, sic quoq; tranquil-  
 litatem dispositionem optimam ciuitatis secundum rationem insti-  
 tutæ. Sanitas autem, ut aiunt peritiores physicorum, describentes  
 ipsam, est bona dispositio animalis, qua potest unaquæq; suarum  
 partium perfecte facere operationes conuenientes suæ naturæ: se-  
 cundum quam siquidem analogiam, erit tranquillitas bona dispo-  
 sitio ciuitatis aut regni, qua poterit unaqueq; suarum partium face-  
 re perfecte operationes conuenientes sibi secundum rationem, &  
 suam institutionem. Et quia bene diffiniens contraria, consignifi-  
 cat, erit intranquillitas praua dispositio ciuitatis aut regni, quemad-  
 modū infirmitas animalis, qua impediuntur omnes aut aliquæ par-  
 tes ipsius, facere opera sibi conuenientia, simpliciter uel in comple-  
 men

*Regnū quot si-  
 gnificationes  
 habeat.*

*Ciuitas quid.*

*Simile.*

*Sanitas quid.*

*Tranquillitas  
 quid.*

*Discordia.*

*Infirmitas.*

mento. De tranquillitate quidem igitur & intranquillitate opposita, sic figuraliter sit dictum à nobis.

## DE ORIGINE COMMVNITATIS CIVILIS.

## CAP. III.



Voniam autem tranquillitatem diximus bonam dispositionem ciuitatis ad partium opus, oportet consequenter intendere quid & propter quid sit ciuitas secundum se, quæ sint & quot primæ partes ipsius, amplius de uniuscuiusque ipsarum conuenienti opere, adhuc de causis & earum ordine inuicem, præ opere enim sunt hæc, ad tranquillitatis & sui oppositi determinationem perfectam.

Ante tamen quàm de ciuitate, illiusque speciebus aut modis agamus, quæ perfecta communitas est, debemus inducere primo ciuiliū communitatum originem, suorumque regiminum & modorum uiuendi. Ex quibus tanquàm perfectis processerunt homines ad perfectas cōmunitates, regimina, & modos uiuendi in eis. Nam ex minus perfectis ad perfectiora semper est naturæ atque artis, suæ imitatricis incessus. Nec homines aliter scire arbitrantur unum quodque, nisi cum causas illius primas & principia prima cognouerint usque ad elementa. Secundum hunc itaque modum ingredientiētes, oportet non latere, quod communitates ciuiles secundū diuersas regiones & tempora, inceperunt ex præuio & paulatim suscipientes incrementum, demum perductæ sunt ad completum, sicuti euenire iam diximus in omni actione naturæ uel artis. Prima nanque humanarum & minima combinatio, ex qua etiam aliæ pro uenerunt, fuit masculi & fœmine, ut dicit Aristoteles philosophorū eximius primo Politicæ, capitulo primo, & apparet hæc amplius ex ipsius iconomia. Ex hac nempe propagati sunt homines, qui primo repleuerunt domum unicam, ex quibus ampliores factæ huiusmodi combinationes, tanta hominum propagatio facta est, ut eis non suffecerit domus unica, sed plures oportuerit facere domos, quarum pluralitas uocata est uicus seu uicinia, & hæc fuit prima communitas sicut scribitur etiam ubi supra. Verum quàm diu fuerunt homines in unica domo, ipsorū actus omnes, maxime quos ciuiles infra uocabimus, regulabantur seniori eorū tanquàm discretiore, absque lege tamen aut consuetudine aliqua, eo quod nondum hæc potuerant inueniri. Nec solum autem unicæ domus homines

*Vicus.*

*Vicinia que.*

regebantur hoc modo, uerum etiam quasi eodem prima communitas uocata uico, licet in aliquibus differēter. Quoniam & si patri familiae domus unicae licuerit remittere uel punire domesticas iniurias iuxta ipsius uotum & beneplacitū omnimode, non tamen illi sic licuisset praesidenti primae communitati uocatę uico. in hac enim oportuit seniore disponere iuxta & conferentia rationabili aliqua ordinatione uel lege quasi naturali, ut quia sic omnibus conueniens uidebatur, æquitate quadam, absque magna exquitione, solo communi dictamine rationis, & debito quodam societatis humanæ. Huius autem differentię causa regiminis in domo unica & uicinia est & fuit. Quoniã si ex unica & prima iconomia seu domestica familia, frater occidisset aut aliter offendisset fratrem, absque discrimine inde accidēte, licebat patrifamiliae si uolebat delinquentē extremo supplicio non punire, tū quia soli remittēti patri facta uidebatur iniuria, tum propter hominū paucitatem, tum etiã quia patrifamilia minus erat damni atque tristitię, uno carere filio quā duobus, quod etiã fecisse uidetur primus auus noster Adã, dum filius eius Chain primogenitus Abel fratrem suū occidit. Non enim est patris ad filiū proprie ciuile iustum, ut scribitur quarto Ethicorum, ubi de iustitia tractatus existit. In communitate uero prima, uico siue uicinia non sic facere licuit nec licet, propter dissonantiam praedictorum: quinimò nisi per seniore uindicta seu æqualitas iniuriarum illatarum facta fuisset aut fieret, contigisset uel contingeret inde pugna & uicinorum separatio. Multiplicatis autem uicis & facta communitate ampliori, quod oportuit crescente propagatione, adhuc regebantur uno, uel propter defectum pluralitatis prudentū, aut aliam quandam alteram causam, ut scribitur tertio Politicę, capitulo nono, illo tamen qui senior aut melior habebatur, quãuis ordinationibus minus imperfectis, his quibus in uico seu sola uicinia disponebantur. Nec tamen habuerunt communitates illae primae tantam partium distinctionem & ordinem, aut necessariorum artium atque regularū uiuēdi summā, quanta postmodū successiue reperta est in cōmunitatibus perfectis. Fuit enim quãdoque idem homo princeps & agricola seu pastor ouium, ueluti Abraam & alij posterorū quā plures, quod tamē in cōmunitatibus perfectis nec expedit nec liceret.

*Adam fratricidā non puniuit ob hominū paucitatem.*

*Agricola seu pastor princeps*

Augmentatis autem his successiue, aucta est hominum experientia, inuentæ sunt artes & regulæ ac modi uiuendi perfectiores, distinctæ quoque amplius cōmunitatum partes. Demum uero quæ necesse sunt ad uiuere & bene uiuere, per hominum rationem & experientiam perducta sunt ad complementum, & instituta est perfecta

fecta cōmunitas uocata ciuitas, cum suarum partium distinctione, cuius continuo determinationem aggrediemur. De ortu itaque ciuilibis cōmunitatis tanta sufficiant.

DE CAUSA FINALI CIVITATIS, ET QVAESITORUM  
 scibilium, & suarum partium distinctione  
 in generali. Cap. IIII.



St autem ciuitas secundū Aristotelem. i. politicae. c. i. Perfecta cōmunitas omnem habens terminū per se sufficientiae, ut consequens est dicere, facta quidē igitur uiuendi gratia, existens autē gratia bene uiuendi, Quod autē dixit Aristoteles, uiuendi gratia facta, existens autē gratia bene uiuendi, significat causam finalem ipsius perfectam, quoniā uiuentes ciuilitate, nō solum uiuunt, quod faciunt bestiae aut serui, sed bene uiuūt, uacantes scilicet operibus liberalibus qualia sunt uirtutū tam practicae quā speculatiuae, animae. Sic itaq; determinata ciuitate propter uiuere & bene uiuere tanquā finem, oportet de ipso uiuere, ac modis eius tractare primū. Est enim ut diximus, cuius gratia ciuitas instituta est & necessitas, omnium que sunt & fiunt per hominū cōmunitatem in ea. Hoc ergo statuamus tanquā demonstrādorū omnium principiū naturaliter habitū, creditum, & ab omnibus sponte concessum: Omnes scilicet homines nō orbatos aut aliter impeditos, naturaliter sufficientē uitā appetere, hinc quoq; nocua refugere & declinare, quod etiam nec solū de homine, uerū de omni animalium genere patet secundū Tullium. i. de officijs. ca. iij. ubi sic inquit. Principio generi animantium omnia natura tributū est, ut se, corpus, uita inq; tueatur, declinet ea quae nocitura uideantur, omnia quae necessaria sunt ad uiuendū, acquirat & paret. Quod etiā ex inductione sensata palam quilibet accipere potest.

Omnes homines sufficientē uitā appetunt.

Viuerē autem ipsum & bene uiuere conueniens hominibus, est in duplici modo, quoddam temporale siue mundanum, aliud uero aeternum siue caeleste uocari solitum. Quodq; istud secundū uiuere sempiternū scilicet, nō potuit philosophorū uniuersitas per demonstrationem cōuincere, nec fuit de rebus manifestis per se, idcirco de traditione ipsorū quae propter ipsum sint, non fuerunt solliciti. De uiuere autē & bene uiuere, seu bona uita secundū primū modū mundanū scilicet, ac de his, quae ppter ipsum necessaria sunt, cōprehenderūt per demonstratiōem philosophi gloriosi rem quasi cōpletam, unde ppter ipsum cōsequendū cōcluserūt ipsi necessitatē ciuilibis

Vita mundana & caelestis.

ciuilis cōmunitatis, sine qua uiuere hoc sufficiens obtineri non potest. Quorum etiā eximius Aristoteles, i. suæ politicæ cap. i. dixit:

• Omnes homines ferri ad ipsam, & secundū naturæ impetū ppter hoc. Quod quæuis experientia seruata doceat, eius tamen causam quā diximus, inducere uolumus distincte magis, dicētes, quod' quia homo nascitur compositus ex cōtrarijs elementis, propter quorū contrarias actiōnes & passiōnes quasi cōtinue corrūpitur aliquid ex sua substātia: Rursumq; quoniā nudus nascitur & inermis ab excessu continentis aëris & aliorū elementorū, passibilis & corruptibilis, quemadmodū dictū est in scientia naturarū, indiguit artibus diuersorum generū & specierū ad declinandū nocumenta prædicta: quæ quoniā exerceri non possunt nisi à multa hominū pluralitate, nec haberi, nisi per ipsorū inuicē cōmunicatiōē, oportuit homines simul congregari ad cōmodum ex his assequendū, & incōmodum fugiendum. Verum quia inter homines sic congregatos eueniunt contentiones & rixæ, quæ per normā iusticiæ non regulatæ causarēt pugnas & hominū separationem, & sic demum ciuitatis corruptionem, oportuit in hac cōmunicatiōe statuere iustorū regulam, & custodem siue factorem. Et quoniā custos hic habet arcere iniuriosos excedentes, & alios tam intrinsecus quàm extrinsecus singulos turbantes, aut cōmunitatem opprimere tentantes, oportuit ciuitatem ad hos habere in se aliquid quo resistat. Rursumq; quoniam indiget cōmunitas aliquibus opportunitatibus, reparationibus, & custodijs rerum quarundam, & alijs tempore pacis, alijsq; tempore bellico, necesse fuit in ea esse talium prouisores ut cōmuni necessitati, cū expediuerit uel oportuerit, succurri possit. Extra hæc autem iam dicta, quæ solum necessitati præsentis uitæ succurrunt, est quo indigent communicantes ciuilitate pro statu futuri seculi, per dei reuelationem super naturalem humano generi promisso, & utile etiā pro statu uitæ præsentis, cultus uidelicet ac dei honoratio, & gratiarum actio exhibenda, tam pceptis in hoc seculo beneficijs, quàm recipiendis etiam in futuro: ad quæ docēda & in ipsis homines dirigendos oportuit ciuitatem quosdā determinare doctores. De quibus omnibus & reliquis supra dictis, quæ sint aut qualia, in sequentibus tractatibus exquisite dicetur. Fuerunt igitur homines ppter sufficienter uiuere cōgregati, potētes sibi querere necessaria, numerata pridē, illa sibi cōmunicātes inuicē. Hæc aut cōgregatio sic perfecta, & terminū habens per se sufficientiæ, uocata est ciuitas, cuius siquidem finalis causa & suarum partium pluralitatis, iam dicta est aliquāliter nobis, & in sequētibus amplius distinguetur. Nam quia diuersa

Cur homo corrumpatur.

Ciuitatis origo & causa.

diuerſa ſunt neceſſaria bene uolentibus uiuere, quæ per homines unius ordinis ſeu officij procurari nequeunt, oportuit eſſe diuerſos ordines hominũ ſeu officia in hac cõmunicatione, diuerſa huiſmodi exercentes ſeu procurantes, quibus p̄ uitæ ſufficientia homines indigent. Hi autẽ hominũ diuerſi ordines ſeu officia, non aliud ſunt quàm pluralitas & diſtinctio partium ciuitatis. Quid quidẽm igit̄ ſit ciuitas, & p̄pter quid facta ſit talis cõmunicatio, amplius de ſuarum partiũ diuiſione ſic figuraliter pertranſiſſe, ſufficiat.

DE DISTINCTIONE AC ASSIGNATIONE PARTIVM CI-  
uitatis, & ipſarum inexiſtentia ac ſeparationis ne-  
ceſſitate propter finem ab humana inuentio-  
ne assignari poſſibilem. Cap. V.



Oſtquam præmiſſus eſt à nobis totalis ſermo de par-  
tibus ciuitatis, in quarum ac̄tione & cõmunicatione  
perfecta inuicem, nec extrinſecus impedita, tranquil-  
litatem ciuitatis conſiſtere diximus, ut earum amplio-  
ri determinatione, tam ex operibus ſeu finibus quàm  
alijs appropriatis cauſis ipſarũ cauſæ tranquillitatis & ſui oppoſi-  
ti manifeſtentur amplius, de ipſis reſumentes, dicamus quod par-  
tes ſeu officia ciuitatis ſunt ſex generum, ut dixit Ariſtoteles vii. po-  
liticæ, cap. vi. Agricultura, artificium, militaris, pecuniatiua, ſacer-  
dotiũ, & iudicialis ſeu conciliatiua. Quorũ tria, uidelicet ſacerdo-  
tium, p̄pugnatiua, & iudicialis ſimpliciter ſunt partes ciuitatis, quas  
etiã in cõmunitatibus ciuilibus honorabilitatem dicere ſolent. Reli-  
qua uero dicuntur partes large, ut quia ſunt officia neceſſaria ciui-  
tati ſecundũ Ariſtotelis ſententiã, vii. politicæ, ca. vii. Et ſolet horũ  
multitudo dici uulgaris. Sunt igitur hæ partes famoſiores ciuitatis  
ſeu regni, ad quas omnes alia cõueniẽter reduci poſſunt. Quarũ  
ſiquidem neceſſitas, licet utcuq; dicta fuerit capitulo præcedenti,  
uolumus tamen hanc ruruſum dicere diſtincte magis, ſuſcipientes  
tanquàm prius demonſtratum ex per ſe noto, ciuitatem ſcilicet, cõ-  
munitatem eſſe inſtitutam propter uiuere & bene uiuere hominũ in  
ea. Quod quidẽm uiuere duobus modis determinauimus prius,  
Vno nanq; uita ſeu uiuere ſeculi huius, mundano uidelicet, alio ue-  
ro, uita ſeu uiuere alterius ſeculi ſiue futuri. Ex quibus ſiquidem ui-  
uendi modis, deſideratis homini uelut finibus, assignabimus neceſſi-  
tatem diſtinctionis partium cõmunitatis ciuilibus. Viuere igitur ho-  
minis primo modo, mundanũ ſcilicet, quandoq; accipitur pro eſſe  
uiuen

*Ciuitatis parti-  
tes ſeu officia  
ſex.*

*Ciuitas, ut com-  
mode in ea homi-  
nines uiuant,  
inſtituta.*

*Vita pro anima.* uiuentium, ut in ij. de anima. Viuere uiuentibus est esse, quo modo, uita nil aliud est quàm anima. Quandoq; uero accipitur uiuere p actu seu actione aut passione animæ siue uitæ. Rursum utrunq; horum dupliciter, quoniam aut in eodem esse naturali, uel in conlimili, quod dicunt specificum. Et licet uiuere unoquoq; modorū dictorum, tam homini propriū quàm sibi & cæteris animantiū cōmuni, dependeat à causis naturalibus, non tamen est ipsius consideratio præsens, in quantū prouenit ab illis, sed in ea quæ de plantis & animalibus scientia naturali: de ipsis autem secundū quod ab arte ac ratione, quibus hominū genus uiuit, suscipiunt cōplementū, est nobis perscrutatio præsens. Et ppter ea oportet attēdere, quod si debeat homo uiuere & bene uiuere, necesse est, ut ipsius actiones fiant & bene fiāt, nec solū actiones, uerū etiā passionēs, bene inquā, id est in tēperamento cōueniēti. Et quoniā ea quibus hæc temperamēta cōplentur, nō accipimus à natura omniquaq; perfecte, necessariū fuit homini ultra causas naturales per rationē aliqua formare, quibus compleatur efficientia & conseruatio suarū actionū & passionum secundū corpus & animā, Et hæc sunt operum & operatorum genera, prouenientium à uirtutibus & artibus tam practiciis quàm speculatiuis. Actionum autem humanarū & suarum passionū, quædam proueniunt à causis naturalibus præter cognitionē, quales fiunt per elementorū contrarietatem, nostra cōponentium corpora propter ipsorū permixtionem. in quo genere reponi possunt conuenienter actiones particulæ nutritiæ, Quod etiam capitulū ingrediuntur actiones, quas faciunt elementa nostrū corpus continentia, per alterationem suarū qualitātū: de quorū genere sunt etiā alterationes quæ fiunt ab ingredientibus humana corpora, ueluti sunt, cibi, potus, medicinæ, uenena, & reliqua similia his, Aliæ uero sunt actiones & passionēs à nobis uel in nobis, per uirtutes nostras cognoscentes & appetentes, quarū quædam uocantur immanentes, ut quia non transeunt in subiectum à faciente, nec exercentur per aliquod exteriorū organorū seu membrorū motorum secundum locū, ut sunt cogitationes, & hominū desideria seu affectiones. Aliæ uero sunt & dicuntur transeūtes, quia modo altero uel utroq; prædictorū opposte se habent immediate prædictis. Propter has ergo temperandas actiones & passionēs omnes atque cōplendas in eo, ad quod natura producere nequit, inuenta fuerunt artificiorū diuersa genera, & reliquarū uirtutū, quemadmodū diximus prius, institutiq; sunt homines diuersorū officiorū ad illa exercenda propter supplendam humanam indigentia, qui ordines nihil aliud sunt



sunt, quàm partes ciuitatis enumeratæ pridem. Ad temperandos enim atque saluandos actus nutritiue partis animæ, quo cessante simpliciter corrūperetur animal secundū indiuiduum & speciem, instituta fuit agricultura camporum, & cura pecorū, ad quas conuenienter reducuntur omnes species uenatiue terrestrium, aquatiliū & uolatiliū animalium, & omnes aliæ artes, quibus acquiritur alimentum cōmutatione aliqua, uel paratur ad esum: ut per ipsum reparetur tandem, quod deperditur ex substantia nostri corporis, & per id continetur etiam in esse suo immortalis, quantum homini natura permisit. Ad moderandas uero actiones & passiones nostri corporis, ab his quæ nos extrinsecus continent elemētis, & ipsorum impressionibus, inuentum fuit genus mechanicarū, quas Aristoteles vii. politicæ, ca. vi. uocat artes, sicuti lanificium, coriaria, sutoria, & omnes domificatiue species, & aliæ quæ dā mœchanicæ alijs subseruientes officijs ciuitatis, mediate aut immediate. nec solum moderantes tactus aut gustus, uerū etiam aliorū sensuum, quæ magis sunt ad uoluptatem & bene uiuere, quàm ad uitæ necessitatem, uelut pictoria cum sibi similibus, de quibus Aristoteles iij. politicæ, ca. iij. inquit. Harum autem artiū has ex necessitate oportet existerè, has autem ad delicias & bene uiuere. Sub quo etiam genere reponitur medicinalis practica, architectonica, quodā modo ad plures prædictarum. Ad moderandos autem excessus actuum qui sunt à uirtutibus motiuis secundum locum per cognitionem & appetitum, quos transeuntes diximus, & qui possibiles sunt, fieri ad cōmodum uel incōmodum seu iniuriam alterius à faciente pro statu præsentis seculi: statuta fuit necessario in ciuitate pars aliqua seu officium, per quam excessus talium actuum corrigatur, & ad æqualitatem aut proportionem debitam reducantur, aliter namq; causarentur ex his pugna & inde ciuium separatio, demū ciuitatis corruptio, & uitæ sufficientis priuatio. Hæc autem pars ab Aristotele uocata est iudicialis seu principans & conciliatiua, cum sibi subseruientibus, cuius est, iusta & cōferentia cōmunia regulare. Cæterū quia sufficiens uita duci nō posset oppressis ciuibus, aut in seruitutem redactis per extrinsecos oppressores, Rursum quoniā iudicū sententias ad iniuriosos & rebelles intrinsecos oportet exequi per potentiam coactiuam, necesse fuit in ciuitate militarem seu propugnatiuā partem statuere, cui etiā mœchanicarū multæ subseruiūt. Est enim ciuitas uiuendi & bene uiuendi gratia constituta, quemadmodū dictum est in cap. præcedenti, quod impossibile est ciuibus in seruitutem redactis. Hoc enim dixit eximius Aristoteles esse contra natura-

*Agricultura.**Artes mœchanice.**Consules & iudices.**Ars militaris.*

turam ciuitatis. Vnde iij. politicæ, cap. iij. necessitatem huius partis assignans, ait. Quintum autem genus quod propugnans, quod his quidem nihilominus necessarium est existere, si debeant non seruire inuadentibus, nihil enim uerius impossibili quæ dignum esse uocare ciuitatem natura seruam, per se sufficiens enim est ciuitas, quod autem seruum non per se sufficiens. Huius uero partis necessitas propter rebelles intrinsecos habetur ab Aristotele. vij. politicæ, ca. vi. Seriem autem hic omisimus propter abbreviationem, & quia ipsam inducimus. xiiij. huius, parte. viij. Rursusque quoniam in annis mundanis quandoque sunt fructuum fertilitates, quandoque sterilitates, adhuc quia ciuitas quandoque pacifice disponitur ad uicinas, quandoque aliter: suntque ipsius aliarum communes opportunitates, quibus indiget, ut uiarum, pontium, & aliorum ædificiorum constructiones aut reparaciones, & relique consimiles, quas nec opportunum hic est, nec breue foret enumerare: oportuit pro his parandis conuenienti tempore in ciuitate statuere partem thesaurizantem, quam uocauit Aristoteles pecuniatiuam. Hæc enim pecunias, blada, uina, olea, & reliqua necessaria congregat & custodit, & communia conferentia undecunque procurat, & querit ad succurrendum futuræ necessitati, cui etiam subseruiunt aliarum quædam. Vocauit autem hanc Aristoteles pecuniatiuam, quoniam pecuniarum custodia uidetur thesaurus omnium, eo quod in ipsas omnia commutantur. Superest autem nobis de sacerdotalis potestatis necessitate dicere, de qua non omnes homines sic senserunt concorditer, ut de necessitate reliquarum partium ciuitatis. Et causa huius fuit, quoniam ipsius uera & prima necessitas non potuit comprehendere per demonstrationem, nec fuit res manifesta per se. Conuenerunt tamen omnes gentes in hoc, quod ipsum conueniens sit instituere propter dei cultum & honorationem, & consequens inde commodum pro statu præsentis seculi uel uenturi. Plurimæ enim legum siue sectarum, honorum præmium & maiorum operatoribus supplicium promittunt, in futuro seculo distribuenda per deum. At extra causas positionis legum, quæ absque demonstratione creduntur, attenderunt philosophantes conuenienter ualde, aliam & pro huius seculi statu, quasi necessariam causam traditionis legum diuinarum siue sectarum, ex quibus fuit Hesiodus, Pithagoras, & aliorum antiquorum quamplures. Hæc autem fuit bonitas & humanorum actuum monasticorum & ciuiliu, à quibus quies seu tranquillitas communitatum, & demum sufficiens uita præsentis seculi, quasi tota dependet. Nam licet philosophorum aliqui, talium legum siue sectarum adiuuatores, non senserint

*Thesaurus ciuitatis.*

*Pecuniatiua.*

*Sacerdotium.*

*Leges diuine.*

serint aut crediderint hominū resurrectionem, & illam uitā quę uocatur æterna, ipsam tamen esse finxere, & persuaserūt, & in ipsa delectationes atque tristitias secundum qualitates humanorum operum in hac uita mortali, ut ex hoc inducerent hominibus dei reuerentiam & timorem, desiderium fugiendi uitia & colendi uirtutes. Sunt enim actus quidam, quos legis lator humana lege regulare non potest, ut qui alicui nō possunt probari, adesse uel abesse, quos tamen non potest latere deum, quem finxere ipsi talium legum latorum, & præceptorem obseruationis ipsarum, sub æternæ pœnæ, uel præmiij comminatione bonorum aut malorum operationibus.

Vnde dixerūt de differenter studiosis in hoc seculo, quod locabantur in firmamento cæli. Et hinc fortasse peruenerunt nomina quibusdam astris & figuris cælestibus. *Imagines astrorum.*

Agentium uero peruerse quorundam, dixerunt animas diuersa brutorum ingredi corpora, puta porcorum, qui intemperati fuerant secundum gustum: hircorū, qui secundum tactum & Venerea, sicq; reliquorū in reliqua, iuxta portiones humanorum uitiorum ad damnabiles eorum proprietates. *Humanas animas brutorum corpora ingredi.*

Sic etiam uaria tormētorum assignauerunt genera prauorum operationibus, quomodo in tēperato Tantalō, sitim & famem perpetuam, aquam & poma præsentia, quæ nec bibere aut manducare potest, semper amplius fugientia quàm prosequi possit. *Fabula Tantali*

Dixerūt quoque tartara loca quædam talium tormentorum uoraginosā & tenebrosā, terribilibus & cōtristatiuis quasi omnibus intentionibus, talia describentes. Ex quorum terrore fugiebant homines peruerse agere, ad studiosa quoque operum, pietatis & misericordiæ, excitabantur, ad seipsos atque alios disponebantur bene. Cessabantq; propter hæc in communitatibus multæ contentiones & iniuriæ. *Tartara.*

Vnde pax etiam & tranquillitas ciuitatum & uita hominum sufficiens pro statu præsentis seculi difficile minus seruabatur, quod expositione talium legum siue sectarum sapientes illi finaliter intendebant. Fuit ergo gentilium sacerdotium traditio talium præceptorum, ad quæ docenda statuere in suis communitatibus templa, in quibus colebantur ipsorum dii, constituentes etiam doctores dietarum legum seu traditionum, quos sacerdotes uocabāt, eo quod templorū sacra tractabant, ut libros, uasa, & huiusmodi reliqua de seruientia cultui diuinorum. Hæc siquidem ordinabant decenter iuxta ipsorum credulitates & ritus, nam sacerdotes instituebant non quoscunque, sed ciues aliquos studiosos & approbatos, qui fuerant ex officio militari iudiciario uel conciliatiuo, ciues inquam qui secularia negotia abdicauerāt, excusati iam à muneribus & officijs.

*Aquibus deus colendus.*

*Banaufos artifex mechanicus.*

ciuilibus propter ætatem. A talibus enim uiris iam separatis à passionibus, & quorum dictis propter ætatem, & morum grauitatem amplius credebatur, decebat honorari deos, & illorum sacra tractari, non à banaufis seu mercenarijs, qui uilia & maculatiua officia exercuerant. Vnde septimo politicæ, cap. septimo. Neque enim agricolam neque banaufum, sacerdotem constituendum. Verum quia gentiles & omnium reliquæ leges aut sectæ, quæ sunt aut fuerunt extra catholicam fidem christianam, aut quæ ante hanc fuit sanctorum patrum credulitatem, & generaliter extra traditionem eorum, quæ in sacro canone, uocata biblia, continentur, non recte senserunt de deo, ut quia humanū ingenium secuti sunt, aut falsos prophetas uel doctores errorum: ideòq; nec de futura uita, ipsiusq; felicitate uel miseria, nec de uero sacerdotio propterea instituto, recte senserunt: locuti tamen sumus in ipsorum ritibus, ut eorum à uero sacerdotio Christianorum scilicet differentia & sacerdotalis partis necessitas in cõmunitatibus manifestius appareret.

DE FINALI CAUSA CUIUSDAM PARTIS CIVILIS  
sacerdotalis scilicet ex dei traditione siue relatione im  
mediata, impossibili tamen humana ratione  
conuinci. Cap. VI.



*Adam ad imaginem dei creatus.*

Elíquum autem sermonis huius est, dicere de causa finali propter quam fuit uerum sacerdotium in cõmunitatibus fidelium institutum. Est enim hæc moderatio humanorū actuum Imperatorū per cognitionem & appetitum, tam immanentium quàm transeuntium, secundum quod ex illis ordinatur genus humanū ad optimum uiuere uenturi seculi. Et propterea oportet attendere, quod licet primus homo Adam uidelicet creatus fuerit principaliter propter dei gloriã, sicuti cæteræ creaturæ, fuit ipse tamẽ creatus singulariter ab alijs speciebus corruptibilium, quoniã ad imaginem dei & similitudinem, ut capax & particeps esset felicitatis æternæ post uitam præsentis seculi, fuit etiam creatus in statu innocentie seu iustitiæ originalis & etiam gratiæ, Vt probabiliter dicunt sanctorum aliqui, & scripturæ sacræ quidam doctores præcipui. In quo si quidem permanisset, nec sibi aut suæ posteritati necessaria fuisset officiorum ciuiliū institutio uel distinctio, eo quod opportuna quæque ac uoluptuosa sufficientiæ huius uitæ in paradiso terrestri seu uoluptatis natura produxisset eidem, absque ipsius pœna uel fatione

gatione quacuncq;. Verum quia suam corruptit innocentiam seu originalem iustitiam & gratiã in esu prohibiti sibi ligni, diuinum in hoc transgrediendo mandatum, repente lapsus est in culpam atq; miseriam siue poenam, poenam inquam priuationis felicitatis æternæ, ad quã dei gloriosi beneficio cum sua posteritate qualibet finaliter fuerat ordinatus. Demeruit etiã ex iam dicti transgressione mãdati, omnem sui successionem in libidine propagare, in qua etiã & cum qua quilibet homo postmodũ cõceptus est & natus, ex hac peccatum contrahens, quod in lege Christianorum originale uocatur, præter CHRISTVM Iesum, qui absque peccato & libidine quibuscũq; cõceptus fuit de spiritu sancto, natus est ex Maria uirgine, quod factum est, dum una trium diuinarũ personarũ, filius uidelicet, uerus deus, in unitate sui suppositi, naturam assumpsit humanam. Ex hac siquidem transgressione primorum parentum infirmata est secundum animam omnis humana successio & infirma nascitur, quæ ante creata fuerat in statu sanitatis perfectæ, innocentie atque gratie, priuata quoq; propter delictum, suo finali optimo, ad quod fuerat ordinata. Quodq; dei propriũ est, miserĩ humano generi, facturæ ac imagini suæ, quam præordinauerat ad beatam & æternam uitam, uoluit, qui nunq; facit frustra quicq;, neque deficit in necessarijs, humani casus exhibere remedium, tradendo scilicet præcepta quædam obedientiæ, seruanda homini, quæ tanq; contraria transgressioni, sanare deberent egritudinẽ culpæ, quæ prouenit ab illa. Processitq; in his ordinate ualde à facilioribus ad difficiliora, uelut peritus medicus, præcepit nanq; hominibus primo ritum holocaustorum, de frugum primitijs & primogenitis animalium, quasi poenitentiam & humanam obedientiam experiri uellet, quem ritũ seruauerunt antiqui patres in dei reuerentiã, fidem, obedientiã, & gratiarum actionem usque ad Abraë tempora. Cui siquidẽ iuxta prædictum, dedit aliud præceptũ grauius, circumcisionis scilicet omnis humani & masculini sexus, in carne præpucij, quasi uideret rursus deus poenitentiam & humanam obedientiam amplius experiri. Fuerunt autẽ præcepta hæc per aliquos obseruata usq; in tẽpora Moysi, per quem postmodũ tradidit deus Israëlitico populo legem, per quam cũ supradictis ampliora præcepta statuit, tam pro statu præsentis seculi quàm uenturi, ipsiusq; legis ministros etiã statuit sacerdotes atque leuitas. Horum siquidem omniũ primorũ præceptorũ atque Mosaycæ legis obseruatoribus utilitas erat, purgatio quædã peccati siue culpæ tam originalis quàm actualis seu spõte cõmissæ, Eualio quoq; seu præseruatio quædã ab æterna & temporali poe-

*Peccatũ originale.*

*Christus immunis à peccato originali.*

*Ritus holocaustorum.*

*Circumcisio.*

*Lex Mosaiica.*

*Sacerdotes ac leuitæ.*

*Mosaicæ legis  
utilitas.*

*Lex gratiæ.*

*Opera cur me-  
ritori a dicantur.*

*Sacerdotum ac  
leuitarum officium.*

na sensus alterius seculi, quibus ex horum obseruatione non merentur homines felicitatem æternam. Ad quam tamen quoniã ordinauerat misericors deus humanũ genus, uolens ipsum à lapsu reducere seu restituere ad eandem secundũ conuenientem ordinem, omniũ nouissime humano generi, per filium eius IESVM CHRISTVM uerum deum & uerũ hominem, in suppositi unitate, tradidit legem euangelicam, præcepta continentem credendorũ, agendorũ, & fugiendorum, atq; consilia eorum: Quorum obseruatione nõ solum a pœna sensus præseruantur homines, ut per priorũ obseruatiam, uerum ex ipsius gratiosa ordinatione merentur ex talibus, congruitate quadam, felicitatem æternam. Et propterea lex gratiæ uocata est, tum quia per Christi passionem & mortem, redemptum est humanum genus à culpa & pœna damni æternæ beatitudinis, quam subiuerat ex lapsu seu peccato primorũ parentum: tum quia per illius obseruationem & sacramentorũ cum ipsa institutorũ receptionem, nobis confertur gratia diuina, collata roboratur, & amissa recuperatur, per quam ex dei ordinatione, cũ merito passionis Christi, congruitate quadam (ut diximus) opera nostra fiunt meritoria felicitatis æternæ. Huius autem merito passionis, Christi uidelicet, nõ solum posteriores gratiam susceperunt, qua beatam uitam mereri ualeant, uerũ etiam priorum præceptorũ & Mosaicæ legis obseruatores inde gratiã cõsecuti sunt æternæ beatitudinis, qua quidem in alio seculo, & in loco quem limbũ uocant, priuati manserãt usq; in Christi aduentũ, passionẽ, mortẽ, & resurrectionẽ. Per quẽ repromissionem sibi datã à deo acceperunt, quãuis in præceptis prioribus prophetarum & legis Mosaicæ, talis gratiæ repromissio sub enigmatico uelamine traderetur eisdem, omnia enim illis contingebãt in figura, ut dicit Apostolus ad Hebræos. Fuit autem deductio hæc diuina conueniens ualde, quoniã de minus perfecto ad magis, & demũ ad perfectissimum conuenientium humanæ saluti. Nec est opinandum propterea quin deus potuisset si uoluisset, statim à principio lapsus humani remedium adhibere perfectũ. Sed sic egit, quia sic uoluit & decuit, hominum exigente delicto, ut ne ueniæ nimis prompta facilitas præberet occasionem ulterius delinquendi. Iam dictæ uero legis doctores, ac sacramentorũ secundum illam administratores instituti sunt quidã in cõmunitatibus, uocati sacerdotes & diaconi seu leuitæ, quorũ officium est, legis euangelicæ Christianæ præcepta & cõsilia docere, in his quæ credenda sunt, agenda, & fugienda, finaliter pro statu uenturi seculi, beato siquidem consequendo & opposito deuitando.

Sacer

Sacerdotalis igitur officij finis est, hominum disciplina & eruditio, de his quæ secundum euangelicā legem necessarium est credere, agere, uel omittere propter æternam salutem consequendam & miseriam fugiendam. In hoc autem officium conuenienter ueniunt omnes disciplinæ, humano ingenio adinuentæ, tam speculatiuæ quàm actiuæ, humanorum actuū moderatiuæ, tam immanentium quàm transeuntium, ab appetitu & cognitione prouenientium, quibus bene disponitur homo secundum animā pro statu tam præsentis seculi quàm uenturi. Has etenim quasi omnes habemus ex traditione admirabilis philosophi & reliquorum & gloriosorum uirorum, enumerare tamen omisimus hic eas propter abbreviationem sermonis, & quoniam huiusmodi necessitas non habet considerationem præsentem. Debemus autem intelligere de hoc capitulo, & ipsum sequente continuo, alias esse causas officiorum ciuitatis, iuxta quodlibet ipsarum genus, secundū quod officia sunt ciuitatis, & alias ipsorum secundū quod sunt habitus corporis, aut mentis humanæ. Nam finales eorum causæ secundū quod habitus corporis, aut humanæ animæ, sunt opera quæ ab illis proueniunt immediate per se, ut nauifaciuæ, nauis: militaris, armorū usus aut pugna, sacerdotij uero prædicatio legis diuinæ, & secundum illam sacramentorum administratio, & sic cōformiter in reliquis omnibus. Ipsorum autem causæ finales secundum quod officia in ciuitate determinata & instituta, sunt cōmoda & sufficiētiae perfectiuæ actionum & passionum humanarum, prouenientes ab operibus dictorum habituum, uel quæ sine his haberi nequeunt, quomodo à pugna qui est actus seu finis militaris habitus, hominibus in ciuitate libertas prouenit & seruatur, quæ quidem finis est actuum & operū militaris. Sic etiā à domificatiuæ opere, seu fine qui domus est, prouenit hominibus seu ciuitati defensio, ab aëreīs impressionibus nociuis, calidi, frigidi, humidi, aut sicci, quæ siquidem defensio causa finalis est, propter quam domificatiuæ officium fuit in ciuitate statutum. Eodemque modo ab obseruatione legis diuinæ, quæ finis est sacerdotij, prouenit hominibus æterna felicitas. Sic quoque de reliquis partibus seu officijs ciuitatis extimare oportet. Hoc etiā modo siue consimili, distinguuntur reliquæ causarum species officiorū dictorum, materialis, formalis, & efficiens, ut ex sequentibus apparebit. De numero quidem igitur partium ciuitatis, ipsarumque necessitate ac distinctione propter finales sufficientias dicta sint tanta.

*Sacerdotalis officij finis.*

*Discipline humane.*

*Cause finales*

DEFENSORIS PACIS AD IMP. CAES. LVDO-  
DE RELIQVIS SPECIEBVS CAVSARVM INEXISTENTIAE  
ac separatiōis partiū ciuitatis, & uniuscuiusq; speciei diuisione  
ne per modos duos ad ppositū pertinētes. Cap. VII.



Is aut̄ consequens est dicere de reliquis causis officio-  
rum seu partiū ciuitatis. Et primū loquemur in causis  
materialibus & formalibus, deinde uero inquiremus  
de ipsarū causa mouente. Verū quia in rebus quę ab  
humana mente recipiunt complementū, materia for-  
mæ præ existit in actu, prius loquamur in causa materiali, Et dice-  
mus, quod materia propria officiorū diuersorū, secundū quod offi-  
cia nominant habitus animæ, sunt homines ex ipsorū generatione  
seu natiuitate inclinati ad diuersas artes seu disciplinas. Cum enim  
natura nō deficiat in necessarijs, de nobilioribus magis sollicita qua-  
lis inter corruptibilia est hominū species, ex qua perfectā, per diuer-  
sas artes aut disciplinas, oportet tanquā ex materia, cōstituere ci-  
uitatem & partes distinctas in ipsa, necessarias ad uitæ sufficientiā  
consequēdam, ut quarto & quinto huius ostensum est. Initiauit ipsa  
circa generationem hominū distinctionem hanc, quosdam in natu-  
ralibus dispositionibus producens aptos & inclinatos ad agricul-  
turam, alios ad militiam, reliquos uero ad aliorū artificiorum & di-  
sciplinarum genera, diuersos tamen ad diuersas. Nec solū unicum  
indiuiduum ad unius speciei artem uel disciplinam, sed ipsorū plu-  
ra in eandem artificij seu disciplinæ speciem inclinauit, ueluti suffi-  
cientiæ necessitas exigebat. Quosdam ergo genuit aptos prudenti-  
æ, quoniam ex prudentibus in ciuitate statui debet iudicialis pars  
& conciliatiua. Quosdā uero ad robur & audaciam, quoniā ex ta-  
libus cōuenienter statuitur militaris. Sic quoq; reliquos adaptauit  
ad operatiuorum & speculabiliū habitū genera, quæ sunt ad uiue-  
re & bene uiuere necessaria seu conuenientia, ut in omnibus scilicet  
perficeret de diuersitate naturalium inclinationū ad habitus diuerso-  
rum generum & specierū, quod necesse fuit ad diuersitatem partiū  
ciuitatis. Materiales uero causę officiorū ciuitatis, secundum quod  
officia nominant partes ciuitatis, iam quasi apparent, nam hæ sunt  
homines habituati per artes & disciplinas diuersorū generū & spe-  
cierū, ex quibus diuersi ordines siue partes statuūtur in ciuitate pro-  
pter finales sufficientias prouenientes ab ipsorū artibus & discipli-  
nis, quomodo pprie dicunt partes ciuitatis officia quasi obsequia,  
quoniā cōsideratę, ut statutę sic sunt in ciuitate, ad humanum obse-  
quiū ordinant. Horū uero formales causę secundū quod huma-  
næ



næ mētishabitus nō aliæ sunt ab huiusmodi habitibus, nam ipsi formæ sunt habētū cōplectiue seu perfectiue humanarū inclinationū inexistentiū à natura. Vnde vij. politicæ. c. finali. Omnis ars & disciplina quod deficit naturæ uult supplere. Formales aut officiorū causæ, secundū quod instituta & partes ciuitatis, sunt præcepta mouentis causæ, his tradita seu impressa, qui deputantur in ciuitate ad determinata opera exercenda. Mouentes quidē igitur causæ seu factiue officiorū, ut animæ nominant habitus, sunt mētes & uoluntates hominū per suas cogitationes & desideria diuisim aut coniunctim indifferentes. Et quorundā etiā cum his principiū est motus & exercitiū corporaliū organorum. Ipsorū uero causa efficiens, secundum quod partes sunt ciuitatis, est humanus legis lator frequenter & in pluribus, licet olim raro & in paucissimis cuiusdā aut quarundam causa mouens immediata fuerit deus absq; humana determinatione, sicuti nono huius dicitur, & xij. & xv. de his amplius apparebit. De sacerdotio uero, diuersa quedam est institutionis ratio, de qua xv. & xvij. secundæ dicitur utiq; sufficienter. De partibus itaq; ciuitatis & ipsarum institutionis necessitate à reliquis trium causarū generibus, determinatū sit hoc modo.

DE GENERIBVS POLITIARVM SIVE REGIMINVM TEMPERATO & UITIATO, & SUARŪ SPECIERŪ DIUISIONE. Cap. VIII.



Voniam aut in prioribus monstratum est aliquantulum, monstrandum tamen certius institutionem & distinctionem partium ciuitatis ab aliqua mouente causa fieri, quam pridem legis latorem diximus: Quodq; legis lator idem has partes statuit, distinguit, & separa tinstar animalis naturæ, formādo scilicet primū, seu instituendo in ciuitate partem unam, quam principantem seu iudicalem diximus quinto huius: Per hanc uero reliquas, ut declarabitur amplius xv. huius. Conuenit propterea nobis primum aliquid dicere de natura partis illius: cum enim sit aliarum prima, ut ex sequentibus apparebit, ex ipsius efficientiæ manifestatione priori cōuenienter ingrediemur ad manifestationem institutionis & distinctionis actiue reliquarū partiū ciuitatis. Sunt aut principatiue partis seu principatiū genera duo, unū quidē bene temperatū, reliquū uero uitiatū. Voco aut bene temperatū genus cū Arist. iij. politicæ, ca. v. in quo dominans principat ad cōmune cōferens secundū uoluntatē subditorū, Vitiatū uero quod ab hoc deficit. Horū rursus generū, utrūque

Regimen temperatum.

Regimē uitiatū

que

que diuiditur in tres species, Primum quidem, temperatum scilicet, in regalem monarchiam, aristocratiam, & politiam. Reliquum uero uitiatum scilicet in tres oppositas species diuiditur, tyrannicā monarchiam, oligarchiam, & democratiam. Et unaquæq; rursus harum specierum modos habet, de quibus præsentis negotij non est exquisite tractare. De his enim sufficienter tradidit Aristoteles tertio & quarto suæ politicæ. Ad habēdam uero ipsarum ampliorem notitiam, quæ necesse est aliquantulum propter sequentia declaranda, unamquamq; dictarum principatus specierum iuxta intentionem Aristotelis describamus, dicentes primum, quod regalis monarchia est temperatus principatus, in quo dominās est unicus ad commune conferens, & subditorum uoluntatem siue consensum.

*Monarchia.*

*Tyrannis.* Tyrannis uero illi opposita, est principatus uitiatus, in quo dominans est unicus ad conferens proprium præter uoluntatem subditorum.

*Aristocratia.* Aristocratia est principatus temperatus, in quo dominatur honorabilitas sola, iuxta subditorum uoluntatē siue consensum & commune conferens.

*Oligarchia.* Oligarchia uero illi opposita, est principatus uitiatus, in quo dominantur aliqui ditiorum seu potentiorum ad ipsorum conferens, præter subditorum uoluntatem.

*Politia.* Politia uero licet in una significatione sit cōmune quiddam ad omne genus uel speciem regiminis seu principatus, in una tamen ipsius significatione importat speciem quandam principatus temperati, in quo ciuis quilibet participat aliquantulum principatu uel conciliatio uicissim iuxta gradum & facultatem seu conditionem ipsius, ad commune etiam conferens, & ciuium uoluntatem siue consensum.

*Democratia.* Democratia uero illi opposita, est principatus, in quo uulgus seu egenorum multitudo statuit principatum, & regit sola, præter reliquorum ciuium uoluntatem, siue consensum, nec simpliciter ad commune conferens secundum proportionem conuenientem. Quis autem bene temperatorum principatum sit optimus, aut quis uitiatorum pessimus, de reliquorum quoque ordine in bonitate uel malitia dicere, non habet præsentem speculationem. Hæc tamen de principatum diuisione in suas species, ipsarumque descriptione dixisse sufficiat.

VICVM IIII. PRIMA. DICTIO SEV PARS.  
DE MODIS INSTITVENDI REGALEM MONARCHIAM  
& perfectionis assignatione, de modis quoq; instituen-  
di reliqua regimina, siue politias tam tempera-  
tas quàm uiciatas. Cap. IX.



**D**eterminatis autem his, consequens est dicere de mo-  
dis efficiendi seu constituendi partem principātem .  
Ex ipsorum nanq; natura meliori uel deteriori pro-  
ueniētibus hinc ciuili regimini tanquàm actionibus  
arguere oportet causam agentem, à qua tam ipsi q̄  
pars principans per ipsos ad politiam utilius habeant prouenire.  
Verum quia de causis & actionibus, à quibus secundū plurimum  
pars principans creari debet, intendimus in hoc libro: antea uolu-  
mus dicere modū & causam, per quē iam creata fuit pars hæc, licet  
raro, ut hunc modum seu actionem, & ipsius causam immediatam,  
discernamus à modis seu actionibus & ipsarum immediatis causis,  
per quas huiusmodi pars regulariter & in pluribus creari debet,  
quas etiam humana demonstrat. one cōuincere possumus: prioris  
enim modi per demonstrationem certam, cōpræhenso nequit ha-  
beri. hic aut̄ modus seu actio & ipsius immediata causa, per quā for-  
mata est iam pars principās & reliquæ partes ciuitatis, præcipue sa-  
cerdotiū, fuit diuina uolūtas, immediate hoc præcipiēs alicuius sin-  
gularis creaturæ oraculo terminato, aut per se solā immediate for-  
tassis, quo modo principatū Israëlitici populi in personā Moysi &  
quorundā aliorū iudicū post ipsum, Sacerdotium quoque in perso-  
nam Aaron & ipsius successorū instituit. De qua siquidem causa &  
ipsius actione libera, tradere seu dicere, cur sic aut aliter, nec sic esse  
aut fuisse factum, per demonstrationē nec quicq; dicere possumus,  
sed simplici credulitate absque ratione tenemus. Alia uero est prin-  
cipatum institutio, quæ scilicet ab humana mente immediate pro-  
uenit, licet à deo tanquàm à causa remota, qui omnem principatum  
terrenū etiā concedit, ut Ioan. xix. habetur, & aperte dicit Apосто-  
lus ad Ro. xij. & beatus Augustinus. v. de ciuitate dei. c. xxi. quod  
tamen nō est immediate semper, quinimò ut in pluribus & ubique  
quasi hos statuit per hominū mentes, quibus talis institutionis con-  
cessit arbitriū. Et de hac causa quæ sit, aut quali actione talia debeat  
instituere, ex meliori aut deteriori ad politiam, potest per huma-  
nam certitudinem assignari. Omisso itaq; modo quem per de-  
monstrationem certificare non possumus, modos institutionū prin-  
cipatus per humanam uolūtatē immediate factos, narrare uolu-  
mus

*Diuina uolun-  
tas causa regim-  
inis sacerdotij.*

*Monarchia.**Capitaneatus.**Tyrannis.*

mus primum, deinde uero monstrabimus ipsorum certiore atq; simpliciore. Postmodū uero ex illius modi natura meliori arguemus causam mouentem, à qua prouenire solummodo debet & potest. ex quibus etiam apparebit cōsequenter causa mouere debens ad institutionem optimam & determinationem reliquarū partium ciuitatis. Demū uero dicemus de principatus unitate, propter quā apparebit etiam, quæ sit unitas ciuitatis aut regni. Prosequentes itaq; proposita, primū enumerabimus modos institutionis regalis monarchiæ, loquendo scilicet in ipsorū origine. Species enim hæc principatus, uidetur quasi cognata nobis, & p̄p̄inqua statim domesticiæ iconomiæ, ut apparet ex dictis, cap. iij. Post huius uero determinationem apparebit cōsequenter de modis institutionis reliquarum diuisionum principatus. Sunt autem modi siue institutiones regalis monarchiæ quinque numero secundū Aristotelem iij. politicæ viij. cap. Vnus quidem cum monarcha statuitur ad aliquod unum opus determinatum, circa regimen cōmunitatis tamē, ut ducatus exercitus, siue cum generis successionem, siue pro solius unicæ personæ periodo, quomodo instituebat dux exercitus Agamemnon à Græcis. Vocatur aut officiū hoc in cōmunitatibus modernis Capitaneatus aut Contestabularia. Hic uero exercitus dux de nullo se intromittebat iudicio tempore pacis, exercitu tamen militante dominus erat occidendi aut aliter puniendi transgressores. Alius autē modus est, quo quidam in Asia principantur, habētes dominia ex prædecessoribus per successionem, secundum legem tamen, ad monarchiæ conferens magis quàm ad cōmune simpliciter, quasi despotia. Sustinent enim habitatores illius regionis talem principatum nihil contristati, propter ipsorum barbaram & seruilem naturam, & consuetudinis auxilium. Hic siquidem principatus regalis est, quia patrius & uoluntarijs subditis, ut quia primi habitatores fuerant regionis præcessores monarchiæ, aliquantulum tamen tyrannicus propter non esse ipsius leges, ad cōmune conferens simpliciter, sed monarchiæ. Tertius uero modus regalis principatus est, cum quis principatur electus, nō ex successionem patria seu paterna, secundū tamen legem quæ non est ad cōmune cōferens simpliciter, sed monarchiæ magis, quasi tyrannicam. Propter quod etiam uocauit Aristoteles ibidem hanc speciem principatus, electam tyrannidem. Tyrannidem quidem propter legis despotiam, electam quidem propterea quod non erat subditis inuoluntaria. Quartus autem modus est, quo per electionem instituitur aliquis princeps, cum omni sui generis successionem, secundū leges quæ sunt simpliciter ad cōmune conferens.

ferens. Et hoc utebātur secundū heroica tempora, ut dicit ibidem. Vocata uero sunt ea heroica tempora, uel quia tunc constellatio tales homines producebat, qui heroēs, id est diuini, credebantur propter uirtutis excessum, aut quia tales statuebantur principes, non alij, propter uirtutum & suorū beneficiorū excessum, ut quia sparsam multitudinem collegerunt, & in cōmunitatem ciuilem congregauerunt, uel quia per pugnam & armorum strenuitatem liberauerunt regionem ab opprimentibus, aut quia fortasse regionem emerunt, uel alio conuenienti modo acquisiuerunt, & inter subditos diuiserunt. Et (ad unū dicere) propter magis beneficij collationē aut alterius uirtutis excessum, ad reliquā multitudinem instituti fuerūt principes cum posteritate seu successione tota, sicut etiam dixit Aristoteles. v. politicæ, cap. v. Sub hac autē monarchiæ specie fortasse comprehendit Aristoteles eam, ad quam quis eligitur pro sola sui periodo uel parte periodi, uel eam fecit nos intelligere per hanc, & uocatam tyrannidem electam, eo quod utriq; participet. Quintus uero modus est & fuit, quo principans statuitur omnium dominus eorū quæ sunt in cōmunitate, sic secundum suam uoluntatem realia & personalia disponens, quemadmodū iconomus pro uoto disponit de his quæ in ppria domo sunt. Quod tamen, ut hæc Aristotelis dicta manifestentur amplius, & etiam modi omnes instituendi reliquos principatus ad capitulū reducantur, Dicemus, quod omnis principatus, uel est uoluntarijs subditis, uel inuolūtarijs. Primum est genus bene temperatorū principatū, secundū uero uitia torum. Distinguitur autē utrunq; horum generū in tres species siue modos sicut dictū est. viij. cap. Et quoniā una specierū bene temperati principatus, & fortasse perfectior est regalis monarchia: Ideoque præmissa recolligentes ab illius modis inchoemus sermonem dicentes, quod rex seu monarcha uel instituitur per electionem incolarum, seu ciuium, aut absque ipsorum electione rite obtinuit principatum: Si absque ciuium electione, uel sic est, quia primus inhabitauit regionē aut ipsius prædecessores, ex quibus traxit originem, Vel quia terrā & iurisdictionē emit, aut ipsam iusto bello acquisiuit, aut alio quouis licito modo, puta dono sibi de ipsa facto, propter impensum seruitium. Participat autem quilibet dictorum modorum tanto amplius de uero regali, quanto magis est ad subditos uoluntarios, & secundum legem latam ad cōmune conferens subditorum. Tanto uero amplius tyrannidem sapiens, quāto magis exit ab his, consensu uidelicet subditorū, & lege ad ipsorum cōmune cōferens instituta. Vnde. iij. politicæ. viij. cap. scribitur. Erant autem

*Heroica tēpora**Heroes qui.**Monarcha à quibus institui debeat.*

propterea quod secundum legem regales (monarchiæ scilicet) Et quia monarchicabant uoluntarijs, tyrannice autem propter despotice principari & secundum suam sententiã (monarcharũ scilicet) Hæc igitur duo prædicta principatum temperatum & uitiatum separant, ut apparet ex Aristotelis aperta sententiã, simpliciter autem aut magis subditorum consensus. Quod si monarcha principans per electionem incolarum fuerit institutus, hoc fieri cõuenit aliquo horum modorum, quoniam uel instituitur cum sua tota posteritate, seu successore uel non. Si enim non instituitur cũ omni posteritate, hoc contingit pluribus modis, quoniam uel instituitur pro tota unius uita tãtummodo, uel pro unius & aliquo sui successoris unius aut plurium. Vel non instituitur ad uitam totam alicuius, nec primi nec successorum, sed solummodo pro aliqua parte temporis terminata, ut annali aut biennali, longiori uel breuiori, & rursum uel ad omne iudiciale officium exercendum, uel ad solum unicum uelut exercitus dux. Conueniunt autem & differunt monarchæ regales, electi cum non electis, quoniam utriq; uoluntarijs principantur. Differunt autem, quoniam ut in pluribus non electi principantur subditis minus uoluntarijs, & ipsos disponunt legibus minus politicis ad cõmune conferens, quales pridem barbaricas diximus. Electi uero magis uoluntarijs præ sunt, eosq; disponunt legibus politicis magis, quas diximus latas ad cõmune conferens. Ex quibus patet, quod & in sequentibus amplius apparebit, genus electũ principatus præstantius esse non electo. Est quoq; sententiã hæc Aristotelis tertio politicæ, cap. viij. quam induximus supra de his qui stantiebantur circa heroica tempora. Rursum hic modus institutionis in cõmunitatibus perfectis permanentior est. Nam omnes alios in hunc quandoq; oportet reducere per necessitatem, nõ econuerso, ut si generis successio defecerit, aut alia de causa fiat genus illud, im portabile multitudini ab excessu malitię sui regiminis, oportet tunc multitudinem se conuertere ad electionem, quæ siquidem electio deficere nunquã potest, generatione hominum indeficiente. Amplius hoc solo modo institutionis habet principans optimus. Nam eum expedit optimum esse illorum qui uersantur in politia, debet enim regulare actus ciuiles omnium aliorum. Modus uero institutionis aliarum specierum principatus temperati, ut plurimum est electio, & quandoque in aliquibus fors absque generis successione continua. Vitiatorum autem principatum institutiones, ut plurimum sunt fraus, aut uiolentia, aut utrunq;. Quis uero principatum temperatorũ sit præstantior, an monarcha uel reliquæ duæ spe

*Monarchæ electi à nõ electis, in quo differãt.*

species, aristocratia uel politia. Et rursum monarchiarum an electa uel non electa: adhuc autem electarum, an ea quæ cum omni generis successione statuitur, aut in qua solus statuitur absque tali successione: quæ sectatur in duas, ut eam scilicet quæ ad totam periodum alicuius aut aliquorum, uel ad partem solam temporis terminatam, puta annalem biennalem, longiorem aut breuiorem, inquisitionem & dubitationem rationalem habet, quàmuis indubie tenendum secundum ueritatē, & Aristotelis apertā sententiā, electionem esse certiorē regulam principatus, ut in xij. xvi. & xvij. huius certificabitur amplius. Hoc tamen nō ignorare debemus, quod alia & altera multitudo, in alia uel diuersa regione ac tempore, disposita est ad alteram & diuersam politiam, aliumq; aut alterū ferre principatum, ut dicit Aristoteles tertio politicæ, cap. nono, quæ attendenda sunt à legum latoribus & principatum institutoribus. Nam sicuti non quilibet homo dispositus est ad optimam disciplinam, & propterea non ad illam acquirendam statuitur à dirigente conuenienter, sed ad quam, bonarum tamen, magis fuerit præparatus, sic fortasse multitudo aliqua, quādoq; aut in loco aliquo, nō est disposita ferre optimum principatum, Ideoq; ad temperatorum sibi conuenientiorē ipsam prius tentandum reducere. Ante enim Iulij Cæsaris monarchiam, Romanus populus diu ferre noluit monarchiam aliquem terminatum, nec cum generis successione, neque etiam ad totam unius solius monarchæ periodū. Quod siquidem contingebat illi fortasse, propter heroicorū & principatorum uirorum multitudinem, tam secundum genera seu cognationes, q̄ secundum indiuidua personarum. Ex his ergo quæ à nobis determinata sunt, manifeste apparet, quod quærentes quis monarcharum sit præstantior ciuitati uel regno, an qui per electionem uel qui per generis successionem principatur, inconuenienter interrogant & quærent. Sed oportet corrigentes quærere primū, quis monarcharum sit præstantior, an electus aut non electus. Et si electus, rursum quis electorum, an cum omni sui generis successione statuitur, uel qui absque generis successione. quoniam licet non electus monarcha, quasi semper principatum transmittat hæredi, electus tamen nō omnis, sed solum qui cum sui successione omni statuitur principari. De modis itaque institutionis principatum, & quoniam ipsorum simpliciter præstantior est electio, determinatum sit hoc modo.

*Alij atq; alij principes pro regionū diuersitate.*

*Romani monarchiam ferre non uerunt.*

DEFENSORIS PACIS AD IMP. CAES. LVDO.  
 DE DISTINCTIONE AC ASSIGNATIONE SIGNIFICATO-  
 rum huius nominis lex, & ipsius propriissima, & nobis  
 intenta significatione. Cap. XI.



Voniam autem electionem diximus perfectiorem, atque præstantiorem modorum instituendi principatum, bene se habet inquirere illius effectiuam causam, à qua scilicet secundum complementū suæ bonitatis habeat puenire, Nam ex hoc apparebit etiā factiua causa principatus electi, & similiter reliquarū partium politia. Verū quia principatus regulare debet actus ciuiles humanos (ut demonstrauius quinto huius) & secundum regulam, quæ forma est & esse debet principantis, in quantum principans inquirere oportet huiusmodi regulā, si est, quid est, & propter quid. Est enim fortassis eadem ipsius effectiua causa, quæ principantis.

Hanc itaque regulam, quam statutum uel consuetudinem, & cōmuni nomine legem appellant, existere supponētes, quasi per se notum ex inductione in omnibus perfectis cōmunitatibus, Primum ostendemus quid sit, deinde uero ipsius finalem assignabimus necessitatem, demum autem determinabimus per demonstrationem, cuius aut quorum & quali actione hāc statuere oporteat, quod erit inquirere legis latorem seu causam agentem ipsius, ad quam etiam electionem principatum pertinere putamus, & per demonstrationem in sequentibus ostendemus. Ex quibus etiam apparebit materia siue subiectum regulæ supradictæ, quam legem diximus. Nam hæc est pars principans, cuius est secundum legem regulare politicos seu ciuiles hominum actus. Ad dicta quidē igitur procedentibus, ne propter nominis multiplicitatē eueniat discoloria, distinguere conuenit intentiones seu significata huius nominis lex, hoc enim nomen de numero multiplicium dictionum importat in una sui significatione naturalem inclinationem sensitiuam ad actionem aut passionem aliquam, quomodo uocauit eam Apostolus ad Romanos septimo, cum dixit, Video autem aliā legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ. In alia uero ipsius acceptione dicitur hoc nomen lex de quolibet habitu operatiuo, & generaliter de omni forma rei operabilis, existente in mente, à qua tanq̄ exemplari, siue mensura formæ artificiatorū proueniūt, quomodo dicit Ezechielis xliij. Hæc ergo lex domus, istæ autē mensuræ altaris. Tertio uero modo sumitur lex pro regula continente monita humanorum actuum Imperatorū, secundum quod ordinantur ad gloriam uel

*Legis uocabulum polysemū.*

*Lex pro inclinatione.*



uel poenam in seculo uenturo, secundū quā significationē, lex Mo-  
saica dicta est lex, quantū ad aliquā sui partem, sic quoq; lex euan-  
gelica secundū se totā lex dicitur. Vnde Apostolus ad Hebr. de his  
ait, Translato enim sacerdotio, necesse est ut legis trāslatio fiat. Sic  
etiā de disciplina euāgelica lex dicitur, Iacobi .i. Qui autē p̄spexerit  
in legem perfectā libertatis, & in ea permāserit. &c. hic beatus in fa-  
cto suo erit. Hac etiā legis acceptione dicuntur leges omnes sectæ, *Lex pro secta.*  
ut quæ Machometi aut Persarū, secundū se totas aut aliquas sui par-  
tes, licet ex his Mosaica & euangelica, Christiana scilicet, solę conti-  
neant ueritatē. Sic etiam sectas leges uocauit Arist. ij. philosophiæ  
cū dixit. Quantā uim habeat quod consuetū est, leges ostendunt, &  
in xij. eiusdem. Reliqua uero fabulose iam adducta sunt ad persua-  
sionem multorū ad leges & cōferens. Quarto autē importat hoc no-  
men lex, & famosē magis scientiā seu doctrinā siue iudiciū uniuers-  
sale iustorū & conferentiū ciuiliū, & suorū oppositorū. Et sic ac- *Lex dupliciter*  
cepta lex dupliciter considerari potest, uno modo secundū se, ut per *accepta.*  
ipsam solū ostenditur quid iustum aut iniustum, conferens aut noci-  
uum, & in quantū huiusmodi iuris scientia uel doctrina lex dicitur.  
Alio modo considerari potest secundū quod de ipsius obseruatio-  
ne datur præceptū coactiuū per poenam aut præmiū in præsentī se-  
culo distribuēda, siue secundū quod per modū talis præcepti tradit,  
& hoc modo considerata p̄p̄riissime lex uocatur, & est. Quā etiam  
sic sumptā diffinit Arist. x. ethicorū viij. ca. cū dixit. Lex autē coacti-  
ua habet potentiā sermonis ab aliqua prudentia & intellectu, poli-  
tico scilicet, id est ordinatiuo de iustis & conferentibus, & ipsorū op-  
positis per prudentiā politicā, habēs coactiuā potentiam, id est de  
cuius obseruatione datur præceptū quod quis cogitur obseruare,  
seu lata per modū talis præcepti lex est. Vnde iustorū & conferen-  
tium ciuiliū nō omnes uerę cognitiones sunt leges, nisi de ipsarū ob-  
seruatione datū fuerit præceptū coactiuū, seu late fuerint per modū  
præcepti, licet talis uera cognitio ipsarum necessario requiratur ad  
legem perfectā. Quinimō quādoq; falsę cognitiones iustorū & cō-  
ferentium, leges fiunt cū de ipsis datur obseruationis præceptū, seu  
feruntur per modū præcepti, sicut apparet in regionibus barbaro-  
rum quorundā, qui tanq̄ iustū obseruari faciunt, homicidā absolui  
à culpa & poena ciuili, reale aliquod preciū exhibentē pro tali deli-  
cto, cum tamen hoc simpliciter sit iniustū, & per consequens ipsorū  
leges nō perfectę simpliciter. Esto enim quod formā habeant debi-  
tam, præceptū scilicet obseruationis coactiuū, debita tamen carēt  
conditione, uidelicet debita & uera ordinatione iustorū. Compræ-

henduntur aut sub hac legis acceptione, omnes iustorū & conferentium ciuiliū regulæ, auctoritate humana institutæ, ut cōsuetudines, statuta, plebiscita, decretales, & oēs consimiles, quæ scilicet humanæ auctoritati, ut iam diximus, innitunt. Debemus tamen nō ignorare, quod tā lex euāgelica, q̄ Mosaica, & fortasse sectarū reliquæ diuersimode consideratæ ac cōparatæ in toto uel parte ipsarū, ad humanos actus pro statu præsentis seculi uel uenturi, quandoq; ueniunt uel uenerunt hæctenus, aut uenturæ sunt in tertiā legis significationem, & quandoq; in ultimā, ut viij. & ix. secundæ manifestabitur amplius, quæ dā quidem secundū ueritatē, quæ dā uero secundū fantasiā falsam, & p̄missionē inanē. Quod quidē igit sit regula, seu lex aliqua humanarū actūū ciuiliū, & quid sit ex iamdictis palam.

DE NECESSITATE LATIONIS LEGVM IN PROPRIISSIMA SIGNIFICATIONE SUMPTAR. Et quod nullū principantē c̄tūcunq; studiosū aut iustū expediat absq; legibus principari. Cap. XI.



*Malo affectu  
corrupti iudices*

Hic itaq; legis acceptionibus sic diuisis, eius secundū ultimam & propriissimā significationem, ostēdere uolumus necessitatē finalē: principaliorē quidem, ciuile iustū & conferens cōmune, affectiuā uero quandā principatuū, maxime secundū generis successionē, securitatē & principatus diurnitatē. Primā ergo necessitatē sic, quoniam illud necessariū est in politia statuere, absq; quo ciuilia iudicia simpliciter recte fieri nequeunt, per quod rite feruntur, & à defectu quantū possibile est, humanis actibus præseruantur. Lex est huiusmodi, ut cū secundū ipsam determinatus fuerit principans ferre ciuilia iudicia, ergo legis institutio necessaria est in politia. Prima, ppositio huius demōstratiōis est quasi per se nota, & indēmōstrabilibus p̄pinqua ualde. Cuius etiā certitudo accipi debet & potest ex quinto huius, parte vij. Secunda uero propositio manifestabitur ex hoc, quoniam ad iudicij complementū in bonitate requiritur affectio recta iudicū, & iudicādorū uera cognitio, quorū opposita, ciuilia corrumpunt iudicia. Nam peruersa iudicātis affectio, ut odij uel amoris, aut auaritiæ desiderij iudicantis peruertit. Hęc autem à iudicio prohibentur: & ab his præseruatur, dum fuerit iudex seu principās determinatus secundū leges ferre iudicia, p̄pterea quod lex omni caret affectione peruersa, nō enim facta est ad amicū aut inimicū utilem uel nocium, sed uniuersaliter ad agentem ciuiler bene aut male. Omnia nanq; reliqua sibi accidunt, & extra legem sunt, non sic aut extra iudicem sunt. Quoniam personę in iudicio constitutæ  
possunt

possunt esse amicæ uel inimicæ iudicâti, utiles uel nociuæ, dâdo aut aliquid promittendo. Sic quoq; in reliquis intentionibus, quæ in iudice causare possunt affectionem, ipsius iudiciû peruertentem, propter quod nullû iudiciû quantû possibile est, debet cõmitti arbitrio iudicantis, sed lege determinari & secundum ipsam pronounciari.

Hæc aut fuit sententia diui Aristotelis. iij. politicę, cap. ix. ubi ex intentione perquirens, an melius sit regi politiã optimo uiro absq; lege, uel ab optimis legibus, inquit sic. Valentius aut, id est præstantius ad iudicandû, cui nõ adest quod passionale omnino, id est affectio quę iudiciû peruertere potest, q̄ cui cõnaturale. Legi quidem igitur hoc nõ inest, passio uidelicet siue affectio. Humanam aut animam necesse hoc habet omnem, & dixit oẽm, nõ excipiẽdo quenq; quantũcunq; studiosum. Quam si quidem sententiã repetẽs primo Rhetoricę, cap. i. sic ait. Omniũ quidem maximũ quæritur, scilicet nihil absq; lege iudicandũ relinqui debet arbitrio iudicantis. Quia iudiciû quidem legis latoris, id est lex nõ secundũ partem, id est nõ est latũ propter aliquem hominẽ particularem, sed de futuris & uniuersalibus est, præfectus aut & iudex iam de presentibus & determinatis iudicant, ad quos & amare & odire, & propriũ cõmodũ annexæ sunt sæpe, ut nõ adhuc possint uidere sufficiẽter uerũ, sed attẽdere in iudicio, p̄priũ delectabile aut triste. Hoc etiã dicit eodẽ. i. ca. ij. Nõ enim, inquit, similiter reddimus iudicia tristes & gaudẽtes, amãtes uel odiẽtes. Corruptur adhuc iudiciû p̄pter iudiciũ ignoratiã, esto quod bonæ sint affectionis seu intentionis, quod etiã peccatũ siue defectus per legẽ tollitur & suppletur, quoniã in ipsa determinatũ est quasi perfecte, quid iustũ aut iniustũ, conferens aut nociuũ secundũ unũquemq; humanũ actũ ciuilem. Hoc aut nequit sic sufficienter fieri per unicũ hominẽ quantũcunq; ingeniosum. Quoniam unus solus homo, nec fortasse oẽs unius etatis homines inuenire aut retinere possent oẽs actus ciuiles determinatos in lege. Quinimõ, quod de ipsis dixerũt inuẽtores primi, & oẽs etiã eiũdem etatis homines, taliũ obseruatores, fuit res modica & imperfecta, quæ post modũ ex additiõẽ posteriorũ cõplementũ suscepit. Quod quidẽ uidere sat est experiẽtia nota per additionẽ & subtractionẽ ac totaliter in contrariũ mutationẽ quandoq; factã in legibus, secundũ diuersas ætates, & secundũ diuersa tẽpora eiũdem etatis. Testatur aut & hoc Arist. ij. politicę. c. ij. cũ dixit. Oportet aut nõ hoc ipm ignorare, quia oportet attẽdere multo tẽpore & multis annis, in quibus nõ utiq; lateat si hæc bene se habuerũt, q̄ scilicet statui debẽt tanq; leges. Idẽ dicit ipse. i. rhetoricę. c. i. Deinde, inquit, legis latiões qui

*Nihil absq; lege iudicandum.*

*Diu deliberandum ante sententiã proferendã.*

dem ex multo tempore cōsideratis fiunt. Et confirmatur id ratione quoniam legis lationes indigent prudentia, ut pridem ex descriptione legis apparuit, prudentia uero longa eget experientia, hæc autē

• temporis multitudine. Vnde sexto ethicorū. Signū aut ipsius quod

• dictum est, & quod Geometri quidē iuuenes & disciplinati fiunt &

• sapientes talia, prudentes autem nō uidentur fieri. Causa autem, & quoniam singularium est prudētia, quæ fiunt cognita ex experientia, iuuenis autem expertus non est, multitudo enim temporis faciet experientiam. Et ideo quod unus solus homo inuenit, aut scire potest per seipsum, tam in scientia iustorum & conferentium ciuiliū, quā in alijs scientijs, est parum aut nihil. Adhuc etiā quod unius ætatis homines, respectu eius quod ex pluribus ætatibus obseruatur, imperfecta res est, propter quod de inuentione ueritatis secundum unamquamq; artem & disciplinā, tractans Aristoteles ij. philosophiæ, cap. i. sic inquit. Secundum unū quidem inuentorem, scilicet cuiusuis disciplinæ aut artis, nihil aut parum ei immittere, id est de ipsa per se solum inuenire, ex omnibus coarticulatū fieri magnitudinem aliquam. Secundū tamen translationem ex Arabico, magis aperta est hæc series, in qua sic habetur. Et unusquisq; eorū, id est inuentorum cuiusuis artis aut disciplinæ, aut nihil compræhendit de ueritate aut modicū. Cum igitur cōgregatum fuerit ex eo ab omnibus qui compræhendere, tunc cōgregatū erit alicuius quantitatis, quod maxime apparet de Astrologia. Sic ergo per auxiliū hominum inuicem, & additionem posterius inuentorū ad inuenta prius, receperunt omnes artes & disciplinæ complementū. Quod figuratiter etiam declarat ibidem Aristoteles circa Musicæ inuentionem, cum dixit. Si Timotheus non fuisset, multam melodiam nō haberemus: si autem Phrynes, Timotheus nō fuisset, ita perfectus scilicet in melodijs, nisi habuisset prius inuenta per Phrynem. Quæ uerba exponens Auerrois ij. cōmento, sic ait. Et quod dicit in hoc cap. Aristoteles scilicet, manifestū est, nullus enim potest inuenire per se artes operatiuas aut cōsideratiuas, id est speculatiuas in maiori parte, quia nō cōplentur, nisi per iuuamentū prioris ad sequentem. Idem dicit ij. elenchorum, cap. finali, de inuentione rhetoricæ & omnium aliarum, quicquid fuerit de Logices inuentione, quam soli sibi absque prioris alicuius inuentione, seu auxilio perfectam ascribit, in quo singularis inter alios extitisse uidetur. Hoc etiam dicit ipse octauo ethicorum cap. primo. Duo, inquit, uenientes, id est conuenientes, agere & intelligere potētiores sunt, supple uno solo. Quod si duo, magis plures duobus, & simul, & successiue, quā solus

Quid faciat expertum.

Vnde artes perfectionem suā sumpserint.

lus unus. Et hoc est quod de proposito dicit tertio politicæ, cap. ix.   
 Inconueniens, inquit, forte utiq; uidebitur, si melius percipiat quis   
 duobus oculis & duabus auribus iudicans, & agens duobus pedi-   
 bus & manibus, q̄multi multis. Cum igitur lex sit oculus ex multis   
 oculis, id est compræhensio examinata ex multis compræhensionibus   
 ad errorem euitandum circa ciuilia iudicia, & recte iudicandū,   
 tutius est ea fieri secundū legem, quàm secundum iudicantis arbi-   
 trium. Et ppter hoc ipsam statui necesse est, si debeant politicę quan-   
 tum ad iusta & conferentia ipsarum ciuilia, disponi optime, per   
 ipsam enim ciuilia iudicia præseruantur ab ignorantia, & iudicum   
 affectione peruersa, quæ fuit minor assumptę demōstrationis, qua   
 ex principio capituli huius, necessitatem legum assignare tentauim-   
 us. Quo uero modo subortam litem seu civilem causam, legē nō   
 determinatam, diffinire seu iudicare oporteat, dicitur xiiij. huius.   
 Sunt ergo leges necessariae ad excludendum à ciuilibus iudicijs seu   
 sententijs, iudicum malitiam & errorem. Hæc propter consuluit   
 Aristoteles, nulli iudici seu principanti concedere arbitriū iudican-   
 di aut præcipiendi de ciuilibus, absq; lege, in quibus lex determina-   
 re potuit. Vnde iij. ethicorū, cap. quinto, in tractatu de iustitia di-   
 xit Aristoteles. Propter hoc non sinimus principari hominē, sed se-   
 cundum rationem, id est legem, causam assignās, quam induximus,   
 affectionem peruersam scilicet, quę in illo cadere potest. Item tertio   
 politicæ, cap. vi. cum dixit, Prima autem dicta dubitatio facit mani-   
 festum, nihil sic alterū, quàm quod oportet leges recte positas, esse   
 dominans, id est dominari principantes secundum ipsas. Idem eo-   
 dem cap. ix. dum dixit, Quod quidem intellectū iubet principari,   
 uidetur principari iubere deum & leges, qui autem hominem iubet,   
 absq; lege scilicet, secundum arbitrium propriū, apponit & bestiā,   
 parum post subiungēs causam, cum dixit, Propter quod sine appe-   
 titu intellectus, lex est, quasi dicat legem intellectum seu cognitio-   
 nem esse, absq; appetitu, id est affectione aliqua. Hanc quoque sen-   
 tentiā repetit primo Rhetoricę, cap. i. ubi sic inquit. Maxime quidē   
 igitur conuenit, rectas positas leges quæcunq; contingit, omnia de-   
 terminare ipsas, & q̄paucissima cōmittere iudicantibus: Assignās   
 huiusmodi pridem adductas causas, exclusionem scilicet malitiæ   
 atque ignorantia iudicū à ciuilibus iudicijs, quæ in lege cadere ne-   
 queunt sicut in iudice, quemadmodū ostensum est prius. Et his am-   
 plius dicit aperte Aristoteles quarto politicæ, cap. quarto. ubi non   
 principantur leges, id est, ubi principantes nō principantur secundū   
 ipsas, nō est politia, temperata supple, oportet enim legem quidem   
 prin

Lex per oculū  
à ueteribus de-  
picta.

Leges cur non  
cessariae.

principari omnium. Superest autem ostendere, quod principari secundum legem, nec præter ipsam, debent omnes principantes, Horum uero maxime monarchæ, qui cum omni eorum successione principantur, ut ipsorū principatus securiores & diuturniores existant, quæ in huius capituli principio fuerat tanquàm secundaria legum necessitas assignata. Hoc autem sic primum uidere est, quoniam secundum legem principari, ipsorum iudicia præseruat à defectu, contingente propter ignorantiam & affectionem peruersam. unde in seipsis & ad ciues subditos regulati, minus patiuntur seditiones, & per consequens suorum principatum solutiones, quæ illis contingerent agentibus prauè secundum suum arbitrium, sicut patenter dicit Aristoteles quinto politicæ, cap. quinto. Regnum enim inquit Aristoteles ab extrinsecis quidem minime corrumpitur, ex seipso autem plurimæ corruptiones accidunt. Corruptitur autem

- » secundum duos modos, uno quidem, seditionem faciētibus his, qui
- » participant regno, alio autem modo magis tyrannice tentantibus
- » gubernare, quando exegerint esse domini plurium, & præter legem, non fiunt autem adhuc regna nunc, sed si fiant monarchiæ, & tyrannides magis.

Obiecit autem aliquis de optimo uiro, quod careat ignorantia & affectione peruersa, nos autem dicamus rarissime id contingere, nec tamen equaliter ipsi legi, ut pridem induximus ab Aristotele à ratione & sensata experientia, quoniã omnem animam contingit habere hanc, id est affectionem quandoq; sinistram, Quod facile credere possumus ex Danielis xiiij. Ibi nanque scribitur, quod uenerunt duo presbyteri iniqua cogitatione aduersus Susannam, ut interficerent eam. Hi autem erant senes & sacerdotes, & populi iudices anno illo, qui tamen falsum testimoniū perhibuerunt aduersus eam, propterea quod ipsorum iniquæ concupiscentiæ acquiescere noluit. Et ideo si presbyteri & senes, de quibus minime uideretur, corrupti fuerunt propter carnalem concupiscentiam, & quanto magis propter auaritiam & reliqua, quid de reliquis sentiendum? neminẽ certe quantumcunq; studiosum sic posse carere passione peruersa & ignorantia, quemadmodũ lex. Ideoq; tutius est regulari iudicia ciuilia lege quàm arbitrio iudicantis committi, quantumcunq; etiam studiosi.

*Quid regna destruat.*

*Historia de Susanna.*

Esto tamen quàmuis rarissimum aut impossibiliũ quoddam, esse uirum aliquem principantem sic heroicum, ut in ipso neq; passio neque ignorantia cadat. Quid de natis dicemus, huic dissimiles entibus, qui propter ipsorū excessum in principatu secundum propriũ arbitriũ cõmittent, unde principatu priuẽtur: nisi forte quis dixerit quod

quod pater uirorum optimus, illis principatum nō tradet, quod ta-  
 men audiri non debet, tum quia in ipso nō est, filios hac successione  
 priuare, ex quo generi principatus per successionem debetur. tum  
 quia si in ipsius potestate foret, principatū in quem uellet transfer-  
 re, non priuaret eo filios quantumcunq; prauos. Vnde Aristoteles  
 tertio politicæ, cap. nono. huic respōdens obiectioni, sic inquit, Ad  
 huc hoc credere (scilicet patrem priuare filios principatu) difficile  
 est, & maioris uirtutis, q̄ secundum humanam naturam. Propter  
 quod principatibus expedit magis lege regulari & determinari, q̄  
 arbitrio, pprio iudicia ferre ciuilia, secundū legē enim nil prauū aut  
 repræhēibile agent. unde securior & diuturnior efficiet principa-  
 tus ipsorum. Hoc autem fuit consilium eximij Aristotelis ad om-  
 nes principantes, quod tamen parum aduertunt, cum quinto poli-  
 ticæ, cap. sexto dixit. Quanto enim pauciorum fiunt domini (absq;  
 lege scilicet) ampliori tempore necessariū manere omnem principa-  
 tum, ipsi enim (principantes uidelicet) fiunt minus dispositi, & mori-  
 bus æqui magis, & à subditis inuidetur eis minus. Et adducit conse-  
 quenter testimonium cuiusdā prudentissimi regis uocati Theopom-  
 pi, qui de potestate sibi concessa dimisit. Vnde iudicauimus conue-  
 niens, hic seriem Aristotelis inducere propter huius principis singu-  
 laritatem & uirtutem excellentem, & quali per secula inauditam in  
 alio quoq; dixit ergo Aristoteles. Rursus Theopōpo moderāte (id  
 est minorante potestatem suam, quæ forte uidebatur excedens) &  
 in alijs instituyente ephororū principatū, à potestate enim auferens  
 (scilicet sua) auxit tempore regnū (id est fecit durabilius) Quare mo-  
 do quodā fecit nō minus, sed maius ipsum, quæ quidem (id est hæc  
 uerba) aiunt & ad uxorem respōdisse ipsum (quæ scilicet uxor) dix-  
 rat: Si nihil (id est si non) uerecundaretur, minus regnum tradens fi-  
 lijs, quod à patre accepit (cui uerba iam dicta respondit) non oportet  
 hoc dicere, trado enim diuturnius. O uox heroica ex inaudita pru-  
 dentia Theopompi procedens, & quàm notāda his qui extra leges  
 uti uolunt plenitudine potestatis in subditos, quam inaduerten-  
 tes multi principantium corruerūt. Et nos quidem ex huius-  
 modi inaduertentia regnorū non minimū, modernis tem-  
 poribus quasi totum nutare uidimus, dum ipsius prin-  
 ceps quidā insolitā & præter legem uoluit subditis  
 exactionem imponere. Sic itaque palam ex di-  
 ctis, in politijs necessarias esse leges, si debe-  
 ant simpliciter recte disponi, & principa-  
 tus diutius permanere.

*Exemplum de  
Theopompo.*

*id est prefectio-  
rum.*

DEFENSORIS PACIS AD IMP. CAES. LVDO-  
DE CAUSA LEGVM HVMANARVM EFFECTIVA DE-  
mōstrabili, & de ea etiā, quæ per demonstrationē con-  
uinci nō potest, quod est legis latorem inquirere.

Vnde etiam apparet, quod electione sola  
præter alteram confirmationē datur  
auctoritas ei, quod per electionē  
statuitur. Cap. XII.

*Modus loquen-  
di auctori pro-  
prius.*



*Legis descri-  
ptio.*

*Legislatores  
qui.*

Is autem habitum est dicere de causa legum effectiua  
quam reddere possumus per demonstrationem, de il-  
la enim institutione, quæ dei opere uel oraculo imme-  
diate absq̃ humano arbitrio fieri possibilis est, aut  
iam extitit, qualem Mosaicæ legis institutionem di-  
ximus, etiā quantū ad ea præcepta ciuiliū actiū quæ in ea sunt, p  
statu præsentis seculi, nō intēdo hic assignationē facere, sed de legū  
& principatum institutione tantūmodo, quæ immediate proueni-  
unt ex arbitrio humanæ mentis. Ad quam siquidem ingredien-  
tes, dicamus, quod legem sumptam quasi materialiter & secundum  
tertiam significationem, uidelicet scientiā iustorū & conferentiū ci-  
uiliū, inuenire potest ad quemlibet ciuem pertinere, licet inquisi-  
tio hæc conuenientius fieri possit ex obseruatione potentium uaca-  
re, seniorū & expertorū in agibilibus quos prudentes appellant, q̃  
ex mœchanicorū consideratione, qui ad quærenda uitæ necessaria  
suis operibus habent intendere. Verum quia cognitio seu inuentio  
uera iustorū & conferentium ac suorū oppositorū, nō est lex secun-  
dum ultimam significationem & propriā, qua fit mensura humano-  
rum actiū ciuiliū, nisi dum de ipsius obseruatione præceptū co-  
actiuum datum fuerit, seu per modū talis præcepti lata fuerit ab eo,  
cuius auctoritate transgressores arceri debent & possunt, propte-  
rea dicere conuenit, cuius aut quorum sit auctoritas ferendi tale  
præceptum, & ipsius transgressores arcendi, quod quidem est in-  
quirere legis latorem siue factorem. Nos aut dicamus secundū  
ueritatem atque consilium Aristotelis. iij. politicæ, cap. vi. legis lato-  
rem seu causam legis effectiuā primam & propriam esse populum  
seu ciuium uniuersitatem, aut eius ualentio rem per suam ele-  
ctionem seu uoluntatem in generali ciuium congregatione per ser-  
monem expressam, præcipientem seu determinantem aliquid fieri  
uel omitti circa ciuiles actus humanos sub pœna uel supplicio tem-  
porali: ualentio rem inquam partem considerata quantitate in cō-  
munitate illa super quam lex fertur, siue id fecerit uniuersitas præ-  
dicta



dicta ciuium aut eius pars ualentior per seipsam immediate, siue id alicui uel aliquibus cōmiserit faciendum, qui legis lator simpliciter non sunt, nec esse possunt, secundū solum ad aliquid & quandoque, ac secundū primi legis latoris auctoritatem. Et dico consequenter huic, quod eadem auctoritate prima nō alia debent leges & aliud quodlibet per electionem institutū approbationem necessariā suscipere, quicquid sit de ceremonijs seu solennitatibus quibusdā, quæ ad esse non exiguntur electorū, sed ad bene, quibus etiam nō factis nil minus electio ualida foret, amplius quod ab eadem auctoritate debent leges, & alia quæ per electionem statuuntur, suscipere ad ditionem aut diminutionem, uel totalem mutationem, interpretationem & suspensionem, secundū exigentiam temporū uel locorum, & reliquarū circumstantiarum, quibus horū aliquid propter cōmune conferens circa talia fuerit opportunū. Eadem quoq; auctoritate promulgari seu proclamari debēt leges post earum institutionē, ne quisquam ciuis aut aduena delinquēs in eas, possit per ipsarum ignorantiam excusari. Ciuem aut dico secundū Aristotelem. iij. *Ciuis descriptio.* politicae, capitulis. i. iij. & .vij. eum qui participat in cōmunitate ciuili, principatu autem consiliatiuo uel iudicatiuo secundū gradum suum. Per quam siquidem descriptionē separantur à ciuibus pueri, serui, aduenæ, ac mulieres, licet secundum modum diuersum. Pueri namq; ciuium, ciues sunt in propinqua potentia propter solum ætatis defectum. Valentio rem uero ciuium partem oportet attendere secundū politiarum consuetudinem honestam, uel hanc determinare secundū sententiam Aristotelis vi. politicae. ca. ij. Sic itaq; de terminato ciue ac ciuiū ualentiore multitudine, ad ppositam intentionem redeamus, demonstrare scilicet legum latoris auctoritatem humanam, ad solam ciuium uniuersitatem, aut eius ualentiorē partem pertinere, quod quidem sit primum inferre tētabimus. Quoniam illius tantummodo est legū humanarum lationis seu institutionis autoritas humana prima simpliciter, à quo solum optimæ leges possunt provenire. Hoc autem est ciuium uniuersitas aut eius pars ualentior, quæ totam uniuersitatem repræsentat. Quoniam nō facile, aut non possibile, omniū personas in unam conuenire sententiam, ppter quorundam esse naturam orbatam, aut malitia uel ignorantia singulari discordantem à cōmuni sententia: propter quorū irrationabilem reclamationem seu contradictionem, nō debent cōmunia conferentia impediri uel omitti. Pertinet igitur ad uniuersitatem ciuium, aut eius ualentio rem partem tantummodo legum lationis seu institutionis auctoritas. Prima propositio huius demonstra

*Legum latoris  
auctoritas.*

*Syllogismus.*

strationis est ualde propinqua per se notis, quibus eius robur & ultima certitudo sumi possit ex xi. huius. Secundam uero propositionem probabo, uidelicet quod ex uniuersae multitudinis auditu & praeepto tantummodo feratur lex optima, supponendo cum Aristotele in iij. politicae, cap. vii. legem optimam esse, quae lata est ad commune conferens ciuium. Vnde dixit. Rectum autem fore (in legibus scilicet) ad conferens ciuitatis, & ad commune ciuium. Hoc autem fieri optime per ciuium uniuersitatem tantummodo, aut eius ualentiorē partem, quod per eodem de cetero supponatur, sic ostendo, quoniam illius ueritas certius iudicatur, & ipsius communis utilitas diligentius attenditur, ad quod tota intendit ciuium uniuersitas intellectu & affectu. Aduertere enim potest magis defectum circa propositam legem statuendam maior pluralitas quacumque sui parte, cum omne totum corporeum saltem maius sit mole atque uirtute qualibet sui parte seorsum. Adhuc ex uniuersa multitudine magis attenditur legis communis utilitas, eo quod nemo sibi nocet scienter. Ibi autem inspicere potest quilibet an lex proposita magis declinet ad cuiusdam aut quorundam commodum, quam aliorum uel communitatis: & in contrarium reclamare, quod non fieret, si per unum aut paucos quosdam, proprium magis quam commune attendentes commodum, lex ipsa feratur. Hanc quoque sententiam satis adiuuant, quae de legum necessitate assignauimus in undecimo huius.

Quomodo  
a quibus lex  
ferenda.

Rursum ad principalem conclusionem sic, quoniam illius tantummodo est legum lationis autoritas, per quem late melius, aut simpliciter obseruatur. Hoc autem est tantummodo ciuium uniuersitas, ipsius igitur est autoritas lationis legum. Prima propositio huius demonstrationis est per se notis propinqua ualde, ociosa namque lex esset, nisi obseruaretur. Vnde Aristoteles quarto politicae, cap. vii. Non est autem bona legum dispositio, bene poni leges, non obedire autem. Idem vii. eiusdem ca. vi. Nullus profectus est, inquit Aristoteles, ferri quidem sententias de iustis, has autem non accipere finem. Secundam propositionem probabo, quoniam lex illa melius obseruatur a quocumque ciuium, quam sibi quilibet imposuisse uidetur, talis est lex lata ex auditu & praeepto uniuersae multitudinis ciuium. Prima propositio huius syllogismi apparet quasi per se, nam quia ciuitas est communitas liberorum, ut scribitur in iij. politicae, ca. iij. quilibet ciuis liber esse debet, nec alterius ferre despotiam, id est seruile dominium, hoc autem non contingeret, si unus aliquis aut pauciores ciuium legem ferrent autoritate propria supra ciuium uniuersitatem, sic enim legem ferentes aliorum despotes essent. Et ideo reliqui ciuium, pars amplior scilicet, tale legem quantumcumque bonam, moleste ferrent, aut nullo modo, & contra illam contem

Despotes  
graves  
domini  
latine.

contemptū passi, reclamarent, & non uocati ad illius lationem, nul-  
 latenus obseruaret. latam uero ex auditu seu consensu omnis mul-  
 titudinis, etiā minus utilem, quilibet ciuū faciliter obseruaret & fer-  
 ret: eo quod hanc quilibet sibi statuisse uidetur, ideoq; contra illam  
 reclamare non habet, sed æquo animo illā pœnis tolerare. Adhuc  
 secundā, ppositionē primi syllogismi probo ex alio sic. Quoniā il-  
 lius est potestas obseruationis legū, cuius tantummodo est potētia  
 transgressorū coactiua, hoc autē est uniuersitas, aut ipsius pars ualē-  
 tior, ergo ipsius solius est legum lationis autoritas. Amplius ad  
 principale sic, quoniā illud agibile, in cuius debita institutione con-  
 sistit maxima pars cōmunis sufficientiæ ciuū in hac uita, & in cuius  
 praua institutione cōmune detrimentū imminet per uniuersitatem  
 ciuium tantūmodo debet institui, hoc autē est lex, ergo ad uniuersi-  
 tatem ciuium tantūmodo illius pertinet institutio. Maior huius de-  
 monstrationis est per se notis propinqua & stabiliter in immediatis  
 ueritatibus, quæ positæ sunt iij, huius & quinto. Conuenerūt enim  
 homines ad ciuilem cōmunicationem propter cōmodū & uitę suffi-  
 cientiam consequendā, & opposita declinandum. Quæ igitur om-  
 nium tangere possunt cōmodum & incommodū, ab omnibus sciri  
 debent & audiri, ut commodū assequi & oppositum repellere pos-  
 sint. Talia sunt leges, sicut in minori assumebatur, In ipsis enim re-  
 cte positis totius & omnis humanæ sufficientiæ pars magna confi-  
 sit. Sub iniquis uero seruitus & oppressio atq; miseria ciuium im-  
 portabiles, ex quibus tandem contingit soluere politiā. Rursum  
 & est hæc quasi abbreviatio & summa priorū demonstrationū, Aut  
 legum lationis autoritas, ad solam ciuium uniuersitatem pertinet,  
 ut diximus, uel ad hominem unicū aut pauciores, non ad solū unū,  
 propterea quæ dicta sunt in undecimo huius & in prima demōstra-  
 tione, quam in hoc adduximus, posset enim propter ignorantia uel  
 malitiam aut utrūq; legem prauam ferre, inspiciēdo scilicet magis  
 proprium q̄ cōmune, unde tyrannica foret, propter eandem uero  
 causam non pertinet hoc ad pauciores, possent enim peccare in fe-  
 rendo legem, ut prius ad quorundam (scilicet paucorū) & non cō-  
 mune conferens, quemadmodū uidere est in oligarchijs: pertinet  
 hoc igitur ad ciuium uniuersitatem, aut eius partem ualētiorem, de  
 quibus est altera & opposita ratio. Quia enim lege debēt omnes ci-  
 ues mensurari secundū proportionem debitam, & nemo sibi scien-  
 ter nocet aut uult iniustum, ideoq; uolūt omnes aut plurimi legem  
 conuenientem cōmuni ciuium conferenti. Ex eisdem quoq; de-  
 monstrationibus sola minori extremitate mutata conuincitur, legū

*Subditi legem,  
 quam ipsi tulerunt,  
 lubentius  
 ferunt.*

*Legis latio ad  
 ciues pertinet.*

approbationem, interpretationem, suspensionem, & cætera proposita parte tertia huius, ad solius legislatoris auctoritatem tantummodo pertinere. Idemque sentiendum de omni eo quod per electionem statuitur. Cuius enim est auctoritas prima eligendi, ipse idem approbat aut reprobatur, uel ille cui auctoritatem eligendi concesserit, aliter namque pars maior esset toto, uel illi saltem æqualis, si ea quæ per totum instituta sunt, auctoritate propria dissoluere posset. Modus autem conueniendi ad legum lationem, in sequenti cap. describetur.

DE QUIBUSDAM INSTANTIIS AD DICTA IN CAPITULO PRÆCEDENTI, & IPSARUM SOLUTIONE, AC PROPOSITI AMPLIORI MANIFESTATIONE. Cap. XIII.



E quibus tamen diximus dubitabit aliquis, disputans ad ciuium uniuersitatē non pertinere legum lationis seu institutionis auctoritatem. Primum quidem, quoniam prauum & indiscretum secundum plurimum non debet legem statuere. Hæc enim duo peccata à legis latore debent excludi, malitia scilicet atque ignorantia, propter quæ etiam in iudicijs euitanda, legis necessitatem accepimus undecimo huius. Populus autem seu ciuium uniuersitas est huiusmodi, homines enim, ut in pluribus uidetur, prauis & stultis (nam stultorum infinitus est numerus) ut habetur Ecclesiastes. i. Amplius quoniam difficile ualde aut impossibile plurium prauorum & insensatorum concordare sententias, quod non euenit de paucis & studiosis. Est igitur utilius per paucos legem ferri, quam per ciuium uniuersitatem, & ipsorum superfluam pluralitatem. Rursum in qualibet cõmunitate ciuili sunt pauci sapientes & docti, respectu alterius multitudinis indoctæ. Cum igitur per sapientes & doctos utilius lex feratur, quàm per indoctos & rudes, uidetur quod ipsarum lationis auctoritas ad paucos pertineat, non ad plures aut omnes. Adhuc frustra fit per plures, quod per pauciores fieri contingit. Cum ergo per sapientes (qui pauci sunt) lex fieri possit, ut dictum est, frustra occuparetur in hoc uniuersa multitudo, aut ipsius pars maior. Non igitur ad uniuersitatem aut ipsius ualentiorē partem pertinet legum lationis auctoritas. Ex supposito nobis in prioribus, quasi omnium in hoc libro demonstrandorum principio uidelicet, Omnes homines appetere sufficientiam uitæ, & oppositum declinare, per demonstrationem concludimus ipsorum cõmunitatem ciuilem quarto huius, quoniam per ipsam, sufficientiam hanc adipisci possunt, & præter eam minime, propter quod etiam

*Plures stulti  
quàm sapi-  
entes.*

etiam Aristoteles primo politicæ, cap. primo inquit. Natura quidē igitur in omnibus impetus est, ad talem cōmunitatem, ciuilem scilicet. Ex qua siquidem ueritate per necessitatem sequitur alia quedā, & habetur iij. politicæ, ca. x. uidelicet, quod oportet ualentio- rem esse partem ciuitatis uolentem, nō uolente manere politiam. Quoniam nihil desideratur per eandem, natura, specie, secundū eius plurimum & immediate cum ipsius corruptione simul, inane nanque foret tale desiderium. Quinimō non uolentes manere politiam cōputantur inter seruos, non inter ciues, ut sunt aduenę quidam, unde vij. politicæ, cap. xij. Cū subditis enim existunt omnes uolentes insolere, qui per regionē. Et tunc subinfert, Totę multitudinem esse eos in politimate, insolentes scilicet, seu non curantes ciuiler uiuere, ut sint ualentiores his omnibus, uidelicet politizare uolētibus, Vnum impossibiliū est, cur autem impossibilium sit, apparet: quoniam hoc esset naturam peccare uel deficere ut in pluribus. Si ergo ualentior hominū multitudo uult politiam manere, quemadmodū bene dictū uidetur, uult illud etiam, sine quo politia manere non potest. Hoc autē est iustorum & conferentiū regula, tradita cum præcepto, uocata lex, eo quod impossibilium est ciuitatem aristocratizantem, id est secundū uirtutem gubernatam, non bene legibus disponi, ut habetur iij. politicæ, cap. vij. & demonstrauimus undecimo huius. Vult ergo ualētior multitudo ciuitatis, legē, Aut cōtingeret oratio in natura & arte, secundū plurimum, quod impossibilium supponatur ex scientia naturali. Suscipio rursus cum supradictis ueritatibus manifestis, cōmunem animi cōceptionē, uidelicet, *Omne totū maius esse sua parte, quod uerum est tam in magnitudine siue molle, q̄ etiam in actiua uirtute & actione.* Vnde satis euidēter, per necessitatem infertur, uniuersitatem ciuiū, aut ipsius ualētio- rem multitudinem, quæ pro eodem accipienda sunt, magis posse quid eligendum & quid spernendum discernere, quacuncq; sui parte seorsum. His itaq; suppositis tanq; ueritatibus innocultis, facile est repellere instantias, quibus niteretur aliquis conuincere, legis lationem non pertinere ad ciuium uniuersitatem, aut eius ualentio- rem multitudinem, sed ad paucos quosdam. Cum ergo primum dicebatur, ad prauum & in pluribus indiscretum non pertinet legum lationis autoritas, conceditur. Et cum additur uniuersitatem ciuium esse huiusmodi, negandum est. Nam ciuium pluralitas neque praua neque indiscreta est quantum ad pluralitatem suppositorū, & in plurali tempore, omnes enim aut plurimi sanæ mentis & rationis sunt, & recti appetitus ad politiam, & quæ necessaria sunt propter eius per-

manentiam, quemadmodū leges & alia statuta uel consuetudines, sicut prius ostēsum est. Quāuis enim nō quilibet aut maior multitu- do ciuiū sit legum inuentor, potest tamen quilibet de inuentis & ab alio sibi ppositis iudicare, addendū uel minuendū, aut mutandū di- scernere. Propterea si, quod in maiori ppositione dicitur indiscre- tum, intelligatur id quod per se inuenire nequit legem secundū plu- res sui partes uel supposita, non debere legem statuere, ipsa esset ne- ganda tanq̄ falsa manifeste, testibus, inductione sensata. & Arist. tertio politicæ, cap. vi. Inductione quidem, quoniā multi de quali- tate, picturæ domus, aut nauis, cæterorumq̄ artificiatorū iudicant recte, qui tamen ea inuenire nescirent. Testatur aut̄ huic Arist. ubi supra, respondens ad propositam instantiā in hæc uerba. Et quia  
 » de quibusdā nō solus qui fecit, neq̄ utiq̄ optime iudicabit, inducēs  
 » hoc in pluribus artificiorū speciebus, idem faciens intelligere de re-  
 » liquis. Nec obstat quod dicitur, sapiētes (qui pauci sunt) magis  
 » possunt agibilia statuenda discernere reliqua multitudine: quoniā  
 » esto sic uerū, non tamen ex hoc sequitur, quod sapientes sciant sta-  
 » tuenda discernere magis tota multitudine, in qua cōprehenduntur  
 » ipsi cū reliquis minus doctis. Omne enim totū maius est sua parte  
 » in agendo, & etiā discernendo. Et fuit hæc indubie Aristotelis sen-  
 » tentia iij. politicæ, ca. vi. cū dixit. Quare iuste dominans maiorum  
 » multitudo, id est iuste dominari debet de maioribus, quæ sunt in po-  
 » litia multitudo seu ciuiū uniuersitas, aut eius pars ualentior, quā no-  
 » mine multitudinis significat, causam huius assignās. Ex multis enim  
 » populus & conciliū, & prætoriū, & honorabilitas, amplior aut̄ ho-  
 » rum omniū, quā qui eorū qui secundū unum, & secundum paucos,  
 » principantiū magnis principatibus. Vult dicere, quod omniū colle-  
 » giorū politicæ seu ciuilitatis simul sumptorū, amplior est multitudo,  
 » siue populus, & per consequēs iudiciū securius, iudicio alicuius par-  
 » tis seorsum. Siue pars illa sit uulgus quam hic nomine cōciliij signa-  
 » uit, ueluti agricolæ, artifices & huiusmodi, siue sit prætoriū, id est, qui  
 » in prætorio sunt officiales, principāti subseruiētes, ut aduocati seu  
 » iurisperiti, atq̄ notarij. Siue sit honorabilitas, id est collegiū optima-  
 » tum, qui pauci sunt. Et soli conuenienter eligūtur ad maximos prin-  
 » cipatus. Siue altera pars ciuitatis quæcuncq̄ seorsum accepta. Am-  
 » plius esto, sicut est secundum ueritatem, aliquos minus doctos nō  
 » æque bene iudicare de statuenda lege aut altero agibili totidē do-  
 » ctis. Possset tamen intantum augeri numerus minus doctorū, quod  
 » æque bene uel melius iudicarēt de his, paucis doctioribus, quod pa-  
 » lam dixit Arist. ubi supra, hanc uolens cōfirmare sententiam. Si sit  
 » mul

Non sapientes  
 modo agēda di-  
 scernere possūt

Possunt et̄ idio-  
 ta de ferēdis le-  
 gibus discernere.

multitudo non nimis uilis, inquit Arist. unusquisq; quidem erit doctior iudex scientibus. Oēs aut congregati meliores, aut nō deteriores. Ad illud uero quod dicebat Ecclesi. primo. Stultorū infinitus est numerus, oportet dicere, per stultos intelligi minus doctos, uel non uacantes liberalibus operū, qui tamen participāt intellectu & iudicio agibilium, licet non æqualiter uacantibus, aut fortasse significauit ibi sapiēs per stultos infideles sicut dicit ibidē Hieronymus, qui etiam quantūcūq; scientes mundanas scientias, sunt stulti simpliciter, secundū illud Apostoli primæ ad Corinth. iij. Sapiētia huius mundi, stultitia est apud deum. Secunda uero instantia parū urget, quoniā licet facilius sit concordare paucorū sententiā, q̄ plurimum, ex hoc non concluditur paucorū seu partis præstantiorē esse sententiam, ea quę totius multitudinis, cuius pauci sunt pars. Nam hi pauciores non æque bene discernent neq; uellent cōmune cōferens, quemadmodum uniuersa ciuium multitudo. Quinimō in seculum esset, sicut ex iam dictis apparuit, paucorū arbitrio cōmittere legis lationem. Respicerent enim in ea fortasse magis conferēs proprium, ut personarū uel alicuius collegij quā cōmune, quod in his qui Decretales clericorū tulerūt, satis apparet, Sicut etiam manifestabimus sufficienter in viij. ij. Ex hoc enim præberetur oligarchiæ uia quæ dā, ueluti dū uni soli legū lationis potestas tribuitur, tyrannidi locus datur, quemadmodū undecimo huius, parte iij. induximus ab Arist. iij. Ethicorū, tractatu de iustitia. Instantia uero tertia ex iam dictis facile repellī potest, quoniā & si per sapiētes melius possint leges ferri q̄ per minus doctos: non tamen ex hoc concluditur, quod per solos sapientes ferantur melius q̄ per uniuersam multitudinem ciuiū, in qua etiā includūtur sapientes prædicti. Verum horū omniū cōgregata multitudo discernere potest, & uellet amplius cōmune iustū & cōferens, harū partiū quacūq; seorsum accepta quantūcūq; prudentū. Vnde nō uerū enunciāt, dicentes minus doctā multitudinē impedire ueri aut cōmunis boni electionē & approbationē: quinimō adiuuat in hoc iuncta doctioribus & magis expertis. Nā licet uera & utilia statuenda per se nesciat inuenire, ea tamen per alios adiuuenta & sibi pposita, discernere potest & iudicare, si quid addendū, minuendū, aut totaliter mutādū, uel spernendum in ppositis uideatur. Multa nanq; cōprehendit homo post alterius dictionē, & ad multorū cōplemētū agere potest, ad quorū initia seu inuentionē, per seipsum peruenire nequisset. Sunt enim rerū initia difficillimæ inuentionis, unde Arist. ij. elench. ca. finali. Difficillimū est uideri, principiū, s. ueritatis & ppiū secundū unāquāq;

*Stultorū infinitus numerus, quomodo accipiendum.*

*Decretalium auctores ad proprium cōmodū respexerunt.*

*Rerū initia inuentu difficillima.*

*Bonus qui per  
se nouit, que fa-  
cienda.*

*Modus ad inue-  
niendas leges.*

*Quando leges  
obligent.*

disciplinā. Hoc aut̄ inuēto facile est addere & augere reliquū, p̄pter quod sciētiarū & artiū & aliarū traditionū inuenire principia, nō est nisi optimorū & acutorū ingeniorū, adinuentis aut̄ addere possunt, etiā humilioris ingenij hoīes, qui tamē neq; p̄pter hoc indiscreti debēt appellari, si ex se talia nequeāt inuenire, imō & in bonorū numero cōputari debēt, ut in .i. Ethi. ij. ca. dixit Arist. Ille siquidē, inquit, optimus, qui sibi ipse oīa intellexit. Bonus aut̄ rursus & ille, qui benedicēti obedit, ipsum. s. auscultādo, illi q; nō absq; ratione cōtradice do. Et p̄pterea iustorū & conferentiū ciuiliū, & incōmodorū seu hominū cōmuniū & similiū reliquorū, regulas, futuras leges, siue statuta, quęrendas seu inueniendas & examinandas prudētibus & expertis per uniuersitatem ciuium cōmitti, conueniens & perutile est, Sic ut uel seorsum ab unaqua q; primarū partium ciuitatis, enumeratarum quinto huius, parte. i. secundū tamen uniuscuiusq; p̄portionem eligantur aliqui, uel ab omnibus simul congregatis ciuibus omnes eligantur experti seu prudentes uiri p̄dicti. Et hic erit conueniens & utilis modus conueniendi ad legū inuentionem absq; no cumento reliquę multitudinis, minus doctōrū scilicet, quę parum p̄ficeret in quęrendis huiusmodi regulis, & à reliquis operibus sibi & alijs necessarijs, turbaretur, quod onerosum esset, tam singulis q; cōmuni. Adinuentę uero & exanimatę huiusmodi regulę diligenter futurę legis approbandę uel reprobandę in uniuersitate ciuū congregata p̄poni debent, Vt si cui ciuū uideatur quicq; ipsis addendum, aut minuendū, mutandū, aut totaliter spernendū, id dicere possit, quoniam ex hoc poterit lex utilius ordinari. Possunt enim, ut iam diximus, ciues minus docti quandoq; percipere aliquid corrigendū circa propositam legem, qui tamē ipsam inuenire nescirēt. Et quoniā sic latę per auditū & consensum uniuersę multitudinis, melius obseruabuntur, nec aduersus eas habebit aliquis reclamare. Publicatis autem iam dictis regulis, futuris legibus, & in uniuersali ciuium congregatione, auditisq; ciuibus, qui aliqua circa ipsas rationabiliter dicere uoluerunt, eligi debent rursus uiri, quales & secundū quem modū p̄diximus, uel confirmari p̄dicti, qui uicem & autoritatem uniuersitatis ciuū repręsentantes, supradictas quę sitas & propositas regulas, approbabunt uel reprobabunt in toto uel parte, aut faciet idem si uoluerit, uniuersitas ciuū tota simul uel ipsius ualentior pars. Post quā siquidem approbationē iam dictę regulę leges sunt, & sic nominari merent, non antea. quę etiā post ipsarū publicationem seu proclamationem solę humanorum p̄ceptorū obligant transgressores ad ciuilem culpam & p̄enam.

Quod



Quod quidem igitur legū lationis seu institutionis autoritas, & de ipsarū obseruatione coactiuū dare præceptū, ad solam ciuium uniuersitatem, seu ipsius ualentio rem partē, tanq̄ efficientem causam pertineat, aut ad illū uel illos, cui uel quibus autoritatē hāc cōcesserit iam dicta uniuersitas, sufficienter ex dictis monstrasse putamus.

DE QUALITATIBVS SEV DISPOSITIONIBVS PRINCIPANTIS perfecti, ut sciatur qualē oporteat esse, qui ad principatū debet assumi. Vnde apparet etiam conueniens materia siue subiectū humanarū legū. Cap. XIII.



Ost hęc autem dicere oportet de causa effectiua partis principantis, hoc autem erit ostendere per demonstrationem, cuius sit autoritas eligendi eam, & consequenter instituendi reliquas partiū ciuitatis. De nō electæ nanq̄ partis principantis institutione, sufficienter dictū est nono huius, parte quinta. Incipiemus aut primū determinando qualem esse oporteat, qui conuenienter est ad principatum eligēdus seu pmouendus. Ex hoc enim transibimus certius ad ipsius electionis seu institutionis autoritatē factiuā. Sunt aut futururi principantis perfecti habitus intrinseci duo, separationē nō recipientes in esse, uidelicet prudentia & moralis uirtus, maxime iustitia. Vnus quidem, ut ipsius in principando dirigatur intellectus, prudentia scilicet. Vnde iij. politicæ, cap. ij. Prudentia aut propria uirtus principi sola, alias enim uidetur conueniens, cōmunes subditorū & principū. Reliquus uero habitus est, quo ipsius rectus extet affectus moralis, uirtus scilicet aliarū maxime iustitia. Vnde iij. Ethicorū tractatu de iustitia, inquit Aristoteles. Est aut princeps custos iusti. Est ergo futuro principanti prudentia necessaria, quoniam per ipsam magnifice potest in ipsius opus propriū, iudicio uidelicet conferentiū & iustorū ciuiliū. In quibus nanq̄ humanis actibus ciuilibus, actus ipse uel modus nō determinatur à lege per prudentiam, dirigitur principans in iudicando & etiam exequendo, factō uel modo, aut horū utroq̄, in quibus ipsum peccare contingeret absq̄ prudētia. Nam ut in Catilinario Salustij. Si cōsul Cicero complices Catilinæ, Romanos ciues atque potentes, aduersus rem publicam coniuratores, proinde mortis reos, secundum legem punisset, loco, tempore, ac modo consuetis: exorta foret inde uerisimiliter ciuilis pugna politia solutiua, propter seditionem per dictos iam coniuratores aduersus consulem & reliquos principantes

*Qui habitus futuri principis.*

*Catilina uia cō  
coniuratoribus  
à Cicerōe puni  
ti.*

tes

tes in populo concitatam. Hoc siquidem periculum Cicero consul seu principans urbis, per suam euasit prudentiam, dum dictos reos tortoribus necandos tradidit, & præcepit in loco carceris, quem forte propterea Tullianum appellant. Sic ergo prudentia diriguntur agibiliū consilia, unde quinto ethicorū, ca. iij. dixit Arist.

*Tullianum.*

- Prudentiam habitū uerū cum ratione actiuū circa hominis bona
- uel mala, inquantū homo scilicet. Huius autem causa est, quoniam agibilia sunt, circa quæ & de quibus plurimis sunt humanæ leges, secundū quas debet principans disponere humanos actus ciuiles. Quodq; nō omnes aut ipsorū modos seu circūstantias quibus inuoluuntur, possibile uidet̄ semper simul lege determinare, propter ipsorum uarietatem & differentiam secundū regiones & tempora, ut aperta docet experientia, & testis est Aristoteles primo Ethicorū, ca. i. cū dixit. Bona autem & iusta de quibus ciuilis intēdit, tantam habent differentiam & errorem, ut uideantur sola lege esse, nō natura, id est quia sic uelint homines de ipsis statuere, non quia ipsorum agibiliū natura determinata sit, ut uidelicet hoc quidē sit iustū, illud uero iniustum. Idemq; etiam exprimens amplius ij. politicæ, cap. ix. cum dixit. Sed quoniā hæc quidem cōprehendi legibus cōtingit, hæc aut̄ impossibilia, hæc sunt quæ faciunt dubitare & quærere, utrū optimam legem eligibilius principari, q̄ optimū uirum? de quibus enim conciliantur homines scilicet, sunt impossibilium lege statuta esse (omnia supple) Hæc ppter oportuit quædā euenientium in ciuilibus actibus hominū, arbitrio principantium iudicanda cōmittere, quæ scilicet secundū se aut modū aliquem sui seu circūstantiam lege determinata non sunt. Nam in his quæ lege determinata fuerunt, debitum est principantem sequi legalem determinationem. Et fuit hæc Aristotelis sententia ij. politicæ, ca. vi. cū dixit. Principem autem, siue unum siue plures, de his esse dominos, de quibus leges non possunt dicere certitudinaliter, ppterea quod nō facile sit determinare de omnibus, quā sententiam replicans ix. eiusdē, inquit. Sunt aut̄ & nunc de quibusdā principatus, dominantes iudicio sicut iudex, de quibus lex non potest determinare, quoniam de quo potuit, nullus dubitat de his tanq; nō utiq; optime lex præcepit. Est ergo necessaria principanti prudentia ppter talia iudicanda, quæ lege determinari nō possunt. Hanc siquidē sententiā Arist. quasi ppinquā rebus manifestis per se, certificare potest per demonstrationē, cui cura fuerit per ea quæ dicta sunt ij. huius. Est

*Principi necessaria prudentia.*

*Principes iustus sit, oportet.*

rursum moralis bonitas, uirtutis scilicet, earū uero maxime iustitia, principanti necessaria, nam si peruersus fuerit secundū morem, multū lædi

læditur ex eo politia quantūcūq; formata legibus. Iam enim diximus, non facile aut nō possibile, simul omnia determinare legibus, sed aliqua cōmitti oportere principantis arbitrio, in quibus ledere potest politia, si fuerit affectionis peruersæ. Et hæc fuit Aristotelis sententia ij. politicæ vij. ca. dum dixit, Magnorū enim domini cōstituti, si uiles fuerint (id est more prauī) multū lædūt, & læserūt iam ciuitatem Chalcedoniorū. Et quoniā ab hoc præseruātur per moris uirtutem, maxime iustitiā, ideoq; conueniens est si necessarium conueniens dicere liceat, neminem futurū principari carere morali uirtute, aliorum uero maxime iustitia. Cui siquidem etiam in principante futuro cōueniens est, assequi uirtutem quādam, uocatā epieikeiam, qua dirigitur iudex, præcipue secundū affectum, in quibus lex deficit. Vnde Aristo. iij. ethicorum, tractatu de iustitia, inquit. Et hæc natura est, quæ epieikes directio legis, ubi deficit, ppter particulare. Quam estimo, iuristæ uolunt æquitatem dicere. Est enim hæc benigna legis quædam interpretatio uel moderatio in aliquo casu, quem lex sub rigoris uniuersalitate cōpræhendit, in quo pro tanto lex deficere dicitur, quia ipsum à regula non excepit, quem tamen si sic futurū attendisset ab uniuersalitate regulæ cū aliquo moderamine, uel simpliciter excepisset. Adhuc etiā cum his singularis quidam amor seu beneuolentia futuri principantis, ad politiam & ciues exigitur. Ex hoc nanq; principantis actiones ad cōmune ac singulorū conferens intenduntur in sollicitudine & bonitate.

Præter hos autem dictos habitus & dispositiones necessariū est principanti extrinsecum organū quoddam, armatorū uidelicet numerus certus, quo suas ciuiles sententias in rebelles & inobedientes per coactiuam potentiam exequi possit. Vnde Aristo. vij. politicæ cap. vi. Cōmunicantes autem (ciuilitate supple) necessarium est ipsis habere arma (id est armatorū multitudinem aliquam) ad principatum inobedientium gratia (id est ad arcendos inobedientes principantibus) aliter enim leges atq; ciuiles sententię ociosæ forēt, nisi earū executio posset expleri. Debet aut hæc armata potentia principantis determinari per legis latorem, ueluti ciuilia reliqua: tanta siquidem ut uniuscuiusq; ciuis seorsum aut aliquorū simul excedat potestatem, nō tamen eam quæ simul omnium aut maioris partis, ne principantem præsumere aut posse contingat uiolare leges, & præter, aut cōtra ipsas despotice principari. Vnde Aristo. iij. politicæ, ca. ix. Oportet enim ipsum quidem habere potentiā tantam, ut sit ea quæ singulorum, & unius & simul plurium maior, ea autem quæ multitudinis minor. Oportet autem simul plurium intelligere non com-

*Epieikeia æquitas, mansuetudo dicitur.*

*Epieikes mansuetum, mite ac æquū interpretatur.*

*Amor à principe exigitur.*

*Despotice id est imperiose.*

paratiue, id est maiorem partem, sed pluriū positiue, secundū quod à pluralitate deriuatur, id est à multitudine aliqua, nō tamen ualentiōri ciuium parte. Si enim non sic intelligatur, repugnantia esset in dictis ipsius. Hanc uero coactiuam potestatem, futurū principari, aut ipsius ad principatum electionem, non necessarium est habere, quemadmodum reliquas sui dispositiōes intrinsecas, de quibus iam diximus pridem. Sic enim ad principatum nunquam assumerentur studioli pauperes. Cuius oppositum uoluit Aristoteles idem  
 » ij. politicæ, cap. viij. dū dixit. A principio aut hoc uidere est necessa  
 » riorum, qualiter optimi possint uacare, & nihil de honestari, non so  
 » lum principes, sed neque singulariter uiuentes. Veruntamen ut  
 que de principantium dispositionibus, ac reliquis sibi necessarijs ad capitulum reducantur, dicamus, quod prudentia & moralis uirtus necessariae sunt futuro in principantem eligēdo ante ipsius electionem. Armata uero potentia necessaria est principāti, maximū principatum ciuitatis aut regni, tanquā instrumentū seu extrinsecū organum, quo ipsius secundum leges expleantur sententiæ, non tamen hāc oportet habere ante ipsius electionē, sed illi simul cū principatu conferre. Amor autem seu beneuolentia singularis ad politiam & ciues, in suarum actionum ciuiliū bonitatem & sollicitudinem addit, licet non æqua necessitate cū prædictis exigatur in ipso.

*Que deceant principem futurum.*

*Que necessaria principi.*

*Quales principes esse debeāt.*

Testatur autem his Aristoteles quinto politicæ, cap. iij. dum dixit. Tria autem quædam oportet habere futuros principari principes principatus, primo quidem amorem ad consistentem politiam, deinde potentiam maximorum operum principatus, tertio autem uirtutem & iustitiam, per uirtutem intelligens prudentiam, quæ omnium uinculum est & magistra uirtutum. Vnde vi. ethicorū, cap. finali. Simul enim prudentiæ uni existenti omnes inerunt. Collocauit autem Aristoteles sub eadem parte dictæ diuisionis, prudentiam & moralem uirtutem, propterea quod in esse nō separantur, ut existimasse uidetur eodem libro & cap. cum dixit. Manifestū igitur ex dictis, quoniam nō possibile bonum esse principaliter sine prudentia, neque prudētem sine morali uirtute. Et nominauit Aristoteles v. politicæ, supradicto cap. res quas futuro principanti conuenire diximus, fortassis conuerso modo necessitati earū. Ex dictis itaque apparet subiectū propriū seu materia humanarū legum. Hoc enim est principans, cum prudentia & uirtute moris, maxime iustitia, præparatus fuerit sufficienter. Qualis quidem igitur esse debeat futurus principans ciuitatis aut regni, quæ etiam sibi necessaria sint & conuenientia, determinatum sit hoc modo.

principatus, unde apparet etiam effectiua causa re-  
liquarum partium ciuitatis. Cap. XV.



Consequenter autem dictis restat ostendere princi-  
pantis factiuam causam, per quã uidelicet alicui uel  
aliquibus datur autoritas principatus, qui per electi-  
onem statuitur. Hac enim autoritate fit princeps se-  
cundum actum, non per legum scientiam, prudentiã,  
aut moralem uirtutem, licet sint hæ qualitates principãtis perfecti.  
Contingit enim has, multos habere, qui tamẽ hac autoritate caren-  
tes, non sunt principes nisi forte propinqua potentia. Adquæsi-  
tum ergo redeunt, dicamus secundũ ueritatem & sententiam Ari-  
stotelis tertio politicæ, cap. vi. Potestãtẽ factiuã institutionis princi-  
patus seu electionis ipsius ad legis latorem seu ciuium uniuersitatẽ,  
quemadmodum ad eandem legis lationem diximus pertinere. xij.  
huius, principatus quoq; correptionem quamlibet etiã depositio-  
nem, si expediens fuerit, propter cõmune conferens eidem similiter  
conuenire. Nam hoc est unum de maioribus in politia, quæ ad mul-  
titudinem ciuium uniuersam ex dictis Arist. iij. politicæ, cap. vi. per-  
tinere conclusimus. xij. huius, parte. iij. Est enim multitudo domi-  
nans maior, ut dicebatur ibidem. Modus autem conueniendi ad  
institutionem seu electionem prædictam uariatur fortasse secundũ *In principe eli-*  
prouinciarũ uarietatem. Verũ qualitercũq; diuersetur, hoc in quo *gendo quid ob-*  
*seruandum.*  
libet obseruandum, ut talis electio seu institutio semper fiat autori-  
tate legis latoris, quam ciuium uniuersitatem aut eius ualentio-  
rem partem persæpe diximus. Potest autem & debet conuinci propo-  
situm hoc eisdem demonstrationibus, quibus legum lationem, muta-  
tionem, & reliqua circa ipsas, ad ciuium uniuersitatem pertinere cõ-  
clusimus xij. huius. Sola tamen harum demonstrationũ minori ex-  
tremate mutata, ut uidelicet pro termino qui lex dicitur sumatur  
terminus principantis. Est autem & hoc cum sua ueritate proba-  
bile ualde, si necessarium probabile liceat dicere. Cuius enim est ge-  
nerare formam aliquam, ipsius est determinare subiectum illius, ut  
in omnibus artibus operatiuis uidere est. Vnde & Aristoteles. ij.  
physic. cap. iij. Eiusdem aut scientiæ est cognoscere speciẽ & ma-  
teriam, usq; ad hoc, ut medici sanitatem, & colerã, & flegma, in qui-  
bus est sanitas. Similiter autem edificatoris est speciẽ domus, &  
materiam, quoniã lateres & ligna. Sic quoq; in reliquis artificiali-  
bus & naturalibus apparet hoc inductione manifesta. Cuius qui-  
dem

dem causa est, quoniam formæ cum suis operationibus sunt fines & cuius causa materiæ sunt aut fiunt, ut eodem libro & cap. dictum est. Cum igitur ad ciuium uniuersitatem pertineat generare formã, secundũ quam ciuiles actiones regulari debent, legem scilicet, eiusdem uniuersitatis esse uidebitur huius formæ determinare materiã seu subiectum. Cuius secundum hanc formam est disponere ciuiles hominum actus, partem scilicet principantem. Et quoniam hæc est formæ optima ciuilis cõmunitatis, debet illi determinari subiectũ optimum secundũ dispositiones, quod etiam in præcedente capitulo probabili ratione conclusimus. Vnde cõuenienter inferri possidetur, Electum principantem & absq; generis successione, simpliciter non electis, aut his qui cum generis successione statuuntur, politia præstantiori modo præferri. Huius ergo partis efficiente monstrato, habitum est dicere secundũ proposita frequenter à nobis, causam effectiuam, instituentem & determinantem reliqua officiorum seu partium ciuitatis. Hanc autem primam dicimus legis latorem, secundariam uero quasi instrumentalem seu executiuam dicimus principantem per auctoritatem huius à legis latore sibi concessam, secundũ formam sibi traditam ab eodem, legem uidelicet, secundũ quam semper agere ac disponere debet quantum potest, actus ciuiles, quemadmodum ostensum est cap. præcedente. Quãuis enim legis lator, tanq; prima causa & appropriata determinare debeat quos, qualia in ciuitate oporteat officia exercere, talium tamen executionem, sicuti & cæterorũ legalium præcipit, & si oporteat cohibet pars principãs. Fit enim per ipsum conuenientius executio legalium quàm per uniuersam ciuium multitudinem, quoniã in hoc sufficit unus aut pauci principantes, in quo frustra occuparetur uniuersa cõmunitas, quæ etiam ab alijs operibus necessarijs turbaretur. Nam & hoc facientibus his, id facit communitas uniuersa, quoniam secundũ cõmunitatis determinationem, legalem scilicet, id faciunt principantes, qui etiam pauci aut unicus existentes legalia facilius exequentur. Fuit autem in hoc humana sollicitudo cõuenienter imitata naturam. Quia enim ciuitas & ipsius partes secundum rationem institutæ, analogiam habent animali & suis partibus, perfecte formati secundũ naturã, ut apparet ex Aristotele primo & quinto politicæ. ij. cap. Qualis igitur est naturæ actio in animali perfecte formando, proporcionata fuit ea quæ humanæ mentis ad ciuitatem & ipsius partes instituendas conuenienter. Ad quã si quidem describendam proportionem, ex qua patebit amplius efficientia & determinatio partium ciuitatis, Suscipiemus cum Aristotele

*Electus princeps  
utilior reip. q̄  
qui regnum ha-  
reditate obti-  
net.*

*Ciuitas analogiã  
ad animal  
cum suis parti-  
bus habet.*

tele in xvi. de animalibus . Et à Galieno in suo quodā libro , quem uocauit de zogonia, cū reliquis quoq; magis expertis posteriorū, à principio quodam seu causa mouente aliqua sit illud forma materiæ aut separata, uel alterū quiddam, uirtutem habens generatiuam animalis & partium eius, formari primum tempore atq; natura partem quandam organicam animalis, & in ipsa uirtutē seu potentiam naturalem cum calore aliquo tanquā actiuo principio, uirtutem inquam & calorē uniuersales actiua causalitate, ad formandum & distinguēdū unamquāq; reliquarum partium animalis . Et est pars ista primum formata, cor autem cordi proportionalis aliqua, sicut dixit Aristoteles ubi supra, & reliqui philosophorū peritiores, quibus credere oportet propter ipsorū experientiam in hoc, & absq; probatione supponere nunc, quoniā id demonstrare non est præsentis inquisitionis. Hæc siquidem pars, formata primū, nobilior est & perfectior in suis qualitatibus & dispositionibus ceteris partibus animalis, Statuit enim in ea natura generans uirtutem & instrumentū, per quæ partes animalis reliquæ formantur ex cōuenienti materia, separantur, distinguuntur, & inuicem ordinantur, in suis dispositionibus conseruantur, & à nocumento quantū natura patitur præseruantur per ipsam: lapsæ uero à sui natura, ppter egritudinem aut alterum impedimentū, huius partis uirtute reparātur.

*De zogonia id est de animalū generatione.*

His autem proportionaliter contemplandum in ciuitate conuenienter instituta secundū rationem . Nam ab anima uniuersitatis ciuium aut eius ualentioris partis, formatur aut formari debet in ea pars una, primū proportionata cordi, in qua siquidē uirtutē quandam seu formam statuit cum actiua potentia seu auctoritate instituendi partes reliquas ciuitatis. Hæc autem pars est principatus, cuius quidem uirtus causalitate uniuersalis lex est, & cuius actiua potentia est autoritas iudicandi, præcipiendi, & exequendi sententias conferentium & iustorum ciuiliū, propter quod dixit Aristoteles septimo politicæ, cap. sexto, hanc esse omnium aliarū necessariissimam in ciuitate, causa uero eius est, quoniam sufficientia quæ habetur per reliquas partes seu officia ciuitatis, si nō inexistèrent, posset aliunde sufficienter haberi, licet non sit faciliter, ut per nauigium & reliqua uectigalia. Sed sine principatus inexistētia ciuilis communitas manere, aut diu manere non potest, quoniā necesse est ut scandala ueniant, ut dicitur in Matthæo. Hęc autem sunt contentiones propter iniurias hominum inuicem, quæ non iudicatæ aut mensurata per iustorum regulam, legem uidelicet, & per principantem, cuius est secundum illa talia mensurare, contingeret inde congre-

*Principatus cordi animalis similis.*

*Sine principe regnū manere non posse.*

gatorum hominum pugna & separatio, & demum corruptio ciuitatis & priuatio sufficientis uitæ. Debet etiam pars hic in ciuitate nobilior atque perfectior esse in suis dispositionibus, prudentia scilicet atque uirtute, modis cæteris partibus ciuitatis. Vnde vii. politica, cap. xij. dixit Aristoteles. Si tantum fuerint differētes alteri ab alteris, quæsum deos & heroēs exterminamus ab hominibus differre, confestim primo secundū corpus multam habentes excellentiam, deinde secundum animam, ut indubitata & manifesta sit excellentia principantium respectu subiectorū, palam quidem, quia melius per eosdem, hos quidem principari, hos autem subijci secundum semel, id est secundum uitam. Statuit etiam principium factiuum ciuitatis anima uidelicet uniuersitatis in hac prima parte uirtutē quandam causalitate uniuersalem, legem scilicet, autoritatem quoque seu potestatem agendi & exequendi de his non aliter. Quoniā sicut caliditas innata ipsius cordis tanquam subiecti, per quam cor seu forma eius omnes actiones cōplet, dirigitur, & mensuratur in agendo per formam cordis seu uirtutem, nec aliter ageret ad debitū finem. Ad huc etiam sicut calor, quam spiritum dicunt, tanquam instrumentū ad complendas actiones, per totum corpus ab eadem uirtute regitur, nec aliter horum calorū alteruter ageret ad debitum finem, quoniam deterius agit ignis quam organa, ut in secūdo periogeneos & de anima. Sic quoque autoritas principandi alicui hominū data, caliditati cordis tanquam subiecti, pportionata. Sic etiam ipsius armata seu coactiua potestas instrumentalis, calori quē spiritum diximus, proportionalis, debet regulari per legem in iudicando, præcipiendo, & exequendo de iustis & conferentibus ciuilibus, aliter enim non ageret principans ad debitum finem, conseruationem scilicet ciuitatis, quemadmodū demonstratū est undecimo huius. Adhuc autē secundum iam dictam uirtutem, legem scilicet, autoritatemque sibi datam, distinguere debet principans atque statuere partes & officia ciuitatis ex conuenienti materia, hominibus siquidem habentibus artes seu habitus ad officia conuenientes. Sunt enim tales propinqua materia partium ciuitatis, quemadmodū dictū est septimo huius. Est enim hæc norma seu lex politiarū bene institutarū, homines statuere ad officia ciuitatis, habentes habitus operatiuos conuenientes ad illa, non habentes uero, uerbi gratia, iuuenes, ad illos ordinare discendos, in quos magis naturaliter inclinātur. Et hæc fuit sententia eximij Arist. in hoc ubi primo Ethicorū, cap. primo dixit.

Quas enim esse debitum est disciplinarum in ciuitatibus, & quales unūquēque addiscere, & usquequo hic præordinat, politica scilicet seu legis

*Forte legendū  
peri genescos*

*Potestas princi  
pis, calori aut  
spiritui simili.*



legis latiua prudentia, & consequēter qui secundū legem politiam disponit, principans scilicet. Hoc etiā dixit viij. politicæ, cap. xij. Ad omnia quidē igitur, inquit, aspicienti politico leges ferendū, & secundum partes animę, & secundū passiones ipsarū. Idē quoq; viij. eiusdem, cap. i. dū dixit. Quod quidē igitur legis lator negotiandū circa uiuentiū disciplinā, nullus utiq; dubitabit. Etenim nō factū hoc, lædet politias. Ex prædictis igitur apparet, ad legis latorē pertinere determinationē seu institutionē officiorū & partiū ciuitatis, eiusque determinationis iudiciū, præceptū & executionē ad principan- tem secundū legem spectare. Possēt autē hoc eisdem conuinci demonstrationibus, quibus ad legū latorē & principātis institutionem, utebamur xij. huius, & supra. Syllogismorū sola minori extremitate mutata. Propter quod nō licitum est alicui pro libito sibi assumere officiū in ciuitate, maxime aduenis. Non enim debet nec rationabiliter potest pro uoto, quilibet se cōuertere ad militare uel sacerdotium exercendū, neque debet hoc permittere principās, nā ex hoc contingeret insufficientia ciuitati eorum, quæ per alia officia procurari necesse est. Verum ad talia debet principans determinare personas, partium quoq; seu officiorū ipsorū, quantitātē & qualitatem secundum numerū & potentiā & huiusmodi reliqua, ne propter ipsorum excessum inuicem immoderatū, contingat politia solui, propter quod quinto politicæ, cap. ij. dixit Arist. Fiunt autē & propter excrescentiā quæ præter proportionem transmutationes politiarum. Sicut enim ex partibus corpus cōponitur, & oportet augeri proportionaliter ut maneat mensuratio, Si autē nō, corrūpitur. Si enim non solū secundū quantū, sed & secundū quale crescit propter proportionem. Sic & ciuitas componitur ex partibus, quarū sæpe latet aliqua excrescens, uelut egenorū multitudo in democratijs, & sacerdotium in lege Christianorū. Idem dixit etiā tertio politicæ, ca. viij. cuius omitto seriem propter abbreviationem sermonis. Debet rursum pars hæc, principans scilicet, autoritate sua secundū legem præcipere iusta & honesta, & his cōtraria prohibere, tam opere, quæ sermone, premijs aut pœnis afficiendo merita uel demerita, obseruantiū aut transgredientiū præcepta legalia. Quomodo conseruabit in esse debito unamquāq; partiū ciuitatis, & à nocumentis ac iniurijs præseruabit, quod si patiatur aut agat iniuriam ipsarū aliqua curari debet per principātis actionē, inferens quidem iniuriā, sultinendo pœnā. Est enim pœna sicut medicina quæ dā delicti. Vnde ij. Ethic. ca. ij. Monstrant autē & pœnæ factæ propter hoc, id est propter delectationes quæ habentur in male agendo, medicinæ enim

quædã sunt. Cui uero illata fuerit iniuria curabitur, emendã recipi-  
 endo, quomodo reducentur omnia ad conuenientẽ æqualitatẽ aut  
 proportionẽ. Amplius cõseruat hæc pars reliquas ciuitatis par-  
 tes, ipsa sc̃q; adiuuat in ipsarũ operibus tam p̃prijs q̃ cõmunibus ex-  
 ercendis. Proprijs quidem ut quæ puenire habent ab officijs earũ  
 proprijs, cõmunibus uero ut cõmunicationibus quæ sunt ipsarum  
 inuicem, quorũ utraq; turbarentur, principantis actione cessante à  
 uiolentorum correptione. Et propterea nunq; debet actio prin-  
 cipãtis in ciuitate cessare, quemadmodũ nec actio cordis in anima  
 li, nam licet actiones aliarũ partiũ ciuitatis, aliquo tempore cessare  
 possint absq; nocumento singularis personę, collegij uel cõmunita-  
 tis, ut actio militaris tempore pacis. Similiter quoq; reliquarũ par-  
 tiũ, huius tamẽ partis & suæ uirtutis nunq; cessare potest actio sine  
 nocumento. Quacũq; enim hora uel momẽto durare oportet præ-  
 ceptum & cõmunem custodiam de licitis & prohibitis secundum le-  
 gem, & quodocunq; fiat illicitũ aut iniustũ, oportet principantem  
 talia regulare perfecte, uel illa exercere quæ p̃ciosa sunt ad talia re-  
 gulanda. Ex prædictis aut apparere potest sufficiẽter ordo par-  
 tium ciuitatis inuicem, quoniam propter principantem & ad ipsum  
 tanq; omniũ primũ ordinantur omnes pro statu præsentis seculi,  
 Nam pars illa in ciuili cõmunitate omnium prima est, quæ ceteras  
 instituere, determinare, ac cõseruare in statu & pro statu præsentis  
 seculi seu sine ciuili, pars autem principans secundum humanam le-  
 gem est illa, ut iam probabili & demõstratiua ratione conclusimus.  
 Est igitur aliarum omnium prima, & ad ipsam cæteræ ordinantur.  
 De causa quidem igitur effectiua electionis partis principantis, Si-  
 militer autem & reliquarum partium ciuitatis institutione, ac ipsa-  
 rum inuicem ordine, determinatum sit hoc modo.

*Princeps nunq;  
 ab officio cessa-  
 re debet.*

*Leges perpe-  
 tuo durent.*

AN MAGIS EXPEDIAT POLITIAB MONARCHAM QVEM LI-  
 bet, per nouã electionem sigillatim sumere, uel aliquẽ quen-  
 dam solũ eligere cum omni posteritate sua, quam gene-  
 ris successionem uocare solent. Cap. XVI.



St aut dictis cognita dubitatio, an uidelicet magis ex-  
 pediat ciuilitè uiuentibus, monarchamq; sibi ex ele-  
 ctione p̃ficiẽtibus hunc statuere principaturũ cũ  
 omni sua posteritate, quã generis successionẽ uocare  
 solent, uel illũ, p̃ sola eius periodo ad principatũ assu-  
 mere, corrupto uero uel aliter à principatu iuste priuato, nouã ui-  
 cissim

cissim semper electionē facere de futuro. Quibusdā quidē enim uisum est potiorē esse priorem institutionē propter apparentiā quamdam. Primū nanq̄ propterea quod monarcha succedens ex genere, remp. magis curabit, tanq̄ sibi quasi propriā & hæreditariā, nō sic autem monarcha, cui proprium hæredem principaturū fore nō constat. Vnde ij. politicæ, ca. primo circa mediū inquit Arist. Minime enim cura fortiter quod plurimorum est cōmune, de proprijs enim maxime curant, de cōmunibus aut minus q̄ quantū unicuiq̄ attinet. Et rursus eodem ca. circa finē. Duo enim sunt quæ maxime faciunt sollicitè curare homines & diligere propriū & dilectum. Amplius eiusdem, ij. ca. inquit. Adhuc aut & ad delectationem inenarrabile, quantū differt putare alibid propriū esse. Ad quæsitū uero principale rursus, quoniam successores monarchæ minus de spotizare uidebuntur subditis, quā nuper electi, propter principatum ipsos assueuisse, nilq̄ sibi nouū eueuisse putātes, propter quod amplius extolli debeant, & contemnere subditos. Nouiter aut semper electos quemadmodū ditatos nouiter, plerunq̄ superbire contingit. Vnde secundo Rhetoricæ, ca. xxiiij. Diuitijs autem qui assenti patientes aliquid à possessione diuitiarū, tanq̄ enim habētes omnia bona sic disponuntur. Amplius ad idem, quoniā succedentibus in principatu ex genere, magis obedit subiecta multitudo propter assumptam præcessoribus obediendi consuetudinē. Vnde, ij. philosophiæ primæ, finali cap. Ut consueuimus ita dignamur. Et secundo Politicæ, cap. quinto circa finem. Non tantū proderit qui mutauerit quantum nocebit, principibus rebellare assuescens. Cū alijs quæ de consuetudine dicentur xyij. huius, parte sexta.

Adhuc etiam ad quæsitum, quoniā genus aliquod tale uel tantum beneficium reliquæ multitudini contulisse contingit, aut in tantum reliquos ciues uirtute præcellere, uel propter utrunque, ut semper principari, nunquam uero sit subijci dignum. Vnde tertio Politicæ suæ, capitulo octauo inquit Aristoteles. Quarta autem species monarchiæ regalis, quæ secundum heroica tempora uoluntariæ & patriæ factæ secundum legem, quia primi fuerunt benefactores multitudinis secundum artes aut bellum, aut quia collegerunt, aut emerunt regionem, facti fuerunt reges uoluntariorum, & successiue sumentibus patriæ, quod etiam expresse magis inducens eiusdem nono inquit. Cum igitur sit genus totum, uel aliorum unum acciderit esse differentem secundum uirtutem tantum, ut excedat quæ illius, eam quæ aliorum omnium, tunc iustum est genus

hoc esse regale, & dominans omnium & regem unum hunc. Sic etiā  
 » quinto politicæ, cap. v. repetens idem, ait. Regnū quidem enim ad  
 » auxilium quod à populo epieikeis factū est, & instituitur rex Epie  
 » korum, quæ secundū excessum uirtutis uel actionū quæ à uirtute,  
 » uel secundum excessum talis generis. Amplius per successionē  
 » melior princeps habetur, eo quod tales ad uirtutem amplius incli-  
 » nantur, quoniam ex strenuis parentibus prodeunt magis. Vnde  
 Theodectus  
 poeta. Aristoteles secundo politicæ suæ, poetæ cuiusdam Theodecti in-  
 » ducens ex egloga sermonem, inquit. Ex ambabus diuinis progeni-  
 » toribus radicibus, quis utiq; dignificauit adducere seruum? parum  
 » infra subiungens. Dignificant enim quemadmodū ex homine ho-  
 » minem, & ex bestijs fieri bestiam, sic & ex bonis bonum. Et rursus,  
 » quoniam talis plerunq; meliori consuetudine ductus est. unde Ari-  
 » stoteles primo Rhetoricę suæ, ca. xij. Verisimile enim ex bonis bo-  
 » num, & sic nutritum talem esse. Rursus ad primum quæsitum,  
 » quoniam principatus succedentis ex genere, nō eas patitur difficul-  
 » tates, quas semper uicissim nuper electus. In hoc enim nouiter ele-  
 » cto uidelicet, accidit difficultas habēdi studiosos electores, quos ad  
 » bonā electionem habere necesse est, atq; difficile. Amplius & quo-  
 » niam adiuuentos non discrepare inuicem difficile. Sicq; discrepan-  
 » tes, dubium est in seditionem uniuersam deducere politiam. Quē-  
 » admodū monstrat experientia in electione noua principis Roma-  
 » norū. Adhuc etiā, quoniā humanæ mētes in malū plerunq; sunt, p-  
 » næ, propter quod amore uel odio, prece uel precio, aut alterius cō-  
 » modi uel difficultatis spe non semper ab electoribus melior princi-  
 » pans, sed fortasse rarius assumetur. Amplius ad primum quæsi-  
 » tum, quoniam monarchę succedentis ex genere facilius est morem  
 » cognoscere per ciues & consules, quoniam unicus & determinatus  
 » est, quàm nouiter eligendi, qui determinatus non est. Plurimi nāq;  
 » sunt ciues, quos per electionem possibile est ad principatū assumi.  
 » Facilius autem esse unici morem nosse quàm plurium. Principis ue-  
 » ro, cui per consilium aliquid suaderi oportet, ipsumq; dirigere quā-  
 » tumcūq; prudentem, expedit morem agnoscere. Vnde primo Rhe-  
 » toricæ, cap. undecimo. Morem enim uniuscuiusq; maxime persua-  
 » suum. Rursus quoniam monarcham per successionem assume-  
 » re, subditorū ambitionem, temeritatē, seu præsumptionem, atq; se-  
 » ditionis concitationem uidetur auferre. Scientes nancq; sibi nunq;  
 » principatum deberi, neq; ad illū rationabiliter peruenire se posse,  
 » nequaq; ad illud anhelant subditi, nec propter illum obtinendum  
 » quicquam machinantur sinistrum, quæ tamen satagunt ad ipsum  
 ratio

rationabiliter peruenire potentes atq; credentes, quemadmodum contingit quibus semper monarcha nouus uicissim eligitur. Vnde Tullius de officijs, libro primo. Molestum est quod in maximis animis, splēdidisq; ingenijs plerunq; existunt honoris, imperij, potentiaē, & gloriaē cupiditates. Dignificantes enim hi seiplos principatu propter aliquod uel aliqua bonorū excellentiū, procurant eligentium sibi uota, prece uel precio, aut altero quouis illicito modo.

*Ambitiosi, in  
rep. molesti.*

Amplius quoniam electus monarcha, non transmittens principatum in posteros, inuidebit iustificare potētes, q̄uis legem transgressos, & præsertim occidendo uel aliter in corpus plectendo, formidans ipse, pprijs hæredibus, fortassis nō principaturis inde odia uel graues inimicitias & iniurias prouenire. Hæc autem non habet dubitare monarcha succedens ex genere, propter quod secure atq; cōplete in qualescunq; legū transgressores iustitiam exercebit.

Rursum quo plures & in pluribus regionibus ac populis & plurimum tempore, perfectior est modus assumendi monarchā, quoniā qui magis naturalis, magis perfectus, magis naturale aut quod in pluribus est. Natura nanq; rerū est, quæ in pluribus & plurimo tempore inest, ut in tertio cæli & mundi, & .ij. physicae etiā scriptū est, ex inductione palām. Sic autem habet modus per generis successionem, assumendi monarchā ad eum aliqui per nouā semper electionē futurū assumere, ut in pluralitate monarcharū, regionū & populorū, monstrat inductio, & in temporū descripta per historiographos gesta declarant. Demū uero quoniā principatus monarchæ successoris ex genere amplius similis est regimini seu principatui uniuersi, cum in uniuerso semper unicus intransmutabiliter extet, ut in secundo philosophiæ, cap. finali. Vnus ergo princeps propter entia non uelle male disponi. Sic autem ubi filius in principatu succedit parenti, euenire uidetur ppter generis unitatem. Et quoniā pater filio eadē quasi persona censetur. Ex determinatis autem à nobis xiiij. huius, Suppositionem accipientes, oportere futurū monarchā quemlibet prudentem & bonū esse secundū moralem uirtutem, præcipue iustitiam, quasi excellenter ad reliquos ciues. Amplius & cum his suscipientes, quæ de diuersitate inclinationū & dispositionū in gentibus & regionibus ad regiminū diuersitatē diximus nono huius parte, x. Credendū opinor, melius esse simpliciter reipub. ppter civilis uitæ sufficientiā, monarchā quēcunq; futurū per nouā electionem statuere, q̄ ipm per generis successionē assumere, Quoniā secundū hunc quē potiore diximus modum instituēdi monarchā, semper aut raro deficiens erit sumere monarcham, haberi tunc possibilem opti

Bonus princeps  
 ciuibus maxi-  
 mum bonum.

optimū, uel saltem sufficientem siue perfectum. Ab electione nanque legis latoris humani quasi semper, raro deficiens, intenditur & perficitur cōmune cōferens ciuiū, quemadmodū ostensum est xij. huius, quorū quasi maximum est monarcha sufficiens, ut docet experientia, & ratione deductū est xiiij. huius. Talem autē sic certitudinaliter dare non potest natalis, & plerunq; fortuita successio, ut per singula regna sic monarcham sulcipiētia, ex inductione palām.

Amplius quoniam id bonum omne, quod in monarcha simpliciter requisitum, dat generis siue natalis successio, noua quasi semper exhibebit electio, quāuis econuerso nō tamen. Eundem enim hāredem & successorē monarchę prioris, potest ciuile multitudō per electionem assumere, si fuerit studiosus & prudens, qui si non sic dispositus extiterit, studiosum & prudentem aliū noua dabit electio, qualem tamē successio generis dare nō potuit. Rursum propter futuri monarchę nouam electionem redditur præsens amplius diligens ad cōmunem personarum & rerum ciuilem custodiam. Propter uirtutem siquidem primum, quoniam ex electione hunc talem supponimus, deinde uero metu correptionis per futurū monarchā: Et rursum, ut mereatur ipse pro successoribus electionem futuram: Quos etiam propterea disciplinatos & studiosos effici magis curabit, ipsiq; hoc attendentes ad uirtutes & ipsorū opera intendent ampliori conatu. Vnde uerisimile, parenti similes effectos uirtute ac propter illius meritū, & eidem ex consuetudine obedientiam prestatam per electionem nouam, quādiu tales successerint, ad principatū assumi. Est autem, quā diximus in hoc, sentētia philosophi, primo ij. ij. & vij. politicę capitulis, nono & viij. ij. & ix. atq; xij. Contraria uero his soluere tentantes, ad primū inducebatur, monarchā per generis successionem assumptū, magis curaturū cōmune conferens siue rem publicā quasi propriā & hāreditariam illi: Dicendū id amplius facturū monarcham ex electione noua semper assumptum, quoniam hūc constat sepius esse prudentem & bonū ut inductione palām. Quem enim studiosum producit successio, assumere semper potest electio, quāuis econuerso nō tamen. Hic autem agens secundum suam monasticam & ciuilem uirtutem, propter optimū in hoc seculo uirtutis opus scilicet, ac propter extrinsecum consequenter honorem & famam, sibi & suę memorię atque posteritati quærendam, æque aut amplius curabit rem publicam siue communem, monarcha succedente per genus, qui prænoscens posteritatem successuram in principatu, si non studiosus extiterit, plerunq; talia nō attēdit, & sui correptionem, si deliquerit, minus formidat.

Et

Et quod addebat monarcham per generis successionem, futurū despotizare minus, eo qui per nouā electionem uicissim assumitur, negandum utiq;. Despotia nanq; debēti politice principari, ab im prudentia, malitia, uel utroq; contingit, Et his adijce, præsertim cū quis sperat impune malum agere posse. Nunc autem ex noua sumptus electione monarcha, ut plurimum prudentior & melior est, eo qui per generis successionem assumitur propter quod amplius obseruabit seipsum à malo propter uirtutem: Rursum & quoniā id minus impune facere potest, & facilius corrigi, eò cuius est in principatu determinare successura posteritas. Quod autē de nouiter dictatis exemplū adducitur, nihil ad rationē hanc obuiare uidetur. Quoniam id de fastu seu aliorū contemptu patiuntur dictati nouiter, ignorantēs & more peruersi, adueniente illis instrumēto, diuinæ scilicet copia, per quod opus secundū ipsorum malitiam explere possunt, quibus diuitiæ secundū ipsarum naturam ad bonū & uitæ sufficientiam huius seculi determinatæ sint amplius, quàm ad horū opposita, ut palam ex primo politicæ, cap. vi. vii. & viij. sic etiā & principatus. Vnde aduenientibus his uiris prudētibus & studiosis, quales sæpius noua dabit electio, quàm natalis successio, nō eueniret hinc despotia uel fastus, sed opera laudabilia, in quæ nō potuit exire studiosus, dum talibus caruit instrumentis. Accidit autem sic opponētibus cōcedere, à primo electo, quanq; cum illius successione subiectam multitudinem pati despotiam. Ipse enim quoniam electus nouiter à progenitoribus non habuit principatum, ideòq; secundum disputantis rationem, patietur ipse de fastu & subditorum contemptu, propter nouæ rei aduentum, quod nouiter patiuntur dictati. Eius tamen oppositum secundū ueritatem dicere conuenit aduersantem, quoniam propter huius electi primi excellentem uirtutem aut beneficium, impensum ad reliquam multitudinē, successoribus posteris tanq; propter ipsum studiosis conceditur principatus, unde studiosus ipse magis. Semper enim iuxta sapientis gentilis oraculū, Propter quod unūquodq; est & illud magis. Id uero quod de obedientia subiectæ multitudinis inducebatur, quanq; inter cætera singulariter attendendum nō urget concedere, futurum monarcham nouiter electum semper minus esse præstantem, eo qui per generis successionem assumitur. Quāuis enim ex consuetudine cōfirmetur obedientia, uidemus tamē ex nouitate maiorem admirationem & reuerentiam, præsertim cum ex electione noua fuerit princeps assumptus ex alia regione siue prouincia, Rursumq; quoniam obedientiæ consuetudo simpliciter attenditur in comparatione ad leges &

*Monarcha re-  
cēs electus, pri-  
dentior non ele-  
cto.*

& principatum, ad personam uero principantem secundum quid. Vnde uidemus semper omnes animo & opere reuereri principatū & leges, quibus animo quandoque propter insufficientiā, personam principantē cōtemnant, econuerso non tamen, propter quod cum ubiq; quasi subiecta multitudo assueta sit legibus & principatibus obedire: non tantum nocet personæ principātis mutatio secundū genus, quantum prodest ex electione noua sufficiētia eius, ex cuius reuerentia propter uirtutem ad principatum & leges obediētia crescit. Signum autem sufficere obedientiam, quæ ad principatū & leges, est quod in ecclesiastica iconomia de Romano papa uidemus. Ipsi nanq; subiecta multitudo quasi semper obedientiam debitam, & amplius debita præstat. Cuius quidē causam assignabimus primo. ij. parte. i. Ex qua siquidem abundanti obedientia, principantem despotizare quandoq; contingit, propter speratam impunitatem, quemadmodū iam quibusdam dictorū episcoporū euenisse uidemus. Et quod dixit Arist. ij. politicę. Non tantū proderit qui mutauerit, &c. Intentionē habet in his, qui ex occasione qualibet, quāuis leui, mutare quærunt legem aut principem. Ad uerbum Arist. tertio politicæ, cap. ix. Quod genus aliquod tam excellens uirtute aut beneficio ad reliquam multitudinem reperire cōtingit, ut idem dignum sit principari, non subijci. Esto id aliquo tempore fortasse etiam alicubi uerum esse, quibus nō plerunq; ubique hoc reperire cōtingat. Vnde Arist. ij. Rhetoricæ. xxiiij. ca. Generosum autem fuit secundū degenerasse à natura. Quod quidem ut in pluribus nō accidit nobilibus, sed sunt multi leuis ualoris, Fertilitas enim quædam est in generibus uirorū, quemadmodū in his quæ per regiones fiūt, & aliquando si sit bonum genus, fiunt per quoddam tempus uiri superflui, id est excessiui uirtute, & demum iterū suspenduntur, id est deficient. Degenerant quoq; quidam bene nato genere in infaniores mores, uelut ab Albiado, & qui à Dionysio priore, id est qui descendunt ab his uiris Albiado & Dionysio priore, quibus illustribus, degenerauerūt: propterea dicēdū, quod ex hoc solo genere quādiu suæ nobilitatis durabit fertilitas, & legis latori uideatur expediens, conuenienter ordinari seu statui potest per electionem: assumi monarcham uicissim tamen nouum, quandocunq; defecerit prior, ut ex eodem genere melior habeatur. Non enim cōstat, quales monarchæ futuri sint nati, & præsertim primus eorū, quē ubiq; quasi suscipientes ex successione monarcham ad principatum assumere semper solent. Amplius quoniā & si tale genus illustriū uirorū quādoque repertum sit in aliquibus prouincijs, & circa ipsarum originem

*Despotizare  
hoc est dominū  
exercere.*



nem propter esse paucitatem prudentum studiosorū, eligentium & eligendorum, nō tamen id semper uidemus, quinimō perducta cōmunitate ad complementum ultimum, ut ea quæ Romanorū appareret principaturū quemcūq; ad principatū per nouam electionem assumi debere, tanquam per regulā certiorē & perfectiorem. Quis enim principatus qui per generis successionem assumitur, quibusdam regionibus etiam si pluribus conuenire uideatur, non tamen hæc species institutionis propterea perfectior est, ea quæ nouæ uicissim electionis. Sicut neq; fabrilis habitus, quis in pluribus reperitur regionibus aut suppositis, perfectior est medicinali. Ea uero ppositione concessa, quod magis ad uirtutem inclinatur frequenter & meliori consuetudine ducitur, qui ex strenuis parentibus traxit originem: Dicendum quod his amplius in dispositione assumendi monarchæ dare potest electio noua successionem natali, quoniam non solum inclinatum ad prudentiam & uirtutem, qualem dat natalis successio, uerum etiam iam perfectum & actualiter operantē secundum uirtutem, talem aut præstantius est ad principatum assumere, qualē in posse aut agere secundū actū nō sit, frequenter exhibet, quæ per genus successio. Quod aut aduersum nouitatē electionis induximus inter cetera singularius formidandū atq; cauendū, difficultas scilicet, qua patitur à studiosorū carentia, per quos solummodo debet electio fieri, & hoc amplius ipsorum discrepantia, propter quā politiæ seu ciuilitati periculū schismatis imminet. Rursumq; horum affectio sinistra, propter quā quomodocūq; susceptam, concorditer possunt ipsi uel ipsorū pars ualentior prauum eligere principantem. Dicendū utiq; quod ea electio per quam principans cum omni sua posteritate seu successionem ad principatū assumitur, primam iam dictarum difficultatum, iterata electione cuiuslibet monarchæ futuri patitur amplius. Eo quod circa politiarū originem, minor est prudentum pluralitas. Ex quorū siquidem debilitate, contingens error in eligendo, multum lædet politiam quoniā diuturnius. Quæ uero schismatis adducitur dubitatio, quis super omnes instantias attendenda, non urget electionem nouam futuri monarchæ, minus præstantem ea, quæ unica cum omni posteritate principaturum assumit. Quoniā electio semper fit propter cōmune conferens, quod plerunq; quasi semper etiam uult & perficit legislator humanus, ut demonstratū est xij. huius. Ad quem etiam huius electionis autoritas pertinet, quemadmodū certificatum est xij. huius, & cap. præcedenti. Esto rursus cum disputante ad solos & studiosos electionem hanc pertinere. Non est uerisimile neq; ue-

*Nihil ob id perfectius dici debet, quod crebrius fiat.*

*Rari prudentes.*

*Prudentes non  
facile corrūpi.*

rum in pluribus eos adinuicem discrepare, quoniam prudētes neq̄  
 corrumpi secundum affectum, quoniā studiosi, quæ tertia superex-  
 titit difficultas inducta. Id autem exemplum, quod de imperio Ro-  
 manorum induximus ex difficultate, quam patitur propter electio-  
 nem nouam semper fieri de quolibet futuro monarcha: Dicēdum  
 difficultatem hanc ab electione tanq̄ per se causa minime proueni-  
 re. Sed prouenit per se difficultas hæc ex quorundam malitia, igno-  
 rantia, uel utroq̄, impediētium electionem atq̄ processum princi-  
 pantis prædicti, de quibus quidem pertranseundum hic, quoniam  
 de ipsis & eorum actionibus, quibusq̄ modis id hætenus fecerint  
 & faciāt, ac facturi sint, & ppter quas causas xix. huius. xxiiij. xxiiij.  
 xxv. & xxvi. secundæ seriose dicitur. Quæ uero fuit obiectio,  
 quoniam facilius & certius bene consulēdo dirigitur monarcha suc-  
 cedēs ex genere, quàm noua semper electione uicissim assumptus,  
 phantasia modicā habet, non enim si peruersi moris esset monar-  
 cha, debent illi per consiliarios suaderi, quæ secūdum suum morem  
 sunt, uel appetit, sed opposita magis. Verū monarcha supposito,  
 qualem expedire in suppositionibus & ueris, pbationibus diximus,  
 quæ ad politiā seu cōmune conferens sunt, debent prudentes & stu-  
 diosi, quales nobiscū supponit disputans futuros principantis con-  
 siliarios, illi simpliciter suadere. Quinimō dicitur, expediēs fortasse  
 magis, ipsos ignorare morem illius, ne ad ipsius illicitū placitū, pro-  
 pter eius gratiam aut fauorem sibi quærendū, sed uerum & cōmu-  
 ne conferens consulant. Hoc aut̄ sufficienter norunt, habentes poli-  
 ticam prudentiam, propter quod non refert ad hoc monarchę mos  
 qualiscunq̄ fuerit, debet enim illi semper ad politiam magis expe-  
 diens suaderi. Amplius, esto, notitiam dispositionū monarchæ ali-  
 quid consiliarijs conferre, propter ipsum certius posse dirigere: Di-  
 cendum tamen, non tantū quantū per certitudinē quasi semper stu-  
 diosum & prudentem habere monarchā, cuius siquidē etiā per cō-  
 siliium dirigendi morem attendendū per se, hoc ipso sufficienter cō-  
 siliarius quilibet prudens cognoscere potest. Talem autem certius  
 exhibet noua semper electio q̄ natalis successio, ut persæpe dixi-  
 mus. Vnde etiā attendendū, quod succedenti monarchę per genus  
 quandoq̄ peruerso, magis obtemperant assistentes seu consiliarij,  
 minusq̄ increpare audēt, aut illius correptionem tentare, propter  
 futurā principari posteritatem ipsius. Et quod inquit Arist. primo  
 rhetoricæ. Morem uniuscuiusq̄ maxime persuasiuū ad unūquēq̄,  
 potest concedi tanq̄ uerū. Vt quod quisq̄ secundū morem seu in-  
 clinationem suā desiderat, uehementius & facilius persuadenti cre-  
 dit

*Que principi  
ab alijs consu-  
lenda.*

dit id. Quod si tamen peruersum appetat, ut diximus, debet hoc illi minime suaderi. Adhuc, quod nec prætereundū silentio, & euenire uidemus per sæpe, monarchā, si non studiosus extiterit, peruersorū magis q̄ studiosorū plerūq̄ sequi cōsilia, propter quod t̄psum, quoniam certius studiosum, per electionem nouam sumendum.

*Princeps malorum frequētius cōsilia sequitur*

Et quod inducitur ex succedente per genus monarcha, ciuiū ambitionem, temeritatem, seu præsumptionem, & ambitionem principatus indebitā magis auferri. Dicendū quod non solū indebitū illis aufertur, uerū etiam quod secundū rationem debetur, unde illis seditionis mouendæ datur occasio. Attendentes enim ciuiū pluri mi super se monarchizare frequenter minus dignos secundū uirtutem, & semper principatu priuari, aut nō intantū uacāt uirtutibus, quibus principari sint digni, aut uacantes continuo, tamen priuari sibi quandoq̄ debito principatu, iuste seditionem mouebunt: quā siquidem minime tentabunt mouere, sperātes ad principatū posse per electionem assumi tempore debito. Amplius, quoniā prudētes & studiosi nō absq̄ iniuriā graui seditionē mouere tentabūt. Hanc aut non illis inferet legis lator, aut principās studiosus, qualē semper quasi futurū diximus, qui per nouā electionem assumitur. Plurimum enim studiosus principans & legis lator intendūt quod iustum, ut in xiij. & xiiij. huius. Quod autem dixit disputans, ambitionem aut præsumptionem fore ciuibus appetere principatū, non recte dixit, quoniam studioso & sic bene merito appetere principatum debito tempore, non est ambitio, superbia, neque præsumptio, sed magnanimitatis atq̄ uirtutis politicæ opus appetere. Propter quod Aristoteles quarto Ethicorū testatur, Magnanimum non inconueniēter aut præter uirtutē appetere magnos honores. Quod autem dixit Tullius de officijs libro primo, Molestum esse quod in maximis animis, &c. si uerū dixerit, ueritatē habet, dū talia desiderantur indebite, in quanto uel quali aut reliquis modis præter rationis normam & regulam. Quod aut post hæc inducebatur, quod non transmittens principatū ad hæredes monarcha, inuidebit iustificare aut punire potentes, personaliter saltem, & extremo supplicio, propter timere ipsorum maleuolentias ad proprios natos. Dicendum non timere propter animo fortem esse talem electum. Et quoniam iustificati potentes, si secundum legem & ipsorū demerito passi fuerint, aut odium non concipient ad monarcham & natos illius, aut debile, non quærentes uindictam. Norunt etenim ipsi iustitiam fieri oportere per illum uel alium principantem. Qui si tamen id cum appetitu uindictæ conceperint, propter ipsorum igno-

*Prudentes non absq̄ graui iniuriā seditionē mouent.*

*Magnanimum appetere magnos honores.*

rantiam, malitiam, aut utrunq; ad uindictam non audebunt prorumpere metu legis latoris & reliqui principantis, à quo uelut à prædecessore, rursus puniri uerisimiliter dubitabunt. Ei uero litigio sæ rationi, quoniã in pluribus regionibus & in plurimo tempore, cū successione generis monarchæ per electionē uidetur assumi: Dicendum, fortasse nō sic secundū ueritatē habere, secundū temporis plurimum. Esto tamen sic esse, quemadmodū disputans sumit. Quod autē annectit, principatū hunc eo naturaliorē atq; perfectiorē, negandum. Et cū inducit Aristotelis testimoniū ex libro tertio celi & mundi, ac ij. physicæ, quoniã natura rei uidetur quæ pluribus & plurimo tempore inest. Dicendū utiq; uerum esse, quod naturalius sic ens q̄ eius priuatio uel orbatio, non tamen naturalius quocūq; alio sibi specie diuerso, sic enim faber perfectior esset primo philosofo, & fabrilis prima philosophia uel alia speculatiua quacūq;, qd̄ tamen, ut pridem diximus, neq; necessariū est, neq; uerū. Nunc autē electa semper nouiter monarchia, non est priuatio succedētis ex genere, nec econuerso, sed species inuicē desperatę, simul in eodem incompossibiles respectu eiusdē multitudinis seu cōmunitatis perfectæ. Sunt autē & alia fortasse peccata orationis prædictæ, quæ consideranti reliquimus, & assignare omisimus propter abbreviationē sermonis. Ad eam uero qua omniū nouissime astruebatur, monarcham electum cū omni posteritate præstantiorem, propter eius similitudinē unitatis ad principem uniuersi. Dicendū, nō tantū attendendum huius ueritatis similitudinem, q̄uis æqui uocam quasi quantum secundū animam, seu animæ habitū, est attendenda perfectionis cōformitas. Est enim hæc præcipua causa propter quam debet quis ad principatum assumi, non similitudo generis, secundū quam solum attenditur unitas corporalis dispositionis per se, non autem habitus animæ, propter quem per se alicui principatus debetur. Secundum hanc autem perfectionis unitatem siue similitudinem amplius & sæpius suo præcessori & studioso monarchæ ac enti primo seu principi uniuersitatis entium conformatur electus monarcha singulariter, secundum seipsum quilibet, quàm successor ex genere solo & propter alterius electionē, ut palàm ex prioribus dictis. Apparebunt autem & apparent fortasse utrinq; quàm plures instantiæ, melius & deterius in singulis ad politiam considerare uolenti, quas tamen magis attendendas aduertimus, in prædictis induximus. De perfectissimo itaque modo instituendi monarcham, sic pertransiisse sufficiat.

## VICVM IIII. PRIMA DICTIO SEV PARS.

DE NUMERALI VNITATE SVPREMI PRINCIPATVS CI-  
uitatis aut regni, & ipsius necessitate, unde etiam apparet  
unitas numeralis ciuitatis aut regni, & numeralis uni-  
tas singularum partium primarum, siue officio-  
rum ciuitatis aut regni. Cap. XVII.



Is autem habitum erit dicere de principātis seu prin-  
cipatus unitate, ad quam siquidem ingredientibus, di-  
camus, Quod in ciuitate unica seu regno unico, esse  
oportet unicum tantummodo principatū, aut si plu-  
res numero uel specie, sicut in magnis ciuitatibus ex-  
pedire uidetur, & maxime in regno sumpto secundū primam signi-  
ficationem, oportet inter ipsos unicum numero esse supremū om-  
nium, ad quem & per quem reliqui reducantur & regulentur, & cō-  
tingentes in ipsis errores, per ipsum etiam corrigantur. Hunc au-  
tem solummodo principatum, supremū scilicet, dico unum nume-  
ro ex necessitate fore, non plures, si debeat regnum aut ciuitas be-  
ne disponi. Idemq; dico de principante secundū illum, non quidem  
unicum numero principantem secundum suppositum humanę spe-  
ciei, sed secundum officium. Est enim principatus aliquis unicus nu-  
mero supremus & bene temperatus, secundum quem principantur  
plures homines uno, ut aristocratia & politia, de quibus diximus  
octauo huius. Verū hi plures sunt unus principatus numero quan-  
tum ad officium, propter numeralem unitatem cuiuscunq; actionis  
prouenientis ab eis, iudicij, seu sententię, uel præcepti, nulla enim  
talium actionum prouenire potest ab ipsorum aliquo seorsum, sed  
ex cōmuni decreto atq; consensu eorū, aut ualentioris partis secun-  
dum statutas leges in his. Et ppter talem actionis numeralem uni-  
tatem sic prouenientis, est & dicitur principatus numero unus, siue  
unico regatur homine siue pluribus. Talis uero unitas actionū nō  
requiritur in aliquo uno reliquorum officiorū seu partium ciuitatis,  
possunt enim & debent in unoquoq; ipsorum plures actiones con-  
similes, aut diuersę specie, à diuersis in eis suppositis prouenire seor-  
sum. Quinimō talis unitas actionis in eis esset cōmunitati & singu-  
lis, importabilis & nociua. Sicitaq; intellecta unitate numerali  
principatus aut principantis, conuincere uolumus, aut unicum nu-  
mero tantummodo principatum uel principantem esse in ciuitate  
uel regno, aut si plures, supremum omnium esse unicum tantū nu-  
mero, non plures. Hoc autem sic primum monstrabimus, quoniam  
si principatus essent plures in ciuitate uel regno, & non reducti seu

*Sit unus prin-  
ceps.*

ordinati sub aliquo uno supremo, deficeret iudicium, præceptum, & executio conferentium & iustorum. Et ex his propter inuindictas iniurias hominum, pugna, separatio, & corruptio demum ciuitatis aut regni. Consequens autem istud est inconueniens maxime fugiendum, cuius quidem ad antecedens datum, pluralitatem scilicet principatum, consequentia potest euidenter ostendi. Primum quidem, quoniã legum transgressores iustificari rationabiliter nequeunt nisi uocati coram principante ad quæstorum seu ipsis obiectorum examinationem. Sed principatum supposita pluralitate, nõ reducta in supremum aliquem unum, quomodo dicit ipsam disputans, nemo uocatus coram principante sufficienter poterit comparere. Esto namq; sicut frequenter euenit, quod propter legis transgressionem aliquam, uocetur aliquis respondere à pluribus principatibus, non subinuicem ordinatis, & pro eodem tempore, quoniã eadem ratione tenetur & potest unus principatum uocare seu citare reum qua reliquus. Et qua etiam ratione uocatus tenetur coram uno principatum respondere, ne contumax habeatur. Eadem ratione coram alio uel alijs, si duobus fuerint ampliores, aut igitur coram omnibus simul apparebit, aut coram nullo ipsorum, uel coram quodam quidam sic, coram alio uel alijs minime. Coram omnibus autem simul & eodem tempore non, quoniam hoc est impossibiliũ natura & arte. Idem enim corpus non potest simul esse in diuersis locis aut pluribus simul loqui uel respondere, diuersa fortasse interrogantibus simul. Amplius esto quàm uis impossibile uocatum coram pluribus principatibus cõparere, simulq; diuersa tacere uel respondere, ab uno tamen fortasse principatum de eodem crimine damnabitur, ab alio fortasse absoluetur, uel si ab utroq; damnetur, non æqualiter ab utroq; propter quod emendare tenebitur & nõ tenebitur, aut si tenebitur, hoc erit in tãto, & ampliori uel panciori, & sic in tanto & non in tanto. Vnde uel simul cõtradictoria faciet, aut nihil emendabit. Eadem enim ratione unius principatus & alterius, debet obseruare præceptũ. Coram uno principatum comparare magis quàm coram reliquo uel reliquis, non habet aliquam rationem. Quod si tamen appareat coram uno, reliquis spretis. Et ab illo fortassis absoluetur à culpa & poena ciuili, à reliquis tamen damnabitur propter contumaciã. Sic igitur uocatus seu citatus, nec coram omnibus apparebit simul, nec coram quodã quidem sic, coram quodam quidem non, conuenienter poterit apparere. Relinquitur ergo, ut coram nullo principatu uocatus seu citatus debeat comparere, non igitur iustificari poterit. Est quidem igitur impossibilis ci-

uitati uel regno pluralitas talium principatum non subordinato-  
rum inuicem, si debeat conseruari ciuile iustum & conferens.

Amplius talium principatum pluralitate supposita, omnis cō-  
munis utilitas turbaretur, cum enim principes frequenter præ-  
cipere debeant, ciuium præcipue uacantium congregationem, pro-  
pter communia conferentia inquirenda & determinanda, uel pro-  
pter incommoda & emergentia pericula declinanda, ut uolenti-  
um intrinsecus aut extrinsecus opprimere libertatem communem.  
Qua quidem enim ratione conuenire tenentur ciues seu subditi uo-  
cati ad mandatum, ad locum & horam unius talium principatum,  
eadem propter mandatum ad locum & horam alterius, cuiusq; ho-  
ra eadem, loca uero possunt esse diuersa, Et rursum quod uolet u-  
nus principatum proponere, diuersum forte ab hoc uolet alter,  
cum tamen in locis diuersis esse simul, nec simul diuersa intendere,  
possibile uideatur.

Rursum contigeret ex hoc ciuium seu subditorum sectio, & op-  
positio, pugna, & separatio, demumq; ciuitatis corruptio, uolenti-  
bus quibusdam ipsorum uni principatum obedire, quibusdam ue-  
ro alteri. Inter principatus quoque inuicem, propter uelle super-  
gredi quemcunque ipsorum ad alterum. Adhuc principatum ad  
ciues uel subditos sibi recusantes subesse. Et amplius principati-  
bus dissidentibus, aut inuicem contendentibus, & iudice superiori  
carentibus, orirentur scandala supradicta.

Rursum supposita pluralitate hac, erit aliquid maximorum se-  
cundum rationem & artem, otiosum atque superfluum, nam per  
unicum principatum, aut supremum unicum, perfecte haberi po-  
test quicquid ciuilis utilitatis haberetur ex pluribus, absque nocu-  
mentis consequentibus pluralitatem ipsorum.

Amplius horum sic supposita pluralitate, nullum regnū aut ciui-  
tas erit una. Hæc enim unum sunt & dicuntur, propter unitatem  
principatus, ad quem & propter quem reliquæ partes ciuitatis or-  
dinantur omnes, ut etiam apparebit ex his quæ continuo dicturi  
sumus. Rursumq; nullus erit ordo partium ciuitatis aut regni, cum  
ad nullam primam ordinentur, eo quod nulli subijci teneantur, ut  
liquido apparuit ex prioribus & supradictis rationibus, eritq; ipsa-  
rum atque totius ciuitatis confusio, Eliget enim sibi quod quisque  
uolet officium, unum aut plura, nullo regulante nec talia seperate.  
Tot quoque sequerentur ad hoc conuenientia, ut ea non facile aut  
non possibile sit dinumerare.

Adhuc sicut in cōposito animali primū p̄cipiēs & mouēs ip̄m mo

*Plures principes uni ciuitati perniciosi.*

tu, qui secundū locum est unū, ut in eo libro qui de motibus animalium apparet, quoniam pluribus existentibus his principijs & contraria uel diuersa simul præcipientibus, necesse foret animal aut in contraria ferri, uel omnimodo quiescere, & his carere, quæ per motum sibi necessaria quærentur & cōmoda. Sicq̃ in ciuitate conuenienter ordinata, quam animali bene formato secundum naturā proportionaliter habere diximus xy. huius. Ideoq̃ uelut in animali talium principiorum otiosa, quinimò nociua foret pluralitas eodem modo in ciuitate firmiter opinandū. Idem autem uidere est, intendere uolenti de primo alterante in animali, quemadmodum de mouente secundum locum, & in toto similiter ordine mouentiū & motorum. Hæc autem prætermittantur, quoniā ad naturale pertinet negotium magis, quantum autem sufficiens est, de ipsis diximus ad præsentem considerationem. Amplius, quoniā ars omnino alia qua quidem perficit, quæ natura nō potest operari, alia uero imitatur, ut in secundo physicæ scriptum est. In natura uero entium cū sit unicum numero primū principans nō plura, quoniam entia nō uolunt male disponi, sicut habitū est xij. philosophiæ primæ. Vnus ergo erit tantū numero primus principatus secundū rationē & artē hominū institutus. Cū dictis aut̃ rationibus est hoc uidere, uerū expediens & necessariū experiētia cunctis sensata. Quoniā in quo loco seu puincia uel hominū cōgregatione principatus, quomodo diximus, defecerit unitas: hæc impossibile uidetur bene disponi, quē admodum de Romanorum regno quasi omnibus euidenter apparet, & in procemialiter dictis aliquo qualiter monstrabatur.

Vtrum autem uniuersitati ciuilitate uiuentiū, & in orbe totali unico numero supremum omniū principatū habere conueniat, aut in diuersis mundi plagis locorū situ quasi necessario separatis, & præcipue in non cōmunicantibus sermone aut moribus, & consuetudine distantibus plurimum, diuersos tales principatus habere conueniat tempore quodam, ad hoc etiā forte monente causa cælesti, ne hominum superflua propagatio fiat, rationabilē habet perscrutationem, aliā tamen ab intētionē præsentē. Videretur enim fortasse alicui naturam per pugnas & epidimias hominum & reliquorū animalium moderasse propagationem, ut ad ipsorū educationē arida sufficiat, in quo maxime sustentarentur, dicentes generationē æternam. Ad propositā tamē nobis redeuntē intentionē, dicamus, ex his quæ dicta sunt iam aliquo qualiter apparere, quæ sit numeralis unitas ciuitatis aut regni, quoniam hæc unitas est ordinis, non simpliciter unitas, sed pluralitas aliquorum, quæ una dicitur, uel qui aliquid



quid unū dicuntur numero, non ppter hoc quod unū numero sint formaliter per aliquā formā, sed unū numero uere dicunt, ppterea quod ad unum numero dicuntur, scilicet principatum, ad quē & ppter quem ordinantur & gubernantur. Ciuitas enim aut regnū nō est unorum per formam aliquam unicam naturalē, ut compositio- nis aut cōmixtionis, quoniam eius partes seu officia, & harum par- tium supposita siue partes, sunt multa in actū & separata inuicē nu- mero formaliter, quoniam loco atq; subiecto. Vnde nec sunt unū per aliquid formaliter inherens unum, nec pertangēs unum, aut ea continens uelut murus. Roma nanque cum Maguntia & reliquis cōmunitatibus, sunt unum regnum seu imperium numero, nō aliter tamen nisi quia unaquæq; istarum ordinata est per uoluntatem ad unū numero principatum supremum. Quo etiam quasi modo mū- *Mundus unus*  
*numero.*  
 dus dicitur unus numero, non plures mundi, non quidem propter formam aliquā unicam numeralem formaliter uniuersis entibus in- herentem, sed propter numeralem unitatem primi entis, dicuntur omnia entia unus mundus, quoniam entium quodcunq; naturali- ter inclinatur, & pendet ab ente primo. Vnde prædicatio qua om- nia entia dicuntur unus mundus numero, non est formaliter alicuius unitatis numeralis in eis omnibus, neque alicuius uniuersalis di- cti secundum unum, sed est pluralitas quorūdam dicta unum, quia est ad unum & propter unum. Sic quoq; unius ciuitatis aut provin- ciæ homines, dicuntur una ciuitas aut regnum, quia uolunt unū nu- mero principatum. Nec tamen propter hoc sunt una pars numero ciuitatis quæ sunt unum regnum aut una ciuitas numero, quoniā & si hic uelint unum numero principatū, propter quod dicuntur ciui- tas aut regnū unum, quia tamen ad hoc unū numero per diuersam institutionem actiuā & passiuam referūtur, quæ non est aliud q̄ di- uersum præceptū, eis à principante traditū, per quod diuersum, ad diuersa officia statuuntur. Ex cuius siquidem etiā diuersitate præ- cepti formaliter sunt isti, partes & officia ciuitatis diuersa. Dicitur aut quodlibet officiorū etiam numero unū uel una pars ciuitatis nume- ro, nō obstante pluralitate numerali suppositorū in ipsis, nec quidē per unū numero inherēs, sed quoniā ad unū præceptū actiuū prin- cipantis secundū legalē determinationē referūtur. Ex his aut que dicta sunt in hoc capitulo nono xij. & xv. huius, cōcludi potest eui- denti demonstratione, nulli personæ singulari cuiuscunq; dignita- tis aut status existat, neq; collegio cuiquam cōuenire principatū seu *Corollarium.*  
 iurisdictionē aliquā ciuiulq; in hoc seculo coactiuā, nisi per legis lato- rem diuinū aut humanū immediate sibi tradita fuerit autoritas ista.

Qualis

Qualis quidem igitur esse debeat unitas principatus, adhuc autem quæ numeralis unitas ciuitatis aut regni, propter quid etiam dicatur, & sit numero unum horū, nunquodq; : amplius de numerali atque specifica unitate partium seu officiorū ciuitatis, ipsarumq; ordine, distinctione, ac inuicem separatione, dicta sunt tanta.

DE PRINCIPANTIS CORRECTIONE, ET PROPTER  
quam causam, qualiter, & à quibus, legem transgre  
diens debet arceri. Cap XVIII.



Dictum est autē à nobis in prioribus, correctiones aut totaliter mutationes principatum, ad legis latorem pertinere, quemadmodū institutiones ipsorū, de quibus merito dubitabit aliquis, utrum uidelicet principantes expediat corrigere per iudiciū & potentiam coactiuam. Et si expediat, utrum propter excessum qualemcūque, aut solum propter quosdā quidem sic, propter alios uero minime. Adhuc etiam cuius aut quorum in ipsos sit talia ferre iudicia, & iudiciorum executiones explere per potentiam coactiuam, cum in prioribus dictū sit ad solos principantes pertinere, ferre ciuiles sententias, legumq; transgressores per coactiuam arcere potentiam.

*Princeps quasi  
regula.*

Nōs autem dicamus, quod principans per suā actionem secundum legem & sibi datā auctoritatem, regula est atq; mensura cuiuslibet ciuilis actus, quemadmodum cor in animali, ut satis ostensum est xy. huius. Quod si principans aliam formam non reciperet præter legem, auctoritatem, & desiderium agendi secundū illam, nunquā minus debitam, aut corrigibilem seu mensurabilem ab aliquo faceret actionem. Et ideo tam ipse q̄ eius actio sic esset mensura cuiuslibet ciuilis actus aliorum à se, quod nequaquā ab alijs mensuratus, quemadmodū cor bene formatū in animali. Quod quidē, quoniā formā nō recipit, per quā inclinatur ad actionem cōtrariā actioni, quæ prouenire habet à uirtute sua & calore naturali, semper cōuenientem agit actionem naturaliter, contrariam uero minime, propter quod sic regulat & mēsurat per suam influentiā seu actionem reliquas partium animalis, quod ab ipsis nullatenus regulatur, nec ipsarum influentiam recipit aliquam. Verū quia principans homo existens, habet intellectum & appetitum, potentes recipere formas alias, ut falsam estimationē aut peruersum desiderium uel utrunque, secundū quas contingit ipsum agere contraria eorum, quæ lege determinata sunt, propterea secundū has actiōes redditur principans

*Princeps homo  
est, affectibus  
malis obnoxius.*

cipans

cipans mensurabilis ab aliquo habente autoritatē mensurandi seu regulandi secundū legē, ipsum aut eius actiones legem trāsgressas, alioquin despoticus fieret quilibet principatus, & ciuium uita seruilis & insufficiens. quod est inconueniens fugiendū, ut exterminatis à nobis apparuit quinto & xi. huius. Debet autem iudicium, præceptum, & executio cuiuscunq; correptionis principantis iuxta illius demeritum seu transgressionem fieri per legis latorem, uel per aliquem aut aliquos legis latoris autoritate statutos ad hoc, ut demonstratum est xij. & xv. huius. Conuenit etiā pro tempore aliquo, corrigendi principantis officium suspēdere ad illum maxime aut illos, qui de ipsius trāsgressione debuerint iudicare, ne propter tunc pluralitatem principatus cōtingeret in cōmunitate schisma, cōcitatio, & pugna: Et quoniam non corrigitur inquantū principans, sed tanquam subditus transgressor legis. Secundū hęc itaq; ingredientibus ad quæ sitas dubitationes dicamus, quod excessus principantis uel grauis est aut modicus, adhuc uel est de possibilibus euenire frequenter, aut raro tantummodo. Amplius uel est de lege determinatis aut nō. Si uero grauis fuerit principantis excessus ut in rempublicam, aut in insignem uel aliam quamcunq; personā, ex quo per correptionis omissionem, posset uerisimiliter scandalū, aut populi concitatio generari, siue sit euenientium in pluribus siue raro, corrigi debet propter ipsum principans. Ex ipso enim non uindicta possibilis esset in populo concitatio, & politię turbatio atq; solutio. Si quidem lege determinatus, secundum legem corrigendus, si uero non, secundum legis latoris sententiam, & lege debet determinari quantum possibile fuerit, ut ostensum est à nobis undecimo huius.

Quod si principantis excessus paruus fuerit, aut est de raro euenientibus & à principante raro commissus, aut est de possibilibus euenire frequenter, & per principantem sæpe commissus. Quod si à principante raro committatur aut committi possit, debet potius sub dissimulatione transiri quàm ex eo principās corrigi. Quod si ex quolibet excessu raro cōtingenti & paruo, corrigat principans, contemptibilis redditur, quod in cōmune nocumentum nō modicum redundans est, eo quod legi & principanti ex hoc ciues minus exhibent reuerentię atq; obedientię. Rursum, quoniam non lente principe pro modico quolibet correptionem subire propter id sibi ad paruipensionem reputare, poterit inde oriri scandalū graue, cum tamen tale aliquid non sit in cōmunitatibus refricandū, ex quo euidentis utilitas prouenire non potest, sed potius nocumentū.

Hęc autem fuit in hoc Aristotelis aperta sententia. ij. politię, cap.

*Quomodo principes puniendi.*

*Quæ mala proueniant, princeps non puniunt.*

*Parua errata principum.*

*Crebra mutatio principum, remp. ledit.*

*Princeps puniendus.*

cap. iij. cum dixit, Manifestū, quod sinendum quædam peccata legis latoribus & principibus. Nō enim tantum proderit qui mutaerit quantum nocebit, principibus rebellare assuescens. Intellexit autem ibidem per legis latorem latam legem, quam si obseruare consueuerint homines, dicit non esse mutandam propter modicū in ea corrigendum, sed sinendā, eo quod legum frequens mutatio robur ipsarum debilitat, consuetudinem scilicet obediendi atq; seruandi, quæ præcipiūt in ipsis. Vnde idem eodem libro & cap. Lex nullum robur habet ad persuaderi præter consuetudinem, ut uidelicet à subditis obseruetur maximū est consuetudo. In quo etiam consimile est de reuerentia & obedientia principātis. Si uero excessus principantis magnitudine modicus sit, possibilis euenire frequenter, lege determinandus est, & in eo sæpe delinquens principās per conuenientem pœnam debet arceri. Nam excessus huiusmodi quātumcunq; modicus sæpe cōmissus, notabiliter læderet politiam, sicuti & substantias, id est diuitias paruae expensæ consumunt, sæpe factæ. Totum enim & omnia, non paruū, sed componitur ex paruis, ut scriptū est quinto politicę, cap. iij. De correctione itaq; principaturi, & quibus ex causis, determinatū sit hoc modo.

DE CAUSIS FACTIVIS TRANQUILLITATIS ET INTRANQUILLITATIS CIUITATIS AUT REGNI, & ea quæ præter solitos modos singulariter regna conturbat, & de cōtinatione dictionis primæ ad secundam. Cap. XIX.



Eliquum autem & ultimū huius dictionis est, ex prioribus determinationibus inferre causas tranquillitatis & sui oppositi in ciuitate uel regno. Hoc enim fuit quæditorum principale, secūdam propositam nobis à principio intentionem. Et primū quidem ostendemus has causas in esse cōmuni, singularem ipsarum determinationem, quæ solito modo proueniunt ab Aristotele in quinto suæ politicæ, supponentes. His cōsequenter sermonem faciemus determinatum in specie de insolita causa discordiæ seu intranquillitatis ciuiliū regiminū, quam in dictis proœmialiter dudum turbasse diximus uexare atque turbare continuo magis Italicum regnum.

*Trāquille ciuitatis descriptio*

Resumere autem oportet propter hæc tranquillitatis & sui oppositi descriptiones iam dictas secundo huius. Erit enim tranquillitas bona dispositio ciuitatis aut regni, qua potest unaquæq; suarū partium facere opera cōuenientia sibi secūdam rationem & suam insti

institutionem. Ex qua quidem descriptione apparet ipsius natura, Cū enim dicitur bona dispositio, notatur ipsius intrinseca quidditas generalis. In eo uero quod per ipsam dicitur unaquęq; partium ciuitatis posse agere sibi opera cōueniētia, significatur eius finis, qui etiā ipsius propriā quidditatem seu differētiā intelligere facit: ipsa uero cū forma seu dispositio quādam sit ciuitatis aut regni, nec amplius una q̄ regnū & ciuitatem esse dixerimus xvij. huius, parte undecima & duodecima, non habet formalem causam, hoc enim proprium est compositorum, ipsius autem agentem causam facile comprehendere possumus ex dictis xv. huius, & alijs, quæ ipsam necessario consequentur in ciuitate uel regno, hæc nempe sunt ciuiū conuersatio mutua, & cōmunicatio ipsorum inuicem suorum operum, mutuūq; auxilium atque iuumentum, generaliterq; suorū operum & cōmunium exercendi ab extrinseco nō impedita potestas, participatio quoque cōmunium cōmodorum & hominum secundum conuenientem unicuiq; mensuram. Et cum his cætera cōmoda & desiderabilia expressa in oratione Cassiodori, quā posuimus initium huius libri. Quorum quidem omnium aut præcipuorum quorundam, contrariam intranquillitatem seu discordiam illi oppositam consequentur. Cū igitur actio debita principantis, sit omnium ciuiliū cōmodorū & prædictorum causa efficiens & conseruans, ut demonstratum est xv. huius, parte xi. & xij. erit ipsa tranquillitatis causa factiua, & hoc sensit Apostolus indubie, dum dixit ad Timotheū primæ, cap. ij. Obsecro igitur primū fieri obsecrationes &c. p regibus & omnibus qui in sublimitate sunt, ut quietam & tranquillā uitā agamus. Quod uero huius partis actionē per se impediuerit ab eo ciuitatis intrāquillitas seu discordia, prouenit tanq; causa factiua. Quæ siquidē genere uisa, & si per plures species uarietur & modos, de quibus Aristoteles ab actione solita prouenientibus sufficientem, ut dicere est, notitiam fecit in quinto ciuiliū scientiæ, quam politicam diximus. Est tamen intrāquillitatis seu discordiæ ciuitatum seu regnorum insolita causa quędam, occasionaliter sumpta propter effectum à diuina causa productum præter solitam omnem eius actionem in rebus, quem ut in dictis proœmialiter tetigisse meminimus, nec Aristoteles aut philosophantiū alter sui temporis uel prioris conspiciere potuit. Hæc autē dudum hætenus & nunc amplius cōtinuo actionem debitā principantis impediens in Italico regno, ipsum pace seu tranquillitate, cæterisq; ipsam cōsequētibus, & iā dictis cōmodis priuauit & priuat, omnīq; incōmodo uexauit & uexat, & quasi oīs generis miseria & iniquitate repleuit.

*Orandū pro magistratibus, ut i pace degamus.*

Cuius quidem impediētis singulariter causæ propter consuetudinem malignitatis occultæ secundum nobis à principio propositā intentionem, naturam in specie determinare debentes, reminisci oportet eorum quæ diximus sexto huius, Quod uidelicet dei filius una trium personarum uerus deus, propter delictum transgressionis primorum parentum, & consequenter totius humani generis lapsum reparandum, naturam assumpsit humanā, dudū post Aristotelis tempora, Verus homo factus, & idem deus simul existens, quem Iesum Christum uocatum, adorāt Christiani fideles. Hic inq̄

*Iesus Christus.* Christus benedictus dei filius, deus & homo simul idem suppositū existens, inter homines Iudaici populi, ex quibus secūdam carnem traxit originem, conuersatus est, ueritatem credendorū, agendorū, & fugiendorum, ad uitam æternam hominibus consequendam, & miseriam declinandam docere cœpit, Propter hæc tandem, Iudeorum malitia & infania, sub Pilato pontio Cæsaris uicario passus & mortuus, resurrexitq̄ à mortuis die tertia suæ mortis, postmodū in cælos ascendens, ante tamen propter humani generis salutē quosdam sibi, dum uiueret corruptibili uita, collegas in ueritatis docendæ ministerium, quos Apostolos dicūt, assumpsit, & per uniuersum orbem quam docuerat, & ipsos instruxerat, ueritatē prædicare præcepit. Vnde Matthæi xxviij. & ultimo, post sui resurrectionē dixit

» ad eos. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, docentes eos seruare omnia

» quæcunq̄ mandauit uobis. Per hos inquam apostolos, quorum nomina satis nota sunt apud Christi fideles, & alios quosdā, Christus

*Lex euangelica* legem euangelicā conscribi uoluit, & per ipsorū dictamina conscripta sunt uelut per organa quædā, ad hoc mota & directā immediate diuina uirtute, per quam siquidem legem, præcepta & consilia salutis æternæ in ipsius Christi atque apostolorum & euangelistarū absentia comprehendere ualeremus. In qua etiam & secūdam quā

*Sacramenta ecclesia.* sacramenta culpæ originalis & actualis mundatiua, diuinæ gratiæ factiua & conseruatiua, illiusq̄ amissæ reformatiua, huiusq̄ legis ministrorum institutiua, signauit & statuit. Huius quoq̄ legis doctores, & sacramentorum secundum ipsam ministros primum instituit iam dictos apostolos, ipsis per spiritū sanctū autoritatē huius mysterij conferens, quā sacerdotalem appellāt Christi fideles. Per quam siquidem ipsdem aut ipsorum successoribus in hoc officio, nō alijs, potestatem contulit sub certa forma uerborum ab ipsis & eorum

*Eucharistia* singulis dicta, transubstantiandi panem & uinū in uerum corpus & sanguinem eius: Cum hoc etiam ipsis autoritatem soluendi atque

atque ligandi homines à peccatis, quam dicere solent clauium potestatem, sibiq; alios substituendi cum eadem autoritate concessit. *Clauium potestas.*

Quam etiam auctoritatem apostoli quibusdã contulerunt, aut deus per ipsos orantes & manus alijs imponentes. Sic quoq; reliqui potestatem faciendi susceperunt, & consequenter fecerunt, faciunt, & facient usque ad seculi consumationem. Quo etiam modo apostolus Paulus Timotheum, Titum, & aliorum plures instituit atque instituire docuit. Vnde primæ ad Timotheum quarto. Noli negligere gratiam quæ in te est, quæ data est tibi per prophetam cum impositione manuum presbyteri. Et ad Titum primo. Huius gratia reliqui te Cretæ, ut quæ desunt corrigas, & cõstituas per ciuitates presbyteros sicut ego tibi disposui. Et est hæc auctoritas sacerdotalis & clauium siue unica siue plures, character seu forma quædam animæ per immediatam dei actionem impressa. *Character sacerdotinis.*

Præter hanc autem est auctoritas alia quædam sacerdotij, humana concessione tradita, ipsorum multiplicato iam numero, propter scandalum euitandum, & hæc auctoritas est inter ipsos unius præ eminentia super alios dirigēdos in templo ad cultum diuinum, debite fiendum & ordinandum seu distribuendum de quibusdã temporalibus, quæ ad usum ministrorum predictorū statuta sunt. De cuius quidem auctoritatis potestate factiua, & unde deriuetur, sufficienter dicetur decimoquinto & decimosextimo secundæ, quoniã non fit hæc per deum immediate, sed per hominum uoluntatem & mentem, quemadmodum officia cætera ciuitatis.

Sic itaque repetito & aliquo modo declarato ministrorum ecclesiasticorum origine, ac ipsorum officij potestate factiua, oportet amplius attendere, quod inter apostolos Christi prædictos, fuit unus nomine Simon, cognomine uero Petrus, qui à Christo auctoritatis clauium promissionem primus accepit, sicut dicit glossa secundum Augustinum, Matthæi decimosexto super illud Christi oraculum. Et tibi dabo clauis regni cælorum, inquit glossa. Qui præ cæteris confessus est, Iesum Christum scilicet esse uerum dei filium, præ cæteris dotatur clauibus, id est ante cæteros. Hic siquidem apostolus post Christi passionem, resurrectionem, & in cælum ascensionem, peruenit Antiochiã, & ibidem factus fuit episcopus per populū, sicuti ex ipsius liquet historia. Inde uero, ut habet historia supradicta quæcunq; causa fuerit prætermissa, quoniam de hoc sunt diuersæ sententiæ, postmodum Romam profectus est, & ibidem Christi fidelibus præfuit episcopus, tandem uero propter Christi professionem & diuinã prædicationem, obruncato capite mortuus est, & cum

*Petrus episcopus Antiochiæ*

cumeodem, eadem hora & loco Paulus Apostolus secundū supra dictam historiam. Ex prærogatiua igitur quam hic discipulus seu apostolus ad alios uisus est habere, ut quia præ ceteris dotatus fuit clauibus propter inducta scripturæ uerba, & alia quædam Christo singulariter sibi dicta, quæ etiã in sequentibus adducentur. Episcoporum aliqui post ipsum in apostolica seu episcopali sede Romana, maxime citra tempora Constantini Romanorum imperatoris, se dicunt & asserunt præesse quantum ad omnimodam iurisdictionis autoritatem, reliquis omnibus episcopis & presbyteris mundi, & ipsorum moderniores aliqui non solum his, uerū etiam omnibus mundi principibus, cōmunitatibus, & singulis personarū, licet hoc non æqualiter de omnibus exprimant, nec explicite dicant, ut de principe Romanorum imperatore uocato, & cunctis provincijs ac ciuitatibus & personis subiectis eidem. Huius quæuis secundum ueritatem dominij, seu coactiuæ iurisdictionis in hūc principem expressio singularis, faciem & exordiū primū sumpsisse uideatur. Ex quodam edicto & dono, quod quidam dicunt per Constantinum fuisse factum beato Syluestro Romano pontifici. Quod quia donum seu priuilegium illud non habet hoc clare, aut quoniam ex post factis expirauit fortasse uel etiam quia inualidum existēs, ad reliquos mundi principatus, nec ad eum qui Romanorum in omnibus provincijs illius priuilegij seu concessionis se uirtus extendit. Ideoque postmodum iurisdictionem hanc coactiuam orbi uniuersalem, sibi alio quodam omnes comprehendente titulo moderniores Romanorum assumpserūt episcopi, Plenitudine potestatis uidelicet quā concessam asserūt per Christum, beato Petro, eiusque successoribus in Romana episcopali sede, tanquam Christi uicarijs. Christus enim ut aiunt & uere, fuit Rex regum & dominus dominantium, uniuersorum omnium personarū & rerum. Quamuis ex hoc minime sequatur quod uolunt inferre, ut in sequentibus certitudinaliter apparebit. Est igitur huius tituli sensus apud Romanos episcopos, quod sicut Christus plenitudinem potestatis & iurisdictionis habuit supra reges oēs, principes, cōmunitates, collegia, & singulares personas, sic & ipsi qui Christi & beati Petri se dicunt uicarios hanc habeant plenitudinem coactiuæ iurisdictionis, humana lege nulla determinatā.

Signū autem huius tituli plenitudinis suæ potestatis, scilicet Romanos episcopos eum quem diximus intendere sensum. Euidēs est, quod Clemens quidam nomine, Clementium quintus Ro. episcopus sic eo utitur in quodam suo edicto seu decretali, de sen. & re iudi. libro septimo ad Henricū Henricorum vii. diuæ memorię Romanorū Impe

Donatio Constantini.

Clemens quintus.



Imperatorem nouissimum, dum ipsius felicitatis Henrici quandam reuocando sententiam, inter cetera protulit seriem, quod diximus de ipsorum sensu circa praedictum titulum exprimentem, Hanc uero inducere omisimus propter rei notitiam, & sermonis abbreviationem. Et quoniam ad propositum magis inducemus xxv. secundae, parte xvij. Cum igitur Christus non magis sit aut fuerit rex, & dominus Romanorum Imperatoris, quam regis aut principis alterius cuiuscunque, quinimò ipsorum aequae uel magis, quoniam & tempore Christi, Romanus princeps monarchizabat ubique terrarum, palam est huius tituli sensum ex eiusdem uirtute radice, ad omnes principatus extendi. Quem etiam per ipsum, Episcopos Romanos intendere, manifeste nos docet octauus Bonifacii Romanorum episcopi, contra Philippum, pulchrum clarae memoriae regem Francorum, attentatio contentiosa de his, & inde subsequuta eiusdem Bonifacii detretalis inducta uigesima huius, parte octaua. Per quam siquidem omnem humanam creaturam coactiua iurisdictione subiectam fore Romano pontifici diffinit esse credendum de necessitate salutis aeternae. Hoc igitur modo ad haec ingredientibus Romanorum episcopi, primum quidem sub specie quaerendae pacis inter Christifideles quosdam excommunicauerunt, ipsorum nolentes parere sententiae, deinde uero in ipsos realem & personalem ferendo sententiam, in quosdam quidem magis expresse, ut qui minus ipsorum potentiae resistere possunt, uelut Italicorum singulares personas & communitates, quorum regnum diuisum & laceratum, in omnibus quasi partibus suis facilius opprimi potest, in quosdam uero remisse magis, ueluti reges & principes, quorum resistantiam & coactiuam formidant potentiam. Ad hos tamen paulatim serpunt & serpere continuo tentant in iurisdictionum usurpatione totum simul inaudentes inuadere, propter quod etiam Romanorum principes, & populos sibi subiectos, haecenus latuit horum subintrans praerogatio. Paulatim namque iurisdictionem post aliam occupauerunt episcopi Romanorum, maxime imperiali sede uacante. Sic tamen ut iam sibi totalem supra eundem principem iurisdictionem coactiuam temporalem habere se dicant. Quorum nouissime atque manifestissime modernus iam dictorum episcopus, ad Romanorum principem tam in Italicorum prouincijs quam Germanorum, ad omnes quoque iam dictarum prouinciarum inferiores principes, communitates, collegia, & personas singulares cuiuscunque dignitatis & conditionis exiltant, ac super omnia ipsorum feudalia & reliqua temporalia, supremam iurisdictionem se scripsit habere, ipsorumque

*Christus nō fuit rex Imperatoris Romani.*

*Bonifacius Detretalis.*

*Das ist unlogisch*

*Abusus excommunicationis.*

*Romani episcopi, regna affectando, discordiam bellis an-  
sam dederunt.*

principatus dandi & transferendi, potestatem sibi palam ascribēs, ut liquido patere potest omnibus, ex huius episcopi quibusdā scripturis, quas uocat edicta siue sententias. Hæc itaque Romanorum quorundam episcoporum existimatio non recta & peruersa fortassis affectio principatus, quem sibi deberi asserunt, ex eisdem ut dicunt per Christum tradita plenitudine potestatis, causa est singularis illa, quam intranquillitatis, seu discordiæ ciuitatis aut regni factiuam diximus. ipsa enim in omnia regna serpere prona, quemadmodum procemialiter dicebatur infesta sui actione, dudum uexauit Italicum regnum, & à sui tranquillitate seu pace prohibuit, prohibetq; cōtinuo: principantis scilicet Imperatoris Romani promotionem seu institutionem, ipsiusq; actionem in dicto imperio, sui toto conamine prohibendo. Cuius siquidem actionis carentia, iustificationis scilicet ciuiliū actuum, iniuriæ ac contentiones eueniunt facile. Quæ regula iustitiæ siue legis non mensuratae propter mensurantis absentiam, pugnas causant, unde ciuium separationes demumq; Italicarum politiarum seu ciuilitatum solutiones contigerunt, quemadmodum diximus. Opinione igitur hac, & affectione fortasse, quam diximus principadi, Romanus episcopus iurisdictione coactiua seu temporali subiectum facere sibi nititur principem Romanorum, qui nec iure debet, ut ex sequentibus palam monstrabitur, nec eidem tali iudicio subijci uult. Vnde tanta lis & discordia suborta est, ut non sine magno discrimine animarum & corporum, ac rerum dispendio possit extingui. Non enim Romano uel alteri episcopo, aut cuiq; spiritali ministro, inquantū huiusmodi, in quemquam, cuiusq; conditionis, singularem personam, cōmunitatem uel collegium aliquod conuenit officium principatus coactiui, quemadmodum determinatum est xy. & xyij. huius. Et hoc de sacerdotio in qualibet lege siue secta, sensit Aristoteles quarto politicæ, cū dixit. Propter quod non omnes, neque electos neque fortiales ponendū principes, puta sacerdotes primo. Hoc enim aliquid præter politicos principatus ponendum, &c. Sunt autem hic politicæ curarum, id est officiorum, &c. Et parum infra subdit. Hæc autem iconomicæ sunt. Quodq; perniciosa pestis hæc humanæ quieti atque felicitati suæ omni aduersans penitus ex eiusdem uitio corruptæ radicis, reliqua mundi regna fidelium Christianorum maxime posset inficere, ipsam repellere omnium necessarijssimum arbitror, quemadmodum procemialiter dictum est. Primū quidem opinionis iam dictæ tanquam radicis iam factorum & futurorum malorum, in uolucrum referādo, deinde uero ipsius patronos seu inuectores igna-

ros aut iniustos, ac defensores pertinaces, exteriori opera si oporteat cohibendo. Ad hæc autem obligantur omnes illi obuiare scientes atque potentes, quod etiam negligentes aut omittentes iniusti sunt, Teste Tullio primo de officijs, capitulo quinto, cum dixit. *Qui malis non resistit, iniusti sunt.*

Iniustitiæ genera duo sunt, unum eorum qui inferunt, alterum eorum qui ab his quibus inferuntur, si possunt, non propulsant iniuriam. Ecce ergo secundum Tullij sententiam hanc notabilem, quod non solum iniusti sunt qui alijs iniuriam inferunt, uerum etiam hi, qui prohibere sciunt & possunt iniuriam alijs inferentes, non prohibent autem, quoniam ad hoc tenetur quilibet alteri, iure quodam quasi naturali, debito uidelicet amicitiae, atque societatis humanæ. Quod ius, ne siquidem scienter transgrediens, ipse saltem mihi dicar iniustus, hanc pestem à fratribus Christi fidelibus, doctrina primum & qua ualero exteriori cõsequenter opera, propulsare propono.

Quoniam ut indubitanter uidere uideor, desuper mihi datum est nosse sophisma & referandi potestas, in quo Romanorum episcoporum quorundam hæctenus & in presentiarum, suorumq; complicitum obliqua æstimatio, & cum hoc peruersa fortassis affectio, scandalorum iam dictorum parens hæctenus innisa est, & continuo nititur sustentari.





# MARSILII PATA

VINI DE RE IMPERATORIA ET PONTIFICIA,  
DICTIO SEV PARS SECVNDA.

DE TRIBVS IMPEDIMENTIS SIVE MODIS AD-  
uerfandi ueritatibus in hac dictione cōtentis, in-  
tentione tractandorū, & modo pcedendi.

CAPVT PRIMVM.



GGRESSVRVS ITAQVE TAM ARDV-  
um, si nequicq̃ obuium dubitem, quod  
ueritati possit inniti: ex illius tamen tri-  
bus infeltis hostibus huic operi bella pa-  
rari uideo, uno siquidē perlecutione uio-  
lente potestatis Romanorum episcopo-  
rum, suorumq̃ complicū, ipsum etenim,  
ipsiusq̃ propalatores ueridicos, totis ui-  
ribus nitentur destruere tanquam dire-  
cto aduertantes, ipsorū proposito detinendi & possidendi tempo-  
ralia minus iuste, necnon eorū ardenti desiderio principatus. A qui-  
bus quidem ipsos reuocare sermone iuridico quantumcunq̃ etiam  
manifesto difficile fiet. Eos tamen misericors deus per gratiam re-  
uocare dignetur, ipsorumq̃ uiolentam potentiam compescat ipse,  
compescantq̃ sibi fideles tam principes quàm subiecti, quorū om-  
nium profecto inimicantur quieti. Secundo uero ueritatis quasi cu-  
iuslibet hoste antiquo paratur huic operi bellum non minus, Con-  
suetudine scilicet audiendi falsa, illaque credendi, falsa inquam per-  
presbyteros seu episcopos aliquos, reliquosq̃ ad hæc ipsorum sus-  
fraganeos, dudum seminata & radicata in animabus plurimorū sim-  
plicium Christi fideiū. Hi nanq̃ sacerdotes suis sermonibus & scri-  
pturis quibusdam, sententias diuinas & humanas actuum humano-  
rum tam monasticorum quàm ciuiliū inuoluere implicatione ua-  
ria, & explicari laboriosa q̃ multum. Ex tali sententiarū inuolucro,  
postmodum inferentes, licet indebite sensus aliquos, quibus suam in-  
iustam despotiam induxerunt super Christi fideles, sua simplicitate  
credentes, ex quibusdam paralogismis horum sacerdotū, & cō-  
mina

*Marsilij pium  
uotum.*

*Sacerdotes sa-  
cras scripturas  
ad suū questū  
detorserunt.*

minatione quadam damnationis æternæ ad talium sophysticorū tam dictorū q̄ scriptorū obseruationem, in quibus nō propter hoc accidere, conclusionē sæpe cōmittitur, ordinatione diuina teneri. Harū etenim rerū de quibus querit atq; cōtendit, suorumq; uerorū atque simpliciū initorū, de mētibus hominū abolitis ueris sentētijs horūq; uice falsis paulatiue suggestis, nūc latet plurimos utrorūq; discretio. Turbat enim & abducit à ueritate nō modicum, secundū quamlibet disciplinam auditionum falsarum consuetudo, testis est Arist. philosophiæ, finali cap. Propter quam etiam multum impedientur à principio lectores & auditores huius, præcipue qui philosophiæ fuerint exortes, & in sacris scripturis inexercitati à comprehensione ac perfectâ credulitate ueritatum in hoc uolumine contentarum. Reliquus autē & tertius ueritatis hostis infestus huic doctrinæ, impedimentum grande præstabit, liuor siquidem horū etiā qui & si nos uera dixisse crediderint, quia tamen huius ueræ sententiæ, præ se alium explicatorem intelligent eidem detractionis dense clandestino lacerando, uel præsumptionis clamoso latratu aduidentis inuidiæ id ipsis nequissimo suadente spiritu se opponent.

Verum à propositis nec principatus ardētium minus debite sacerdotum, quos his scripturis alloquor uiolentiæ potentiæ terrore desistam. Quoniam dicente Psalmista. Dominus mihi adiutor & non timebo quid faciat mihi homo. Neque hoc etiam propter obloquentes inuidos detractores omittam exprimere, quod expositum tam omnibus prodesse atq; neglectū obesse potest. Et hi quoniam seipso cruciantes sua sibi malignitate resistent. Nam inuidia, ut ait Vgutio bene describens, est in suū autorem reciproca, de bono alterius tabescentis animi cruciatus. Hostili uero consuetudini sufficienter refragabitur dicendarum euidentiâ ueritatum.

Incedam autem in huius libri dictione secunda, primū adducendo sacri canonis autoritates, cum quibusdam fictis & alienis quorūdam interpretationibus, quibus fortasse uidere posse conuinci Romanorum episcopo iure deberi supremam omnium coactiuarum iurisdictionem seu principatus, ni lege christianorū p̄sertim, tam supra Romanorū principē q̄ reliquos oēs principatus, cōmunitates, collegia, & personas singulares etiā seculares, eoq; magis supra presbyteros, seu episcopos diaconos, ipsorūq; collegia & singulares personas cuiuscunq; cōditionis existant. Quoniā si qua necessitate ad horū unū ex secularibus aut clericis cōcluditur ex uirtute uerborū scripturæ, per eandē quoq; ad reliquos omnes. His etiā cōsequenter ad iam dictum propositum astruendū quasdā quasi politicas rationes adducam

115 idemq; in 1147

Liuor.

Inuidia.

Ordo procedendi.

*Episcopus Ro.  
nullam iurisdic-  
tionem in sacer-  
dotes habet.*

ducam, apparentes ualde suppositis quibusdā scripturæ sacrae ue-  
ritatibus, quas etiam omnes concorditer ueras, omnes supponere  
debent. Has inquam adducam, ut sic patenter dissoluam, ne quis quæ  
per illas aut consimiles de cætero falli possit, ut quæ ex earum solutio-  
ne appareat magis infirmitas æstimationis prædictæ, cui dudū ha-  
ctenus probabilitatis faciem præbuerunt. Post hæc aut ex ad-  
uerso inducam sacri canonis ueritates cum sanctorum illius inter-  
pretum, non fictis, non alienis aut falsis expositionibus, sed conso-  
nis & proprijs, demonstrantes aperte Romanū episcopum uocatū  
papam, aut alium quemlibet presbyterū seu episcopū, uel spiritua-  
lem ministrum, cōmuniter aut diuisim, in quantum huiusmodi, nul-  
lam iurisdictionem realem aut personalem cuiusquæ coactiuam habe-  
re, uel habere debere supra presbyterum uel episcopum aut diaco-  
num quenquam, uel ipsorum collegiū, eo quæ minus ipsum, aut ipso-  
rum aliquem cōmuniter uel diuisim talem iurisdictionem habere in-  
quenquam principem seu principatū aliquem, cōmunitatem, col-  
legium, aut personam singularem aliquam cuiuscunquæ conditionis  
existat, nisi ea demum iurisditio per humanū legis latorem in pro-  
uincia, presbytero seu episcopo alicui, aut ipsorum collegio concessa  
foret. Ad quod etiam demonstrandum & confirmandū adduci po-  
terunt & debent, cum alicui fuerit opportunū politicæ demonstra-  
tiones, quarum principia propria xij. primæ xv. & xvij. continen-  
tur. Has enim iterare non disposuimus propter abbreviationē ser-  
monis. His consequenter ostendam, quæ, quantāue sit potestas sa-  
cerdotalis & clauium per Christū tradita Romano episcopo & al-  
teri cuilibet sacerdoti. Ex horum enim manifestatione pendet mul-  
tarum dubitationum solutio, ad ueritatem & finem quem produce-  
re quærimus, præbens ingressum. Deinde uero perutile erit di-  
cere ad aliquas innascentes quæstiones ex dictis, cum quibus etiam  
de priuilegijs Romanorū principum, iam Romanis episcopis con-  
cessis, dicemus aliquid expediens ad propositum negotium. Quo-  
niam ex his occasionaliter usurpationes, occupationes, seu deten-  
tiones iurisdictionum coactiuarum, quas autoritati proprie Roma-  
norum nunc ascribunt episcopi sumpsere originem, & per consue-  
tudinem, quinimò ab usum uerius robur acceperunt postmodum,  
maxime imperiali sede uacante. His enim priuilegijs ab initio, non  
aliunde in iurisdictionum coactiuarum acquisitione, ac ipsarum cō-  
seruatione, sustentati sunt Romanorū episcopi. Posterius uero, uel  
quia per demeritum priuati sunt illis, uel ne debilitas occasionū &  
ueritas indebite iam per ipsos assumptæ iurisdictionis appareat, eo-  
rumque

rumq; ingratitudinem obtegendam, aut etiam fortasse, sicut uerisimile ostendimus ultimo primæ. quoniam iurisdictionis coactiuæ regnorum omnium occupationem intendunt, ad quam sibi nil suffragentur priuilegia memorata, ipsidem non utuntur, sed alio quodam uniuersali ad principantes, & omnes ciuiler uiuentes sibi subiiciendos supradicto titulo, plenitudine scilicet potestatis. Ex qua per Christum, ut asserunt, tradita beato Petro tanq; uicario, coactiuam iurisdictionem supremam omnium hominum & prouinciarum, iam quilibet Romanus episcopus inquatum Petri successor, se dicit habere. Reliquum autem huius dictionis erit ostendere sacri canonis autoritates aduersus eam quam ueritatis & scripturæ sententiã diximus, nihil suffragari errori predicto, sed eidem potius aduersari, sicuti manifeste patebit ex sanctorum quorundam expositionibus, necnon & aliorum doctorum approbatorum fidei Christianæ, per quem etiam apparebit, quorundam expositiones, imò uerius fictiones, scripturam retorquere conantium ad astruendum sensum æstimationis falsæ prædictæ, uiolentas esse scripturæ alienas atque distortas, sanctorum etiã & peritorum doctorum Christianæ fidei sententiæ dissolare. Omnium uero nouissime dissoluã rationes, quas quasi politicas dixi, æstimationi falsæ sæpe dictæ, uisus aliquo modo suffragari.

DE DISTINCTIONE NOMINVM SIVE DITIONVM,  
ex quibus quesita determinanda componuntur. Caput Secundum.



Nte tamen quàm de ppositis differamus, ne propter multiplicatam nominum, quibus in quæ sitis principalibus utemur, accidat ambiguitas & implicatio sententiarum, quas uolumus aperire, distinguemus significationes ipsorum. Nam, ut in primo Elenchorum, Qui uirtutis nominum sunt ignari, paralogizantur & ipsi disputantes, & alios audientes. Nomina uero seu dictiones, quarum multiplicatam distinguere uolumus sunt hæc. Ecclesia, iudex, spirituale, temporale, propterea quod ex inquisitione proposita, scire uolumus, utrum ad Romanum aut alium quemuis episcopum seu presbyterum, diaconum, aut ipsorum collegium, qui uiri ecclesiastici solent dici, pertineat iudicium esse coactiuum temporalium aut spiritualium, aut utrorumq; uel secundum horum neutrum sint ipsi iudices tales. Hæc itaq; prosequentes dicamus, quod hoc nomen Ecclesia, uocabulum est ex usu Græcorum, significans apud ipsos in his quæ ad nos peruenerunt, congregatio

*Ecclesia quid significet.*

gationem populi sub uno regimine contenti, quomodo sumpsit ecclesiam Aristoteles secundo politicæ, cap. vii. dū dixit. Ecclesia aut participant omnes. Apud Latinos uero uocabulum hoc secundū uulgarem & famosam appellationem, in una sui significatione importat templum seu domū, in qua deus cōmuniter a fidelibus colitur, & frequentius adoratur. Sic enim de ecclesia loquebatur Apostolus primæ ad Corinth. xi. Nunquid domos non habetis ad manducandum & bibendum, aut ecclesiam dei cōtemnitis? Vbi glossa secundū Augustinū. Ecclesiam dei cōtemnitis, id est domū orationis, & infra parū subdit. Hoc usus quotidianus obtinuit, ut in ecclesia prodire uel confugere non dicatur, nisi qui ad locū ipsum, parietesq; prodierit uel confugerit. In alia uero significatione importat hoc nomen ecclesia, omnes presbyteros seu episcopos, diaconos, & reliquos ministrantes in templo seu ecclesia dicta secundum priorem significationē. Apud modernos maxime importat hoc nomē ecclesia ministros illos, presbyteros, seu episcopos, atq; diaconos, qui ministrant & præ sunt in Metropolitana seu principali, omniū ecclesiarū, quemadmodū hoc ecclesia Romanæ urbis dudum obtinuit, cuius ministri & præsidēs sunt Papa Romanus, & Cardinales ipsius, qui iam ex usu quodam obtinuerūt dici Ecclesia, & ecclesiam aliquid egisse aut recepisse, cum ijdem aliquid egerint aut receperint, uel aliter qualiter ordinauerint. Rursum secundum aliam significationem dicitur hoc nomen ecclesia, & omnium uerissime & propriissime secundū primam impositionem huius nominis seu intentionem primorū imponentiū, licet non ita famosē, secundū modernum usum de uniuersitate fidelium credentiū & inuocantiū nomē Christi: & de huius uniuersitatis partibus omnibus, in quacūq; cōmunitate etiam domestica. Et hæc fuit impositio prima huius dictionis, & consuetus usus eius apud apostolos & in ecclesia primitiua. Vnde Apostolus primæ ad Corinthios primo. Ecclesie que est Corinthi sanctificatis in Christo Iesu uocatis sanctis cum omnibus qui inuocant nomē domini nostri Iesu Christi. Vbi glossa secundū Ambrosium. Sanctificatis in baptismo, & hoc in Christo Iesu. Et secundum hanc intentionem loquebatur Apostolus Actuum xx. ad presbyteros Ephesios, cum dixit. Attendite uobis & uniuerso gregi in quo uos spiritus sanctus posuit episcopos, ut regeretis ecclesiam dei, quam acquisiuit sanguine suo. Et propterea uiri ecclesiastici secundum hanc uerissimam & propriissimā significationē, sunt & dici debent omnes Christifideles, tam sacerdotes, quàm non sacerdotes, eo quod omnes Christus acquisiuit & redemit sanguine suo. Si

cut

*Ecclesia signifi-  
catio propria.*

*Viri ecclesiasti-  
ci.*



cut etiam expresse dicitur in glossa super illud Lucae xxij. Hoc est corpus meum quod pro uobis datur. Pro uobis inquit glossa, non significat pro solis apostolis corpus Christi datū, & sanguinē effusum fuisse, sed causa totius humanæ naturæ. Sic igitur non pro solis apostolis effusus est Christi sanguis, ergo non soli acquisiti sunt aut fuere per illum, nec per consequens presbyteri aut templorū ministri successores illorū in officio, non igitur sunt ipsi soli Ecclesia, quā Christus suo sanguine acquisiuit. Nec propter eādem causam sunt isti ministri, episcopi, seu presbyteri, & diaconi soli ecclesia, quæ sponsa Christi est, sed pars sponsæ huius, quoniā Christus pro hac sponsa se tradidit. Vnde Apostolus ad Philip. quinto. Viri diligite uxores uestras, sicut & Christus ecclesiā, & se metipm tradidit p̄ ea. nūc uero non pro solis apostolis aut ipsorū in officio successoribus episcopis, seu presbyteris atque diaconis, Christus se tradidit, imò pro tota humana natura. Nō igitur sunt ipsi aut ipsorum congregatio tantummodo sponsa Christi, licet ab utentiū uocabulo ipsorū quædam congregatio, propter proprium & temporale cōmodū & aliorum incōmodum fraudulenter adipiscendum, se uocet singulariter sponsam Christi. Hanc eandem est apprehendere sententiā ex uerbis Apostoli primæ ad Corinth. ultimo, Ad Theff. primo, Ad Collossen. iij. & ad Philemonē primo. In omnibus enim his locis sumit Apostolus ecclesiam secūdū eam quam eius propriam & uerissimā significationē iam diximus. Huic cōsequenter distinguere oportet hæc nomina temporale, deinde spirituale, à quorū tamē notationibus incipientes dicamus, quod hæc dictio temporale in una sui significatione famosiori dicitur de omnibus corporalibus alijs ab homine, quæ aliquo modo in ipsius potestate existentia, ad sui usum, indigentiam & uoluptatem supplēdam, ordinantur in statu & pro statu uitæ mundanæ. Quomodo generalius etiam temporale consuevit dici, omne quod in tempore incipit & definit. Hæc enim, ut in quarto Physicæ, proprie sunt & dicuntur in tempore. Alio uero modo dicitur temporale de omni habitu, actione aut passiōe humana in se uel in alterum per hominem operatis, propter finem huius seculi seu uitæ præsentis. Adhuc aut̄ minus uniuersaliter dicitur hoc nomen temporale de humanis actionibus & passionibus uoluntarijs & transeuntibus ad cōmodum uel incōmodū, alterius ab eo qui fecit, de quibus maxime intendunt humanarū legum latores.

Nunc aut̄ distinguere uolo significata seu intentiones huius dictionis spirituale, quod in una sui acceptione dicitur de omnibus in corporalibus substantijs & ipsarum actionibus, In alia uero signifi-

*Spirituale.* catione dicitur de omni actione aut passione humana uirtutis suæ, cognoscentis aut appetentis immanente ipsi, Secundū quam etiam intentionem actiones quædam rerum corporalium in sensus animalium, spirituales dici solent, & sine materia, ueluti rerū idola seu phantasmata & species, quæ animæ sunt aliquo modo ratio cognoscendi, in quo genere reponuntur à quibusdam sensibiliū actiones, etiam in substantia non animata, ut luminum generationes & quorundam similibus. Rursum ad propositū magis dicitur hoc nomen spirituale, de lege diuina, de doctrina, & disciplina præceptorum & consilioꝝ, secundum ipsam & per ipsam, in quam siquidem etiam significacionem, ueniunt omnia ecclesiastica sacramenta & ipsorum effectus, omnis gratia diuina, uirtutes omnes theologice, atque dona spiritus sancti, ordinantia nos ad uitam æternā. Sic enim & proprie hoc nomine utitur Apostolus ad Rom. xv. & primæ ad Corinh. nono, cū dixit. Si nos uobis spiritualia seminauimus, magnum est si nos carnalia uestra metamus, Vbi glossa secundū Ambrosiū. Spiritualia, id est ea quæ uestrū spiritum uiuificant, uel quæ à spiritu sancto data sunt, scilicet uerbum dei, & mysterium regni cælorum. Amplius secundū aliam significacionem solet hoc nomen accipi pro quolibet actione uel etiam passione humana uoluntaria, tam in se quæ ad alterum operata, propter meritum beatæ uitæ futuri seculi, quales sunt dei contemplationes, dilectiones ipsius & proximorum, abstinentiæ, misericordiæ, mansuetudines, orationes, oblationes propter pietatem seu cultum diuinum, hospitalitates, peregrinationes, corporis proprii castigationes, mundanorū & carnalium uoluptatum contemptus & fuga, & generaliter omnia consimilia facta propter finem prædictum. Adhuc autem dicitur hoc nomen, licet non ita proprie, ut secūdo & tertio modo, de templo seu ecclesia, dicta secundū secundam significacionem, de omnibus uasis & apparatus quæ in eo sunt ordinata propter cultum diuinū. Omnium uero nouissime in conuenienter & improprie ualde, quidam extendunt hoc nomē, ad significandū presbyterorū, seu episcoporū, diaconorū, & aliorum templi ministrorū actiones uoluntarias transeuntes, & earū omissiones, quæ sunt ad cōmodum uel incōmodum alterius à faciente profectu uitæ mundanæ. Extendunt rursum & magis improprie idem nomen ad horū possessiones & temporalia bona, mobilia & immobilia, & ad temporalium prouentus quosdam, quos uocāt decimas, ut huius prætextu uocabuli, à norma legum & principantium ciuiliū æstimantur. Sed, præfecto ipsi palam abutuntur uocabulo in his contra ueritatem & Apostoli atque sanctorū intentionem & usum, qui talia

talía non spiritalia, sed carnalia seu temporalia uocauerūt. Vnde ad Romanos xv. Quoniam si spiritalium eorum participes facti sunt gentiles, debēt & in carnalibus ministrare eis. Idem expressius primæ ad Corinthios nono. Si nos, inquit Apostolus, uobis spiritalia seminauimus, magnum est si nos carnalia uestra metamus. Vbi glossa secundū Ambrosium. Quia si nos seminamus uobis spiritalia, id est ea quæ spiritum uestrum uiuificant, uel quæ à spiritu sancto data sunt, scilicet uerbum dei & mysterium regni cælorū, est magnum si nos metamus ad sustentationem, uestra carnalia, id est hæc temporalia, quæ uitæ & indulgentiæ carnis indulta sunt. Ecce quod bona exteriora, quibus prædicatores euangelij sustentari debebāt in uictu & uestitu, Apostolus & Ambrosius expresse carnalia & temporalia uocant, & sunt secundū ueritatem, siue sint decimæ, siue prædia, quæstus seu elemosynæ, uel collectæ, cuius causam dixit Ambrosius, quoniam uitæ & indulgentiæ carnis, id est uitæ corruptibilis indulta sunt. Idem quoque sentiendum indubie de presbyterorum, episcoporum, & diaconorum actionibus quibusdam. Non omnes enim eorum actus spirituales sunt, nec dici debent, quinimò ipsorum sunt multi ciuiles actus contentiosi, & carnales seu temporales. Possunt enim ipsi mutuare, deponere, emere, uendere, percutere, occidere, furari, mœchari, rapere, prodere, falsum testimoniū perhibere, diffamare, in hæresim cadere, cæteracq; cōmittere scelera, crimina, & contentiones, quemadmodum etiam à non sacerdotibus perpetrantur. Propter quod interrogandum cōuenienter ab eis, si quales diximus actiones ipsorū possibiles, spirituales sint aut dici debeant ab aliquo sanæ mentis. Et constat quod minime, quinimò carnales & temporales. Vnde Apostolus primæ ad Corinth. tertio de talibus actionibus loquens indifferēter ad omnes, inquit. Cum regnet inter uos zelus & contentio, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Cum igitur indubitata demonstrat experientia, inter presbyteros inuicem, & ad seculares, euenire zelos & contentiones ex prædictis aut alijs consimilibus actibus, manifestū, huiusmodi sacerdotium & episcoporū actus carnales seu temporales esse, & secundum ueritatem non spirituales, nec dici debere. Signum autem, uerum esse quod diximus etiam secundum sacerdotum sententiam, quoniam ad huiusmodi tollendas cōtentiones multæ humanæ ordinationes, quas Decretales appellant, æditæ sunt per Romanos pontifices, & ante has, de his leges principū Romanorum. Fiunt enim & fieri possunt per diaconos & presbyteros seu episcopos, actiones multæ uoluntariæ, transeuntes in com-

*Ministri ecclē  
sæ utrū peccare  
possint.*

*Cur Decretales  
editæ.*

modum & iniuriam alterius, pro statu uitæ præsentis. Et ideo taliū mensura debet esse humana lex, quemadmodum xv. primæ dictū est, & dicetur amplius ad propositum octauo huius.

*Iudex.* Restat autem distinguere nomina hæc iudex atq; iudiciū, quod illius actionem significat. Sunt enim de numero multiplicium, & in quæsitis diffiniendis ambiguitatem & impedimentum ipsorū multiplicitate præbentium. Dicitur autem in una significatione iudex de omni discernente seu cognoscente, maxime secundum habitum aliquem speculatiuum aut operatiuum. Et hoc nomen iudicium de cognitione seu discretionem talium, quo modo Geometer iudex est, & iudicat de figuris & ipsarum accidentibus, & medicus de sanis & ægris, & prudens de agendis & fugiendis, & domifactor de domibus qualiter construendis. Sic quoq; omnis sciens aut expertus dicitur iudex & iudicat de scibilibus aut operabilibus suis. Et secundum hanc significationem sumpsit Aristoteles hæc nomina primo Ethicorū, cap. primo, cum dixit. Vnusquisq; iudicat bene quæ cognoscit, & horum est bonus iudex. Adhuc autem dicitur hoc nomē iudex secundum aliam significationem, de habente scientiam iuris politici seu civilis, qui etiam appellatione consueta aduocatus nuncupari solet, licet in pluribus prouinciarum & maxime Italicarū iudex uocetur. Rursum uero dicitur hoc nomen iudex de principante, & hoc nomen iudicium de principantis sententia, cuius siquidem autoritas est iudicare de iustis & conferentibus secundum leges & consuetudines, lataq; per ipsum sententias, præcipiendi & exequendi per potentiam coactiuam. Quomodo iudicium dicitur liber quidam, sacri canonis seu biblię pars una quędam existens.

• Quomodo etiam de iudice seu principante loquens Aristoteles primo Rhetoricę ca. primo dixit. Præfectus autem & iudex iam de præsentibus & determinatis iudicāt. Sic etiā de principantis iudicio intendens continue subdit, ad quos scilicet præfectum seu iudicem: Et amare iam & odire, & proprium commodum annexa sunt sæpe, ut non adhuc possint uideri sufficienter uerum. Sed attendere in iudicio proprium delectabile aut triste. Sunt autem fortassis supradictorum nominum significationes alię, famosiores tamen inquisitioni propositę magis necessarias, assignasse putamus.

argumentationibus, quibus conuinci uidetur episcopis  
siue presbyteris, in quantum huiusmodi principatū  
coactiuum deberi, etiam absq; legis latoris con-  
cessione, & Romanorum episcopo siue papæ  
taliū omnium principatū supremū.

CAPVT TERTIVM.



Orum ergo nominū intentionibus, circa quas nostre  
plurimum inquisitionis uersabitur, sic distinctis, inde  
securius ad principale propositū accedentes, adduce-  
mus primum auctoritates sacræ scripturæ, quibus ali-  
cui uideri posset, Romanū episcopum uocatū papā,  
iudicem esse supremum, & secundū tertiam iudicis seu iudicij signifi-  
cationem, super omnes mundi episcopos seu presbyteros & ecclesia-  
sticos ministros alios, Super omnes quoq; huius seculi principan-  
tes, cōmunitates, collegia, & singulares personas, cuiusq; conditio-  
nis existant. Harum autem primā ponamus scripturæ seriem, quæ  
habetur Matthæi xvi. qua Christus alloquens beatum Petrū, in-  
quit. Tibi dabo clauēs regni cælorū, & quodcunq; ligaueris super  
terram erit ligatum & in cælis, Et quodcunq; solueris super terram  
erit solutum & in cælis. Ex hac enim serie, assumpserunt sibi Roma-  
norum episcopi quidam supremæ iurisdictionis iam dictæ auctori-  
tem. Nam per clauēs beato Petro per Christum concessas, intelligi  
uolunt sibi traditam plenitudinem potestatis totius hūmani regimi-  
nis, quam sicut Christus habuit ad omnes reges & principes, ita cō-  
cessit beato Petro & successoribus eius in episcopali sede Romana,  
tanq; Christi uicarijs generalibus in hoc mundo. Secunda uero  
scripturæ series ad idem propositum astruendū, sumitur ex uerbis  
Christi Matthæi xi. cū dixit. Omnia mihi tradita sunt à patre meo  
Et rursus eiusdem. xxij. cum dixit. Data est mihi omnis potestas  
in cælo & in terra. Cum igitur beatus Petrus & ipsius successores in  
episcopali sede Romana fuerint & sint uicarij Christi, sicut hi dicūt,  
uidetur quod omnis potestas seu plenitudo potestatis eidem tradi-  
ta sit, & consequenter cuiuslibet iurisdictionis auctoritas. Tertia uero  
series ad idem sumitur ex Matthæo viij. & Marci v. ubi dicit. Dæ-  
mones autem rogabāt eum, Christū scilicet, dicentes. Si eijs nos,  
mitte nos in gregem porcorū, & ait illis. Ite, at illi exeuntes abierunt  
in porcos. Et ecce impetu abijt totus grex per præceps in mare, &  
mortui sunt in aquis. Ex quibus uerbis apparet, quod Christus de

*Vnde papa au-  
toritatē regnā-  
di sibi sumpsit.*

temporalibus disponebat, tãq̃ de suis omnibus, aliter nãq̃ peccasset dissipans gregem porcorum, Christũ aut cuius caro corruptionem nõ uidit peccasse, nephas est dicere. Cum igitur beatus Petrus eiusq̃ successores Romanorũ episcopi sint & fuerint præcipui Christi uicarij, ut aiunt quidam, de temporalibus omnibus tanquã tertiæ significationis iudices disponere possunt, & ipsorum habet plenitudinem potestatis atq̃ dominij, sicut Christus. Rursum ostenditur idem per id quod habet Matth. xxi. Mar. xi. Luc. xix. quorũ series talis est. Tũc misit Iesus scilicet, duos discipulos, dicens eis, Ite in castellũ quod contra uos est, & statim inuenietis asinã alligatã & pullũ eius cũ ea. Vel, pullũ asinẽ alligatũ, cui nemo hominũ unq̃ se dit, ut in Marco & Luca. Soluite & adducite mihi. Ex quibus idem & eodẽ deductionis modo cõcludi potest, qd̃ ex immediate prædicta serie conclusum est antea. Amplius arguit idẽ ex Luc. xxij. ubi habet hæc series. Ecce duo gladij sunt, dixerũt apostoli, respondentes Christo. At ille, Christus scilicet, respõdit, Satis est. Per quæ uerba, secundũ aliquorũ interpretationẽ, debet intelligi duo principatus in mundo præsentis, ecclesiasticus unus seu spiritualis, & alius tẽporalis seu secularis. Cũ igitur Christus ad apostolos sermonẽ dirigens dixerit, Satis est, supple uobis de duobus gladijs his, significasse detur utrũq̃ gladiũ ad ipsorũ autoritatẽ pertinere debere, & præsertim beati Petri tanq̃ principalioris eorum. Nam si temporale gladium ad ipsos pertinere nolisset, dicere debuit, superfluũ est.

Rursum uidetur idem credendum, ex Ioannis xxi. ubi dum Christus alloqueretur beatũ Petrũ, dixit, Pasce oues meas, pasce agnos meos, pasce oues meas, ter eandem sententiam replicã, sicut induximus. Ex quibus quidem uerbis accipiunt aliqui sensum hunc, uidelicet beatum Petrum & ipsius successores Romanos episcopos, simpliciter præesse debere omnibus ouibus Christi fidelibus, scilicet Christianis, horum uero maxime presbyteris atq̃ diaconis.

Adhuc uidetur hæc aperte sententia beati Pauli primæ ad Corinth. sexto, cum dixit, Nescitis quoniã angelos iudicabimus, quanto magis secularia. Secularium ergo iudicia secundũ tertiam significationem, ad presbyteros seu episcopos, ipsorum uero maxime primum, Romanum scilicet pertinere uidetur. Rursum primæ ad Corinth. nono, idem sensisse uidetur Apostolus, cũ dixit, Nunquid nõ habemus potestatem manducandi, &c. Idem primæ ad Thessa. iij. in quibus expresse uidetur intendere sibi datam à deo potestatem super temporalia fidelium, & per consequens iurisdictionem eorũ.

Amplius ostenditur idem ex prima ad Timotheum quinto, ad quem

quem dixit Apostolus, Aduersus presbyterū noli accipere accusationē nisi sub duobus aut tribus testibus. Videtur igitur ex hoc quod episcopus saltem iurisdictionem habeat supra presbyteros, diaconos, & reliquos templi ministros, postquam ad eum accusationem ipsorum audire pertinet. De ueteri autē scriptura seu testamento ad propositam conclusionem & ipsius oppositam, probationes omitemus inducere, propter quā uero causam, assignabimus nono huius. Ex dictis itaque scripturæ sacræ autoritatibus, & alijs consimilibus, ipsarumque talibus interpretationibus uideri posset alicui episcopo Romæ deberi omnium principatum supremum. His consequenter adducere conuenit argumentationes aliquas quasi politicas, quæ fortasse quibusdam phantasiam facerent & credulitatem conclusionis prædictæ, harū autē prima sit hæc. Sicut se habet corpus ad animā, ita princeps corporū ad principem animarū, sed corpus animæ sub est quantum ad regnū, ergo & princeps corporū secularis iudex subesse debet regimini iudicis seu principis animarū, & maxime primi omnium, uidelicet pontificis Romæ. Rursum ex eadē quasi radice, sicut se habent corporalia ad spiritualia, ita princeps corporaliū ad eum qui spiritualiū. Certū est autē corporalia indigniora & subesse spiritualibus secundū naturā. Igitur corporaliū princeps secularis iudex ei qui spiritualiū ecclesiastico subesse debet. Amplius sicut finis ad finem, lex ad legem, legis lator ad legis latorē, ita iudex seu principans secundū horū alterutrū ad iudicē seu principantē secundū reliquum. Sed finis ad quem dirigit ecclesiasticus iudex, sacerdos seu episcopus, lex secundū quā dirigit legis illius lator, superiores sunt & perfectiores sine lege atque legis latore, ad quæ & secundū quæ dirigit secularis iudex, igitur iudex ecclesiasticus episcopus seu sacerdos, maxime primus, superior est quocūque iudice seculari. Finis enim ad quem dirigit ecclesiasticus iudex est uita æterna, lex secundum quam, diuina, & ipsius lator immediatus est deus, in quo nec error aut malitia cadere potest, finis uero ad quē secularis iudex intendit dirigere est sufficientia huius uitæ mundanæ, lex secundum quā humana, & ipsius legis lator immediatus homo uel homines, in quibus contingit error atque malitia. Sunt igitur hæc inferiora & indigniora prædictis, ergo & secularis iudex, supremus etiā, ecclesiastico sacerdoti supremo. Adhuc cuius actio simpliciter est honorabilior, ipse simpliciter est honorandus, sed actio episcopi seu presbyteri est omnium honorabilissima quæ per hominē fieri possunt in uita præsentī, uidelicet cōsecratio benedicti corporis Christi, ergo & sacerdos quilibet dignior est quolibet non sacerdote.

Cū igitur dignius indigniori subesse non debeat, sed præesse, uidet quod iudex secularis nō præesse in iurisdictione, sed subesse debeat sacerdoti, & ipsorū maxime primo Ro. pontifici. Ostēditur autem idem rursū in specie magis de Romanorū principe, Imperatore uocato, quoniā ille superior est ad Romanorū principē, secundū tertie significationis iudiciū, cuius est autoritas instituēdi principatū hūc, ipsumq; de gente in gentem pro libito transferendi, Ro. pontifex se dicit huiusmodi, quoniā ipse hunc principatū transtulit à Græcis in Germanos, sicut expressum est in vij. suarū Decretaliū, de iureiur. & idē dicit expressius Modernus Romanorū uocatus episcopus in quodam suo ædicto ad Ludouicum ducē Bauariæ, Romanorū regem assumptum. Amplius ad idem, quoniam inconueniens grande uidetur, Christi uicarium, Romanum episcopum, aliosq; successores Apostolorum episcopos, subesse debere iurisdictioni cuiuspiā principis secularis, cumq; etiam secularis princeps peccare possit contra legem diuinam & humanam, unde corrigendus, ut in xvij. primæ: nec superiorem habeat uel æqualem, qui supremus est omnium secularium, quoniam pluralitas principatuum reprobata est xvij. primæ: uidebitur in ipsum coactiua iurisditio ad Romanum episcopum pertinere, nullatenus econuerso. Ex quibus quidem igitur uidetur posse cōuinci, episcopos seu presbyteros, coactiuam habere iurisdictionem, ipsorum uero supremo Romanorum pontifici, supremum omnium huius seculi principatum deberi, tam autoritatibus sacræ scripturæ, quàm quibusdam quasi humanis & politicis argumentationibus sufficienter apposuisse uidemur.

**DE CANONICIS SCRIPTVRIS, CHRISTI MANDATIS VEL**  
 consilijs & exemplis, & sanctorū ac approbatorū doctorū euangelicæ legis expositorū, quibus demonstratur euidenter, Romanū aut quēuis episcopū siue presbyterū uel clericū omnē uirtute uerborū scripturæ, nullum coactiuū principatū seu iurisdictionem contentiosam, nedum supremū omnī supra quenq; clericum aut laicum sibi uendicare uel ascribere posse, & quod Christi consilio & exemplo, præsertim in cōmunitatibus fideiū, talem principatū, si eisdē offeratur aut cōferatur, per autoritatē eius habentē, debeāt recusare: Rursūq; quod oēs episcopi, & indifferēter uocati nūc clerici, subesse debeant coactiuo iudicio siue principatui dominantis autoritate legis latoris humani, præsertim fidelis. Cap. III.





**H**X aduerso autem consequenter adducere uolumus ueritates scripturæ sacrae, præcipientis aut consulentis expresse, tam literalis sensu suo, quàm mystico, secundum sanctorum interpretationem, ac aliorum approbatorum doctorum Christianæ fidei expositionem, Romanum episcopum uocatum papam, aut aliorum quemlibet episcopum, seu presbyterum, uel diaconum, nullum habere debere principatum seu iudicium uel iurisdictionem coactiuam cuiusquam sacerdotis, principantis, communitatis, collegij, uel personæ singularis alicuius cuiuscumque conditionis existat. Intelligendo per coactiuum iudicium, id quod secundum tertiam significationem iudicis aut iudicij, secundo huius diximus importari.

*Papā non esse principē aut iudicē secularem*

Verum propter intentionem hanc euidentius explicandam, oportet nos non latere, quod ex hac inquisitione, non quaeritur quid Christus, qui uerus deus & uerus homo fuit, habuerit & habeat in hoc seculo potestatis & autoritatis, nec quid aut quantum horum conferre potuerit beato Petro, & reliquis apostolis, ac ipsorum successoribus, episcopis seu presbyteris, quonia de his non dubitant Christi fideles in propositis quaeritis. Sed uolumus & debemus inquirere, quam potestatem & autoritatem exercendam in hoc seculo, Christus eisdem conferre uoluerit, & de facto contulerit, & à qua ipsos excluderet & prohiberet consilio uel præcepto. Eos enim talem potestatem & autoritatem habuisse à Christo, tenemur credere, qualem per uerba scripturæ sibi traditam conuincere possumus non aliam. Certum enim est omnibus Christi fidelibus, quod Christus, qui uerus deus & uerus homo fuit, conferre potuit, ne dum apostolis, uerum etiam quibuslibet alijs, autoritatem seu iurisdictionem coactiuam in hoc seculo, supra omnes mundi principes seu principatus & singulares personas alias omnes: & hac amplioram fortasse ut creandi entia, destruendi atque reparandi caelum & terram, & quae in eis sunt, & etiam angelis simpliciter imperandi, quod tamen nec Christus contulit eis, nec conferre decreuit. Vnde Augu. in sermone decimo de uerbis domini super Matthaeum, sic inquit. Discite à me non mundum fabricare, non cuncta uisibilia & inuisibilia creare, non in ipso mundo miracula facere, & mortuos suscitare. Sed quonia mitis sum & humilis corde. Ideoque secundum praesentem intentionem ostendere sufficit, & ostendam primo, quod Christus ipse non uenit in mundum dominari hominibus, nec ipsos iudicare iudicio tertiae significationis, nec principari temporaliter, sed magis subijci secundum statum & conditionem praesentis seculi; quinimò quod à tali iudicio

*Qualē potestatem habeat papa*

*Christū non uenisse ut dominetur.*

iudicio seu principatu, secundum propositū excludere uoluit & exclusit seipsum & apostolos ac discipulos etiam suos, ipsorumque successores consequenter episcopos seu presbyteros ab omni principatu seu mundano regimine tali, coactiuo scilicet, exclusit exemplo & per sermonem etiam cōsilio uel praecepto. Idem quoque ostendā apostolos praecipuos tanquam Christi ueros imitatores fecisse, suosque successores facere docuisse. Amplius quoque tam Christum, quam ipsos apostolos uoluisse subesse atque subfuisse continuo coactiuæ iurisdictioni principum seculi, realiter & personaliter, aliosque omnes quibus legem praedicauerunt ueritatis, aut per scripturam mandauerunt, idem facere docuisse atque praecipisse sub poena damnationis aeternae. Deinde uero capitulum faciam de potestate seu autoritate clauium, tradita per Christum apostolis, & ipsorum in officio successoribus, episcopis & presbyteris, ut tam Romani episcopi, quam aliorum appareat, quae, qualis, quantāue sit potestas huiusmodi. Ipsius etenim ignorantia extitit haecenus, & in praesentiarum est, origo multarum quaestionum & damnosarum litium inter Christianos, ut in huius dictionis primo aliquo tangebatur.

*Christus seipsum  
& Apostolos a  
mundano regno  
exclusit.*

Prosequentes itaque proposita monstrare uolumus, quod ab officio principatus siue contentiosae iurisdictionis, regiminis seu coactiuo iudicij cuiuslibet in hoc seculo secundum propositum siue intentionem, sermonem, & operationem, seipsum & apostolos Christus excludere uoluit & exclusit. Hoc autem primū apparet indubie per seriem euangelicā Ioannis xviij. Dū enim Christus accusatus esset pontio Pilato uicario Romani principis in Iudaea, ex eo quod se dixisset regem Iudaeorum, interrogante Pilato, an haec dixisset, aut si se regem diceret, respondit inter caetera Christus ad Pilati quaesitum, uerba haec. Regnum meum non est de hoc mundo, id est regnare non ueni regimine seu dominio temporali, quomodo regnant mundani reges, cuius quidem probationē subdit ipsemet Christus per signum euidentem, cum dixit. Si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei utique decertarent, ut non traderer Iudaeis. Quasi sic argueret Christus. Si uenissem regnare in hunc mundum mundano regimine seu coactiuo haberem ministros huius regiminis, decertatores scilicet, ac transgressorum coactores, quemadmodum caeteri reges habent, sed tales ministros non habeo, ut tu manifeste uidere potes. Vnde glossa interlinearis, apparet quod nullus defendit. Et hoc est quod iterato resumens Christus ait. Nunc autem regnum meum non est hinc, de quo scilicet docere ueni. Quas siquidem euangelicas ueritates sancti & doctores exponentes, sic inquirunt, & primum

*Regnum Christi.*

primū beatus Augustinus in hæc uerba, dicens. Quod si Pilato in-  
 terrogante continuo respondisset, nō etiā ludæis, sed solis gentibus  
 hoc de se opinantibus respondisse uideretur. Sed post responsionē  
 Pilati iam ludæis & gētibus opportunius aptiusq; respōdit. Quali  
 diceret. Audite ludæi & gētes, non impedio dominationem uestrā  
 in hoc mundo, quid uultis amplius? uenite credēdo ad regnū quod  
 non est de hoc mundo, quid enim est regnum eius nisi credentes in  
 eum? Ecce de quo regno docere atque disponere uenit, quoniā de  
 actibus quibus peruenitur ad regnum æternum, fidei scilicet, ac re-  
 liquarum theologicarum uirtutum: neminē tamen ad hoc cogen-  
 do, ut infra patebit. Duo nanq; coactiua dominia respectu eiusdē  
 multitudinis nō subinuicē posita se impediunt, ut in viij. primæ mon-  
 stratum est, Christus autem horum dominium non uenerat impedi-  
 re, ut dixit Augustinus. Vnde super illud Ioannis eodem. Gens tua  
 & pontifices tui tradiderunt te mihi, quid fecisti? Satis inquit Augu-  
 stinus, ostendit illud pro crimine obiectum, tanquā diceret, si te re-  
 gem negas, quid fecisti, ut tradereris mihi, quasi mirum non esset, si  
 puniendus iudici traderetur, qui se diceret regem. Ecce secundum  
 Augustinum: quod ni mirum, si puniendus fuisset Christus, si se re-  
 gem secularem dixisset, ignorantibus præsertim ipsum esse deum,  
 & quod regē se fore negauit, & de quo regno seu regimine coacti-  
 uo uidelicet legis transgressorum in hoc seculo. Vnde etiā super il-  
 lud Ioannis eodem. A temetipso dicis hoc, an alijs tibi dixerunt? Dix-  
 it Christus Pilato, inquit Theopō, ac si diceret, Christus scilicet Pi-  
 lato. Si hoc ex teipso loqueris, pande signa meæ rebellionis, at si ab  
 alijs percepisti, inquisitionem fac ordinariam. Hoc autē quod dicit  
 Theopompus non debuisset dicere Christus, quod uidelicet Pila-  
 tus inquisitionem de ipso faceret ordinariā, quinimò dicere debuis-  
 set hanc inquisitionem ad ipsum nō pertinere, ex quo sibi secūdam  
 aduersantium opinionem de iure subiectus nō erat uel esse nolebat  
 in iurisdictione siue iudicio coactiuo. Rursum super illud, regnū meū  
 non est hinc, dicit Chrysostomus, Non priuat mundum à sua proui-  
 dentia & prælatione, sed ostendit regnum suum non esse humanū,  
 neque corruptibile. Omne autem regnum in hoc seculo cuiusq; coa-  
 ctiuum, est humanū corruptibile. Amplius super illud Ioānis eodē.  
 Tu dicis quia rex sum ego, Inquit Augustinus. Non quia regem se-  
 timuit confiteri, sed ita libratū est, ut neq; se regē neget, neq; regē ta-  
 lem se esse fateat, cuius regnū putetur esse de hoc mundo. Dictū est  
 enim, tu dicis, ac si diceret, Carnalis carnaliter dicis de regimine car-  
 nali, & actuum temporalium contentiosorum & carnalium secundū tertiā  
 signi-

significationem huius nominis temporale: tales enim carnales uocabat Apostolus primæ ad Corinth. iij. Apparet igitur ex prædictis quod de carnali seu temporali regimine, uel iudicio coactiuo Christus in mundum disponere non uenit neq; docere, sed de spiritali regno siue cælesti: de hoc enim solūmodo loquebatur, & quasi prædicabat semper, ut ex euangelica serie palàm est, tam ex ipsius literali quàm mystico sensu. Et propterea sæpissime legimus ipsum dixisse. Simile est regnum cælorum, &c. de mūdano uero rarissime, aut ipsum docendo spernere. In cælesti nanq; regno se præmia uel supplicia daturū promittebat, secundū merita uel demerita operantium, nunquā tamen talia promisit in hoc seculo se facturū, sed magis e contrario huius seculi principantibus agit. Quoniam ut plurimum iustos & bonorū operatores affligit in hoc seculo, uel affligi sinit, & sic ad sui regni præmiū perducit. Omnes enim qui placuerūt deo per multas tribulationes transierunt, ut scribit Iudith viij. E contrario uero principes huius seculi seu iudices regni mundani, faciūt & facere debent, seruando iustitiam. Quoniā legū obseruatoribus præmia, & malorū patratōribus supplicia in hoc seculo distribuūt, recte agentes, contraria uero facientes peccarent cōtra legē humanam atque diuinā. Rursum ad principale per id quod Christus opere seu exemplo monstrauit. Legitur enim Ioannis vi. quod Iesus, cum cognouisset, quia uenturi essent ut raperent eum & facerēt eum regem, fugijt iterū in montem ipse solus. Vbi glossa Interlinearis. A quo descendit pascere turbas, prospera mundi docens fugere, & contra ea orare. Certū est igitur, quod Christus fugijt principatum, aut suo nihil nos docuisset exemplo, quem sensum adiuuat expositio beati Augustini, dicentis, quod fideles Christiani sunt regnum eius, quod modo colitur modo emitur sanguine Christi. Erit autem aliquando manifestum regnum, quādo erit aperta claritas sanctorū eius post iudiciū ab eo factū. Discipuli autē & turbæ credentes in eum putauerūt eū sic uenisse, ut iam regnaret. Ecce quod sancti per regnum Christi in hoc seculo nunq; intellexerunt temporale dominiū aut iudiciū actuū cōtentiosorū, & executionē per coactiuam potestatem in legū trāsgressores in hoc seculo, sed per ipsius regnum & regnū in hoc seculo intellexerunt doctrinā fidei & regimen secundū ipsam ad regnū cæleste. Quod quidem regnum dicit Augustinus futurum manifestum post eius iudicium in alio seculo. Iterum dicit, quod putare ipsum regnare tunc, quemadmodū turbę putabant, erat eū rapere, id est indebite trahere, ac de ipso aestimare. Vbi Chrysostomus etiam, Et ppheta iam erat apud eos, Christus

*Christū de spiritali regno loquutū fuisse.*

*Christus regiā dignitatem sumiebat.*

*Regnū cælorū.*

stus

stus scilicet, & regem eum inthronizare uolebāt, propter gulam scilicet, quia pauerat eos, Christus autem fugiit, erudiens nos mundanas contēnere dignitates. Amplius ostenditur idem euidentissime uerbo & exemplo Christi, ubi Lucae xij. habetur hæc series. Ait autē ei quidā de turba. Magister, dic fratri meo, ut diuidat mecum hæreditatem. At ille, Christus scilicet, dixit ei. Homo, quis me constituit iudicem aut diuisorem super uos? Quasi diceret, propter hoc officium exercendum non ueni, nec ad hæc missus sum, per iudicium scilicet lites ciuiles dirimere, quod tamē nulli dubiū est opus propriissimum principātium seu iudicū seculi. Et licet re uera series euangelica patentissime contineat & demōstret propositū nostrū, amplius q̄ glossæ sanctorū, eo quod sensum literalem, qualem dicimus, tamq̄ manifestū supponētes, ubiq̄ se magis ad allegoricum seu mysticū conuerterunt, eas tamē induximus ad maiorem propositi cōfirmationem, & ne temerarie scripturam dicamur exponere. Hæc igitur uerba Christi beatus Ambrosius exponēs ait. Bene ergo terrena declinat, qui propter diuina descenderat, nec iudex dignatur esse litium & arbiter facultatum, uiuorū habēs mortuorūq̄ iudicium, arbitriumq̄ meritorū. Et parum post subdit. Vnde non immerito refutatur hic frater, qui dispensatorem cælestium gestiebat corruptibilibus occupare. Ecce quid sentit Ambrosius de Christi officio in hoc seculo, dicit enim quod bene terrena declinat, id est iudicia contentiosorum agere, qui propter diuina, id est spiritualia docenda & ministranda descenderat, in quo ipsius & suorum successorum signauit officiū, cælestia uidelicet seu spiritualia dispensare. Spiritualia inquam, de quibus dixerat idem primē ad Corinth. nono, & supra induximus secundo huius in significatione tertia huius nominis spirituale. Nunc uero cōsequēter restat ostēdere, Christum ipsum non solum huius seculi principatum seu coactiuum iudicium in hoc seculo recusasse, propter quod sic agendi apostolis & discipulis suis ac ipsorum successoribus dedit exemplum, uerū etiā ipsum sermone docuisse, ac exemplo monstrasse, cunctos tam sacerdotes quàm non sacerdotes subesse debere realiter & personaliter coactiuo iudicio principū huius seculi. Sermone quidē igitur & exemplo sui monstrauit Christus hoc primū in realibus, per id quod habetur Matth. xxij. nam interrogantibus ludæis ab ipso. Dic nobis quid tibi uideatur, licet censum dare Cæsari an nō? His Christus inspecto denario & illius superscriptione, respondens ait. Reddite ergo quæ Cæsaris sunt Cæsari, & quæ dei deo. Vbi glossa interlinearis, id est tributū & pecuniā. Ambrosius uero super illud. Cu-

*Christū noluisse  
se arbitriū agere.*

• ius est imago & superscriptio hæc? inquit sic. Sicut Cæsar exigit impressionem suæ imaginis, sic & deus animam, lumine uultus sui insignitam. Attende igitur quid Christus exigere uenit in mundum. Chrysostomus autē sic ait. Tu autem cum audieris, redde quæ sunt Cæsaris Cæsari. Illa scito dicere eum solum, quæ in nullo pietati nocent, quia si aliquid tale fuerit, non adhuc Cæsaris est, sed diaboli tributum. Ecce quod in omnibus Cæsari subesse debemus, dum modo non repugnent pietati, id est diuino cultui seu mandato. In rebus ergo subijci uoluit Christus principi seculari. Hæc quoque fuit palam sententia beati Ambrosij, huic Christi sententiæ innitens, dixit enim in epistola cōtra Valentianum, quæ intitulatur ad plebē. Soluimus quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt dei deo. Tributū Cæsaris est, non negatur. Ostenditur autem rursum idem ex Matthæi xvij. ubi sic scribitur. Accesserūt qui didrachma accipiebant, ad Petrum, & dixerūt. Magister uester nō soluit didrachma? & cōsequenter paucis interpositis, subditur quod Christus dixit Petro. Vt autem non scandalizemus eos, uade ad mare, & mitte hamum, & eum piscem qui primus ascenderit, tolle & aperto ore eius inuenies staterem, illum sumens, da eis pro me & te, nec dixit tantummodo dominus, da eis, sed dixit, da eis pro me & te. Hieronymus autem dicit hic, dominus noster secundum carnem & secundum spiritum, filius regis erat, uel ex dauid stirpe generatus uel omnipotētis patris uerbum. Ergo tributa quasi regum filius non debebat. Et infra subiungit. Quamuis ergo liber esset, quia humilitatē carnis assumpserrat, debuit omnem iustitiā adimplere. Origenes autem super illud uerbum Christi. Vt autem non scandalizemus eos. Magis ad propositum & euangelistæ sententiam, inquit sic. Consequens autē est intelligere, ex uerbis Christi scilicet, quoniam quoties exurgunt quidam, qui per iniustitiam tollant nostra terrena, Reges huius terræ eos transmittunt ut exigant à nobis quæ sunt ipsorū. Et suo exemplo, prohibet dominus aliquod scandalū fieri, etiam huiusmodi hominibus, siue ne amplius peccent, siue ut saluentur. Filius enim dei qui nullum opus fecit seruire quasi habens formam serui, quam propter hominem suscepit, tributū & censum dedit. Quo igitur modo ex uirtute uerborum euangelicæ scripturæ, sunt exempti episcopi & presbyteri ab hoc, nec uniuersaliter à principum iurisdictione, nisi gratiosa eorum concessione, cum Christus & Petrus exemplum præbentes alijs, tributa soluerint? Et licet Christus secundum carnem de stirpe regia, hoc nō debuisset fortasse, Petrus tamen de stirpe regia non existens, ne talem exemptionis habebat causam, si-  
 cut

cut nec habere uoluit. Quod si Christus putasset incōueniens, futuros sibi successores in officio sacerdotali tributa soluere, ac ipsorum temporalia subiecta fore principibus seculi, potuisset ipse absque mali exempli exhibitione, uidelicet subiiciendi sacerdotium iurisdictioni principum seculi, aliter ordinasse atque expediuisse illos exactores didrachmæ, ut puta remouendo ipsis petendi talia intentionem, aut alio conuenienti modo. Sic autem facere non reputauit cōueniēs, quinimò soluere uoluit, singulariter inter apostolos Petrum sibi associans in hoc. Qui tamen, secundum quod dicitur decimo sexto huius, Ecclesiæ præcipuus doctor & pastor futurus erat, ut tali exemplo, aliorum nullus hic facere recusaret. Hanc scripturæ seriem ex Matthæi decimosextimo iam adductam, sic intelligēs beatus Ambrosius, ut prædiximus in epistola, cui titulus, de tradendis basilicis, inquit. Tributum petit Imperator, scilicet, nō negatur, agri ecclesiæ soluunt tributum. Et quibusdam interpositis ad propositum magis ait. Soluimus quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt dei deo. Tributum Cæsaris est nō negatur. Hanc rursus præinductæ scripturæ, quam diximus fuisse sententiā, amplius exprimens beatus Bernardus in epistola quadam ad Archiepiscopum Senonensem, sic inquit. Hæc isti scilicet, qui suggerūt subditos suis superioribus rebellare, Christus aliter & iussit & gessit. Reddite ait quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt dei deo. Qd' ore locutus est, mox opere implere curauit. Conditor Cæsaris, Cæsari non cunctatus est reddere censum. Exemplum enim dedit uobis, ut & uos ita faciatis. Quando uero dei sacerdotibus debitam negaret reuerentiam, qui hanc quoque secularibus potestatibus exhibere curauit? Et debemus attendere quod dixit Bernardus, Christum curando secularibus potestatibus tradere censum, ipsum exhibuisse debitā reuerentiam, nō ergo coactam, quoniam huiusmodi census & tributum debetur principibus à quocunq;. Vt sequenti capitulo adducemus ex Apostolo ad Romanos xiiij. & glossis sanctorum atque doctorum ibidem, quamuis forte non omnis census à quibuscunq; debeatur ubiq;, ut illius pedagij quod ab incolis non debebatur, quamuis custodes seu exactores illud quandoq; à quibusdam incolis siue terrigenis simplicibus, quales erant Apostoli, minus debite peterent & exigerent. Et propterea cōformiter Origeni, quē credo in hac parte magis habuisse intentionem Euangelistæ, quàm Hieronymum, Dico, quod consuetum uidebatur & fortasse statutum cōmuniter in omnibus regnis, incolas siue indigenas non soluere pedagia, sed alienigenas. Et ideo dixit Christus Petro. Reges terræ à quibus accipiunt

*De soluendo  
tributo.*

*Tributum.*

capiunt tributum? &c. per tributū significās illud pedagium quod  
 exactores didrachmæ colligebant, tributum nanq̄ secundū quod  
 nomen cōmune est ad omnem censum, Christus non negauit filios  
 terræ indigenas debere, quinimò de tali postmodum dixit, nemi-  
 nem eximendo, Reddite quæ Cæsaris sunt Cæsari, quod etiā Chri-  
 sto conformiter expressit Apostolus ad Romanos xij. dum dixit.  
 Ideo enim tributa præstatis, principibus scilicet, ministri enim dei  
 sunt. Per filios ergo intellexit Christus filios regnorum, siue terrarū  
 id est inde natos siue oriundos, alioquin sermo eius non uideretur  
 fuisse ad propositum, nam in plurali locutus est tam pro se quàm p̄  
 Petro, quem constat nō fuisse filium talium regum, de quibus dixit  
 Hieronymus. Amplius, quoniā si Christus erat de stirpe Dauid se-  
 cundum carnem, sic & alij plurimi Iudæorum, quibus fortasse non Pe-  
 trus. Rursum, quoniam per Dauid nec aliquem ex ipsius semine,  
 tunc exigebatur tributū, sed per Cæsarem, quid ergo dixisset Chri-  
 stus, reges terræ, &c. Ergo filij liberi sunt, de rege cęlesti nihil dicēs,  
 constat autem etiam Christum neq̄ Petrum filios fuisse Cæsaris se-  
 cundum carnem, neq̄ secundum spiritum. Adhuc quid quęsiuisset  
 Christus quæstionē præmissā: omnibus enim constat filios regū  
 secundū semen, non soluere tributa parentibus. Non igitur fuisse ui-  
 detur expositio Hieronymi sic consona scripturæ, quemadmodum  
 Origenis. Voluit autem Christus ex uerbis prædictis, tributa etiā  
 indebita alicui, & quandoq̄ soluere potius, & apostolos & sibi suc-  
 cessores soluenda docere, quàm pro talibus contendere. Hæc enim  
 fuit iustitia consilij non præcepti, quā Christus pro humilitate car-  
 nis quā sumpserat uoluit adimplere ac adimpleri docere, quod etiā  
 instar Christi docebat apostolus fieri. Vnde primę ad Corinthios  
 sexto. Quare non magis iniuriam accipitis? quare non magis frau-  
 dem patimini? quàm ut prædixerat inuicem contendatis.

Amplius, nec solum quantum ad realia monstrauit Christus se  
 subesse iurisdictioni coactiuæ principis seculi, uerum etiam id osten-  
 dit in se, quantum ad personalem, qua nullam iurisdictionem maio-  
 rem in ipsum aut alium princeps habere potuit, propter quod etiā  
 uocatur hæc iurisditio à Romano legis latore merū imperium. Hoc  
 autem potest euidenter ostendi ex Matthæi xxvij. nam ut ibidem  
 legitur & apparet, Christus se capi permisit, ad Pilati duci præto-  
 rium, qui uicarius erat Imperatoris Romani, & per ipsum demum  
 tãquam iudicem coactinæ potestatis se sustinuit extremo supplicio  
 iudicari & tradi. Nec contra ipsum tanquam contra nō iudicem re-  
 clamauit, licet fortasse significauerit se pati minus iustum iudicium.

Con



Constat autem quod tale iudicium atque supplicium per sacerdotes subire potuisset si uoluisset, si inconueniens iudicasset futuros sibi successores principibus seculi subiici, & per ipsos iudicari. Quod quia sententia hæc seriōsius scripta est Ioannis xix. idcirco adducā hic, quod habetur ibidem. Dum ergo Christus ad Pilatum Cæsaris uicarium esset adductus, accusatus etiā ex eo quod se regem Iudæorū atque filium dei dixisset, Pilato quoque interrogante Iesum, Vnde es tu? Iesu autem ad hoc ei nullum dante responsum, dixit Pilatus ad ipsum uerba consequentia, & nostro proposito attinentia, quorum series talis est. Dicit ergo ei Pilatus, Mihi non lequeris, nescis quia potestatem habeo crucifigere, & dimittere te? Respondit Iesus. Non haberes potestatem aduersum me ullam, nisi datū esset tibi desuper. Ecce quod Iesus non negauit Pilatum habere potestatem ipsum iudicandi, & in ipsum iudiciū exequendi. Nec dixit, hoc nō pertinet de iure ad te, imō de facto id facis. Sed addidit Christus hanc potestatem Pilatum habere desuper, quomodo desuper? Respondet Augustinus. Discamus ergo quod dixit, Christus scilicet, quod & Apostolū docuit, Paulū uidelicet ad Romanos xij. Quid ergo dixit Christus? quid Apostolū docuit? quia nō est potestas, id est autoritas iurisdictionis nisi à deo, quicquid sit de actu male utentis ea. Et quia plus peccat qui innocentem occidēdum potestati liuore tradit quàm ipsa potestas si eū timore alterius potestatis maioris occidit. Talem quippe deus dederat illi potestatem Pilato scilicet, ut esset etiam sub Cæsaris potestate. Fuit ergo iudicialis coactiua potestas Pilati supra Christi personam à deo, sicut aperte Christus confessus est, & Augustinus palā expressit. Et aperte dixit Bernardus ad Archiepiscopum Senonensem epistola quadam. Cum, ut inquit, Romani præiudis potestatem, Christus super se quoque fateatur cælitus ordinatam, loquens de potestate Pilati, & super hunc locum scripture. Si ergo Pilati iudiciaria potestas coactiua in Christum fuit à deo, quanto magis & supra ipsius temporalia seu carnalia bona, si qua Christus possedisset aut habuisset. Quod si supra Christi personam & ipsius temporalia, quanto magis supra personas & temporalia omnium apostolorum, & suorum successorum, omnium episcoporum seu presbyterorum? Fuit autem hoc non solum uerbo Christi monstratum, sed operis consummatione firmatum. Nam per Pilatum eundem pro tribunali sedentem, lata fuit in Christum sententia capitalis, & per ipsius autoritatem, illius executio facta sententiæ, Vnde Ioannis eodem habetur hæc series. Pilatus ergo cum audisset hos sermones adduxit foras Iesum, & sedit p

tribunali. & subditur paucis interpositis. Tunc ergo tradidit eis illum, Iesum scilicet, ut crucifigeretur. Fuit autē de Christo talis Apostoli sententia, dum dixit ad Galatas tertio. At ubi uenit plenitudo temporis, misit deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ergo & sub iudice, cuius erat iudicare atque præcipere secundū legem, qui tamen non erat episcopus aut sacerdos.

Nec à se tantum Christus excludere uoluit seculi principatum seu iudicalem coactiuam potestatem, uerum etiam à suis Apostolis hanc exclusit, tam ipsorū inuicem quàm ad alios. Vnde Matthæi uigesimo, & Lucæ uigesimosecundo habetur hæc series. Facta est autem contentio inter eos, id est apostolos, quis eorum esset maior. Dixit autem eis, Christus scilicet. Reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos, benefici uocantur. In Matthæo uero habetur hæc clausula sic. Et qui maiores sunt, potestatem exercent in eos, uos autem non sic. Sed qui maior est in uobis stat sicut iunior, & qui præcessor, sicut ministrator. Nam quis maior est, qui recumbit, an qui ministrat? nōne qui recumbit? Ego autem in medio uestrorum sum sicut qui ministrat. Sed quicumque uoluerit inter uos maior fieri, sit uester minister. Et qui uoluerit inter uos primus esse, erit uester seruus, sicut filius hominis non uenit ministrari, sed ministrare, id est seruire in temporalibus, non dominari uel par esse. Nā in ministerio spirituali erat primus, non seruus in medio apostolorum. Vbi Origenes. Scitis quia principes gentiū dominantur eorum, id est non contenti tantum regere suos subditos, uiolenter eis dominari nituntur, id est per potentiam coactiuam si oporteat. Inter uos autem qui estis mei, non erunt hæc, Quoniam sicut omnia carnalia in necessitate sunt posita, spiritualia autem in uoluntate, sic & qui principes sunt spirituales, id est prælati, principatus eorum in dilectione debet esse positus, non in timore. Chrysostomus autem inter cætera dicit hæc, quæ ad propositum sunt. Principes mundi ideo sunt, ut dominentur minoribus suis, & eos seruituti subijciant & expolient, supple si demeruerint & usq; ad mortem eis utantur ad suam, id est principantis utilitatem & gloriam. Principes autem ecclesiæ, id est prælati fiunt, ut seruiant minoribus suis & ministrent eis, quæcunque acceperunt à Christo, ut suas utilitates negligant & illorum procurent, & mori non recusent pro salute inferiorum. Primatum ergo ecclesiæ concupiscere neque iustum, neque utile. Quis enim sapiens uult ultro subijcere se seruituti & periculo tali, ut det rationem pro omni ecclesia? nisi forte qui nō timet.

*Ecclesiastici diligant, non dominantur.*

timet dei iudicium, abutens primatu suo ecclesiastico seculariter, ita ut conuertat illum in secularem. Quid ergo de secularibus iudicijs coactiuis habent se intromittere sacerdotes? non enim debent temporaliter dominari, sed seruire Christi exemplo & præcepto. Vnde Hieronymus. Deniq; sui proponit exemplum, Christus scilicet, ut si dicta ipsius, supple paruipenderent apostoli, erubescât ad opera temporaliter dominari. Vnde Origenes super illo. Et dare animam suam redemptionem pro multis, inquit sic. Ecclesiarum ergo principes imitari debent Christum accessibilem, & mulieribus loquentem, & pueris manus imponentem, & discipulis pedes lauantes, ut & ipsi similiter faciant fratribus. Nos autem tales sumus (loquitur de prælatis sui temporis) ut etiam principum mundi excedere superbiam uideamur, uel non intelligentes uel contemnentes mandatum Christi, & quærimus sicut reges, acies præcedentes & terribiles. Quod quia hæc facere, contemnere, uel ignorare Christi mandatum est, primum sunt de hoc monendi prælati, quod faciemus ex hoc tractatu, ostendendo quid ipsis autoritatis conueniat, deinde si contempserint, se corrigere, compellendi sunt atque cogendi per seculi principes, ne mores aliorum corrumpant. Hæc igitur dicta sunt super Matthæum, super Lucam uero dicit Basilus. Decet autem & corporale obsequium ab his qui præsidet offerri exemplo domini lauantis pedes discipulorum. Dixit ergo Christus, Principes gentium dominantur eorum, uos autem, scilicet apostoli non sic. Non igitur Christus rex regum & dominus dominantium eis potestatem exercendi secularia principum iudicia tradidit, neque in quenquam potestatem coactiuam, Sed hanc ipsis aperte prohibuit, cum dixit, Vos autem non sic. Et idem cōsequenter tenendum de omnibus apostolorū successoribus, episcopis siue presbyteris. Hoc est etiam quod beatus Bernardus aperte dicebat ad Eugenium, de consideratione, libro secundo, capitulo quarto, tractans illud Christi iam dictum. Reges gentium dominantur eorum, &c. inquit enim inter cætera. Quod habuit apostolus, Petrus uidelicet, hoc dedit, sollicitudinem ut dixi super ecclesias, nunquid dominationem? audi ipsum. Non dominantes, ait de clero, sed forma facti gregis. Et ne dictum sola humilitate putes, ne etiã ueritate, uox domini est in euangelio. Reges gentiū dominant eorū, & qui potestatem habent super eos, benefici uocant. Et infert. Vos autem nō sic. Planū est, apostolis interdicitur dominatus, ergo tu usurpare aude, aut dominus apostolatū, aut apostolicus dominatū, plane ab utroque prohiberis

*Ecclesiastici seruire debent, nō dominari.*

DEFENSORIS PACIS AD IMP. CAES. LVDO

si utrunq; simul habere uoles, perdes utrunq;, alioquin nō te illorū numero putes exceptum, de quibus queritur deus sic. Ipsi regnarunt & non per me: principes extiterunt, & non cognoui eos. Ex adductis itaq; ueritatibus euangelicis, & sanctorum & aliorū approbatorum doctorum interpretatoribus earum, apparere debet omnibus euidenter, Christum seipsum exclusisse seu excludere uoluisse, tam sermone quā opere, ab omni principatu seu regimine, iudicio coactiuo seu potestate mundana, ipsumq; seipsum principibus & seculi potestatibus, coactiua iurisdictione uoluisse subiectum.

DE CANONICIS APOSTOLORVM ORACVLIS ET  
expositionibus sanctorum atque doctorum, qui-  
bus aperte conuincitur idem quod ex capi-  
tulo præcedenti. Cap. V.



Elíquum autem & his habitū est ostendere, hanc eandem fuisse sententiam atque doctrinam præcipuorum Christi apostolorum, Pauli quidem primum, ij. ad Timotheum ij. ipsum quem statuerat episcopum seu presbyterum admonentis se mundanis non immiscere negotijs. Inquit enim ipse. Nemo militans deo implicat se secularibus negotijs. Vbi glossa secundum Ambrosium. Quia nemo in spiritualibus militans deo, qui non potest diuidi duobus contrarijs seruis, sicut nemo potest duobus dominis seruire, implicat se secularibus negotijs quibuslibet. Et dixit quibuslibet, nullum excipiendo. Cum igitur negotiorum omnium secularissimum sit principatus seu iudicium coactiuum contentiosorum actuum, quoniam omnia secularia negotia seu seculares actus humanos ciuiles ordinat & regulat, ut demonstratū est decimoquinto primæ, ipsum maxime fugiendum præcipit Apostolus ab eo, qui debet deo militare, spiritualia scilicet ministrando, qualis esse debet episcopus & sacerdos quicunq;. Hanc autem, quā diximus Apostoli fuisse, sententiā aperit ipsius series primæ ad Corinthios sexto, cum dixit. Secularia igitur iudicia si habueritis, contemptibiles qui sunt in ecclesia cōstituite ad iudicandum. Ibi enim loquebatur Apostolus ad omnes fideles & ecclesiam proprijsime dictam secundum ultimam significationem uidelicet, quam siquidē Apostoli seriem sic exponit glossa secundum Ambrosium & Augustinum. Si secularia negotia, &c.

Con

Contemptibiles, id est aliquos sapiētes, qui tamen sunt minoris me-  
 riti supple quàm presbyteri & doctores euangelij. Cōstituite ad iu-  
 dicandum. Et redditur causa quare non ministros euangelij. Apo-  
 stoli enim circumeuntes talibus non uacabant. Sapiētes ergo qui  
 in locis consistebant fideles & sancti, nō qui hāc atque illāc propter  
 euangelium discurrebant, talium negotiorū examinatores esse uo-  
 luit. Aliam uero causam huius assignat glossa secundū Gregorium  
 in moralibus, & iudicio meo recte ad intētionē Apostoli. Cur enim  
 debent contemptibiles, &c. non episcopi uel sacerdotes ad secula-  
 ria officia exercenda cōstitui? inquit Gregorius. Vt uidelicet hi ter-  
 renas causas examinent, qui exteriorum rerum, id est actuum secula-  
 riarum seu ciuiliū sapientiam perceperunt. Qui autem spiritualibus  
 donis ditati sunt, terrenis nō debent negotijs implicari. Vt dū  
 non cogūtur inferiora bona disponere, ualeant bonis superioribus  
 deseruire. Ecce apertissimam Apostoli & sanctorū intētionē esse,  
 quam diximus de officio sacerdotibus per Apostolum interdicto.  
 Quod etiam exprimens Bernardus ad Eugenium de consideratio-  
 ne, libro primo, cap. quinto sic ait, ad Romanos & reliquos episco-  
 pos sermonē dirigens. Ergo in criminibus nō in possessionibus po-  
 testas uestra, propter illa siquidem, & nō propter has accepistis cla-  
 ues regni cælorū, præuaricatores itaq; exclusuri non possessiones,  
 ut sciatis, ait, quia filius hominis potestatem habet dimittendi pecca-  
 ta. Et infra subdit. Quæ nam tibi uideēt maior dignitas & potestas,  
 dimittendi peccata an prædia diuidendū? habent hæc infima & ter-  
 rena iudices suos reges & principes terræ. Quid fines alienos inua-  
 ditis? Non pertinet igitur ad officium episcopi siue presbyteri con-  
 tentiosos actus carnales siue temporalia iudicare iudicio coactiuo.  
 quinimò se talibus immiscētes episcopi siue presbyteri alienos fi-  
 nes inuadūt, id est alienū perturbant officiū & falcem in alienā mes-  
 sem extendunt secundū Bernardū. Voluit ergo Apostolus eos iudi-  
 care coactiuo iudicio, qui nō sunt ordinati ad ministrandū in euan-  
 gelio, & qui exteriorū rerū scientiā, id est actū ciuiliū perceperunt.  
 Cū igitur à tali iudicio, nemo delinquēs sit exemptus, apparet tam  
 sacerdotes quàm non sacerdotes principantium coactiuo iudicio  
 fore subiectos. Et est hic diligenter aduertēdum, quod Aposto-  
 lus generaliter scribens fidelibus de Corinth. sicut ex salutatione  
 apparet, & quia in ecclesia reponit contemptibiles, id est seculares  
 secundū glossę interpretationem nō dixit, Cōtēptibiles constituo,  
 nec alium quē ad iudicandū secularia negotia quæ habueritis.  
 Nec etiam sui uice aliquem reliquit ibidem ad talia iudicandū, aut  
 tales

tales iudices constituendū. Quod tamen fecisset aut facere debuisset, si hoc ad suum officium & auctoritatem pertinuisset, quemadmodum de presbyteris & episcopis fecit. Illos enim in locis fidelium instituebat, & aliorum institutionem eis facere præcipiebat seu cōmittebat, sicut apparet primæ ad Timoth. tertio, & ad Titū primo. Ad Titum enim ait. Huius gratia reliqui te Crete, ut ea quæ defunt corrigas, mala scilicet in peccantibus, & bonum addas, ut dicit glossa. Et cōstituas per ciuitates presbyteros. De secularibus uero iudicibus, quoniam hi per humanam electionem habent institui secundū modum quem assignauimus xv. primæ, dixit Apostolus. Cōstituite, ad fideles omnes loquens. Quoniam horū est auctoritas hæc, nec dixit alicui episcopo uel sacerdoti, constituas, quemadmodū de sacerdotibus fecit, nec seculares actus per episcopos aut presbyteros iudicari præcepit, sed potius interdixit. unde Bernardus, ubi supra. Audi tamen Apostolū quid de huiusmodi sentiat. Sic nō est sapiēs inter nos, ait ille, qui iudicet inter fratrē. Et infert, ad ignominia uobis dico. Cōtēptibiliores qui sunt in ecclesia illos cōstituite ad iudicium, gradum contemptibilium itaq; secundum Apostolū indigne tibi usurpas tu apostolicus officium uile. Vnde & dicebat episcopus Apostolus scilicet, episcopū instruens, nemo militans deo, implicat se negocijs secularibus. Et subdit, putas ne hæc tēpora sustinerent, si hominibus litigantibus pro terrena hæreditate & flagitantibus, abs te iudicium uoce domini responderes. O homines, quis me constituit iudicē super uos in quale mox iudicium tu uenires. Quod diceret homo rusticanus & imperitus, ignoras primatum tuum, ignoras summam & præexcellam sedem, derogas apostolicę dignitati. Et tamen non monstrabunt, puto, qui hoc dicerent, ubi aliquando quispiam apostolorū, iudex sederit hominum, aut diuisor terminorum, aut distributor terrarum. Stetisse deniq; lego apostolos iudicandos, sedisse iudicantes nō lego. Erit illud nō fuit, ita ne imminutor est dignitatis seruus, si nō uult esse maior eo qui misit se? Aut filius si nō transgreditur terminos, quos posuerūt patres sui? Quis me constituit iudicem? ait ille magister & dominus. Et erit iniuria seruo discipuloq; nisi iudicet uniuersos? Dixit ergo Bernardus, successorem apostolorū indigne sibi usurpare officium iudiciale. Et hæc rursum subiungens ait. Mihi tamen nō uidetur æstimator bonus rerū qui indignum putat apostolis seu apostolicis uiris non iudicare de talibus, quibus datum est officium in maiora. Quid ni cōtemnant iudicare de terrenis possessiunculis hominū, qui in cælestibus & angelos iudicabūt? Præcepit quoq; sanctus Apostolus, omnes indifferenter

rēter neminem excipiēdo, episcopum, uel sacerdotem, aut diaco-  
 num subesse debere in iudicio coactiuo, iudicibus seu principibus  
 secularibus, nec illis resistendū, nisi quicquid contra legem salutis eter-  
 nę faciendum perciperēt. Vnde ad Romanos xij. Omnis anima  
 potestatibus sublimioribus subdita sit, non enim est potestas nisi à  
 deo. Quę autem sunt à deo, ordinata sunt. itaque qui resistit potesta-  
 ti, dei ordinationi resistit, qui resistunt ipsi, sibi damnationem acqui-  
 runt, nā principes non sunt timori boni operis sed mali. Vis autē nō  
 timere potestatem, fac bonū, & habebis laudē ex illa, dei enim mini-  
 ster est tibi in bonū. si autē male feceris, time. nō enim sine causa gla-  
 diū portat, dei enim minister est uindex in irā & qui malū agit. Ideo  
 necessitate subditi estote nō solū ppter iram, sed ppter conscientiā.  
 Ideo enim & tributa pręstatis, ministri enim dei sunt, in hoc ipsum  
 seruiētes. Reddite oībus debita, cui tributū, tributū. cui uectigal,  
 uectigal. cui timorem, timorē. cui honorem, honorē. Volui autē su-  
 per hęc apostoli notanda uerba, inducere glossam secundum san-  
 ctos atque doctores catholicos, quoniam ex his quę dixit Apосто-  
 lus & glossator, tam aperte demonstratur propositum nostrū esse  
 uerum, ut nemo compositę mētis, ipsis inspectis, debeat ulterius du-  
 bitare. Dixit ergo Apóstolus. Omnis anima &c. nullā excipiēdo.  
 Vbi glossa secundū Augu. primo. Et quandoque uicissim secundum  
 Ambrosiū, inquit sic. Et hic ad humilitatē inuitat. Videbatur enim  
 quibusdam, quod mali domini, & maxime infideles, non deberent  
 fidelibus dominari. Et si boni & fideles essent, bonis & fidelibus es-  
 sent pares. Quam etiam superbiam remouet hic Apóstolus à par-  
 te superiore, id est anima, significans totum hominem. Quid enim  
 est omnis anima, nisi omnis homo? quasi dicat, omnia prædicta fa-  
 cienda sunt, & si ita perfecti sitis in corpore Christi, tamē omnis ani-  
 ma subdita sit, id est omnis homo subditus sit. Quē nomine animę  
 ideo significo, ut non solum corpore, sed & uoluntate seruiatis. Om-  
 nis ergo anima subdita sit, ut etiam uolūtate seruiat potestatibus se-  
 cularibus, bonis & malis, scilicet, regibus, principibus, tribunis, cen-  
 turionibus, & alijs huiusmodi. Ecce ergo quid intelligebat Aposto-  
 lus per potestates sublimiores, quoniā seculares principes tunc sub-  
 iungit. Si enim bonus fuerit qui tibi præest, nutritor tuus est, malus  
 si fuerit, tentator tuus est. Et nutrimenta libenter accipe, & in tētatio-  
 ne approbare. Esto ergo aurū & attende mundū iustū, quasi forna-  
 cē aurificis, Sic ergo oīs anima subdita potestatibus sublimioribus,  
 id est in hoc quod sublimes sunt, id est in mūdānis, uel notatur causa  
 cū dicit, sublimioribus, id est quia sublimiores sunt. Nō est enim, p-  
 bat

*Animā pro ho-  
 mine accipi.*

bat quod debent subijci hoc modo, quia potestas omnis est à deo. Sed quæ à deo sunt, ordinata sunt, igitur potestas est à deo ordinata, id est quicūq; habet potestatem, dei ordinationem habet. Itaq; qui resistit potestati, dei ordinationi resistit. Et hoc est quod dicit quasi, ideo debet subijci, quia non est potestas alicui homini bono uel malo, nisi à deo data. Vnde Pilato dominus ait. Nō haberes in me potestatem, nisi datum esset tibi desuper. Quod etiam Bernardus ad Archiepiscopū Senonensem repetens ait. Secularior nemo

- Pilato, cui dominus astitit iudicādus. Nō haberes, inquit, in me potestatem, nisi tibi esset data desuper. Iam tunc pro se loquebatur, & in se experiebat, quod post per apostolos clamauit in ecclesijs, non est potestas nisi à deo. Et qui resistit potestati dei ordinationi resistit. Et infra parum ibidem subdit. Cum Romani præsidis potestatem Christus super se quoq; fateatur cælitus ordinatam, & sequitur in glossa. Quæ aut sunt, à deo ordinata sunt, id est rationabiliter à deo disposita sunt. Itaq; qui resistit ui uel dolo potestati, id est homini habenti potestatem, in his scilicet, quæ ad potestatem pertinent, ut in tributo & huiusmodi, dei ordinationi resistit, id est habenti potestatem dei ordinatione, non ergo secundū dei ordinationem agit. De potestate bona patet, quod eam præfecit deus rationabiliter, de mala etiam uideri potest, dum & boni per eam purgantur & mali damnantur, & ipsa deterius præcipitatur. Et nota quod nomine potestatis interdum accipitur potestas ipsa, quæ data est aliquando à deo, aliquando ipse homo habens potestatem, quod diligens lector distinguat. Qui autem, quasi qui resistit potestati, dei ordinationi resistit. Hoc autem tam graue est, quod qui ei resistūt, ipsi sibi acquirūt damnationem. Et ideo non debet quis, id est aliquis seu nullus resistere, sed subijci. Si tamen illud iubeat, quod non debes facere, hic sanè contemne potestatem, timēdo potestatem maiorem. Ipsos humanarum rerum gradus aduerte. Si quid iusserit curator, nunquid faciendum est, si cōtra procōsulem iubeat? Rursus si quid ipse proconsul iubeat, & aliud Imperator iubeat, nunquid dubitatur illo contempto, id est proconsule, illi, id est Imperatori seruiendum? Ergo si aliud Imperator aliud deus iubeat, contempto illo, obtemperandū est deo. Non tamen dixit Augustinus, Si aliud Imperator, & aliud episcopus seu papa iubeat, quod tamen dicere debuisset, si papa iurisdictionis gradu superior esset, tamen uoluit Augu. quod si præcepit Imperator aliquid faciendum contra legem salutis æternæ, quæ dei præceptum est immediatum, in hoc Imperatori non esse obtemperandum, in quo papæ præcipienti secundū hanc legem, scilicet diuinam

Potestas.



diuinam, magis esset obtemperandū quàm Imperatori præcipienti quicquid agendum contrarium legi diuinæ. Sed papæ præcipienti aliquid secundum suas Decretales in quantum huiusmodi, nihil obediendum contra Imperatoris seu legum suarum præceptum, ut hic aperte liquet, & nono huius amplius deducetur. Tūc glossa. Quasi merito acquirunt damnationem, nam principes boni uel mali non sunt timori boni operis sed mali, id est non sunt ad timorem his qui bene operantur, sed his qui male. Si enim bonus est princeps, bene operantem non punit, sed diligit, si uero malus, nō nocet bono, sed purgat eum. Malus uero debet timere, quia instituti sunt principes ut mala puniant. Principes dicit illos, qui propter corrigendam uitam & prohibenda aduersa creantur, dei habentes imaginem, ut ceteri sub uno sint. Vobis autē quasi male operantibus sunt timori. Tu autē uis non timere potestatem, quæcunq; sit, siue bona, siue mala? Fac bonum, & nō est unde timeas, imō habebis laudem ex illa, etiā si mala est, dum tibi causa est maioris coronæ. Si autē iusta est potestas, habebis laudem ex illa, etiam ipsa laudante, si iniqua est, habebis laudem ex illa, non ipsa laudante, sed ipsa tibi laudis occasionē præbēte, uere ex illa habebis laudem. Dei enim minister est tibi in bonum, id est tibi est faciens bonū, siue bonus, siue malus sit, quia tibi datus est in bonū tuum à deo, ut tueatur te & tua. Manifestum est enim, quod ideo dati sunt à deo rectores, ne malum fiat bonis, si autē quasi bono, non est timendū, est enim, id est quia portat gladiū, id est habet iudiciariā potestatem, nō sine causa, sed ut malos puniat. Et hoc ostendit subdens, dei enim minister est, id est loco dei uindictat. Ipse dico existēs uindex in iram dei, id est propter offensam dei uindicandam, uel in iram dei, id est futurā ostendendam, id est propter uindictam dei futurā ostendendā, quia hæc punitio iudicat persistentes in malis, grauius puniendos. Dico quod uindex est, & ei, id est ad damnū eius & correctionem, qui malum agit, & quia est minister dei. Ideoq; subditi estote ei, quasi ex necessitate uel necessitati, id est necessariæ ordinationi subditi estote. Et hoc nōn solū propter iram principis uel dei uindicandā, sed & propter conscientiam scilicet, ut munda sit mens uestra. Prælatum à deo, id est eum qui sic præest per dei ordinationē diligendo. Licet enim omnes fideles in quantum fideles sunt, unum sint in Christo, in cuius fide non est distantia, Iudæi, Græci, domini, & serui, & huiusmodi, differentia tamen est in conuersatione mortali, & eius ordinem in huius uitæ itinere seruandū esse, apostoli præcipiūt. Alia sunt enim quæ seruamus in unitate fidei, sine ulla distantia, & alia in ordine huius uitæ tanq̃

*Non agendū secundum Decretales.*

*Potestas utilis, siue bona siue mala.*

in uia, ne nomen domini & doctrina blasphemetur. Ideo enim hæc est probatio subiectionis, quare subditi esse debetis, quia & ideo ad ostendendam subiectionem præstatis tributa, quod est signum subiectionis. non ait soluitis, sed præstatis quasi reddituris, quia reddunt seruiendo in defensione, dum pugnant pro patria, & dum agunt iudicia præstatis tributa. Vos dico seruietes deo in hoc ipsum, id est per hoc ipsum seruitis deo, quod illis tributa datis. Vere per hoc seruitis deo, ministri enim sūt dei, ad hoc enim instituti sunt, ut boni laudentur, & mali puniantur. Vel ita, ministri enim, quare debetis præstare tributa, quia ministri dei sunt, ipsi dico seruietes uobis, dum patriam defendūt, in hoc ipsum, id est propter hoc, scilicet, propter tributum seruiūt uobis in defensione patriæ, & quia ministri dei sunt.

*Oēs homines  
principibus sub  
esse debere.*

Ex hac itaq; Apostoli serie, ac sanctorū expositionibus præin-  
ductis, non uolenti nomē & doctrinam domini blasphemari, tanq̄  
iniustam & contra ciuiles leges prædicātem, ut dixit hic glossa Au-  
gustini, & primæ ad Timoth. sexto absq; dubitatione aliqua tenen-  
dum est, Omnes homines cuiuscunq; status aut conditionis existāt,  
realiter & personaliter subesse debere iurisdictioni principum seculi,  
& eisdem obedire in his omnibus, quæ non contradicunt legi salutis  
æternæ, secundum humanas leges maxime, aut consuetudines ap-  
probatas & honestas, de his enim loquitur Apostolus aperte, cum  
dixit. Omnis anima subdita sit, &c. Et quod nō sine causa gladium  
portant, & reliqua, quæ de ipsis protulit tam patriæ defensione, q̄  
tributorū eisdem exhibitione, secundū sanctorū expositiones. Hæc  
autem nusq; de quoquā episcopo seu presbytero dixit Apostolus.  
Nam domini quibus in iurisdictione coactiua obedire tenemur, sunt  
qui per armatam potentiam defendere debent patriam, quod nul-  
lo modo conuenit episcopo aut presbytero. Vnde beatus Ambro-  
sius ad Valentianū, epistola secunda, quæ intitulatur ad plebem, sic  
inquit. Dolere potero, flere potero, gemere potero, aduersus arma,  
milites, Gothosq; lachrymæ meæ arma meæ sunt, talia enim mu-  
nimenta sunt sacerdotis, aliter nec debeo nec possum resistere. Rur-  
sum domini tales, quibus sic obedire tenemur, possēt esse infideles,  
ut dixit glossa circa principium, tales autem non sunt, nec esse pos-  
sunt episcopi. Et ideo palām omnibus, quod de presbyteris seu epi-  
scopis nō loquebatur Apostolus, imò de regibus & principibus, si-  
cut dicebat Aug. Ab hac subiectione etiā neminem Apostolus ex-  
cipit, cū dixit. Omnis anima. Si ergo resistentes huiusmodi potesta-  
tibus, etiam infidelibus & malis, sibi dānationem æternā acquirūt,  
quāto magis indignationē omnipotētis dei, & huius apostoli Pauli  
atq;

atq; Petri acquirunt sibi, qui hac dei & horū apostolorū contemptā doctrina, dudū turbauerunt & turbāt continuo fideles reges & principes, & maxime ac inexcusabiliter Romanorum, principes enim ministri sunt dei, ut dixit Apostolus, nec dixit ministri nostri sunt, uel Cephę, aut alterius apostoli. Et ideo nec in iudicio coactiuo subiecti alicui episcopo uel presbytero, sed magis econuerso. Quod etiā glossa secundū Aug. explicauit, dū dixit. Ergo si aliud Imperator, aliud deus iubeat, &c. nullū episcopū aut archiepiscopū uel patriarchā nominando in talibus iurisdictionibus, quod tamen fecisset aut facere debuisset, si Christus rex regū & dominus dominantium hanc potestatem sibi concessisset super Imperatorē, ut ipsi, fabulantur in suis Decretalibus, quæ secundū ueritatem nihil aliud sunt, q̄ ordinationes quædam oligarchicæ, quibus in nullo tenentur obedire Christi fideles, in quantum huiusmodi, quemadmodū ex xij. primæ demonstratum est, & in consequentibus specialius apparebit.

D E  
C R E  
T A  
L E S.

Nō tamen ex his dicere uolumus, quin doctōri seu pastori ecclesiastico debeat reuerentia & obedientia in his quæ præcipit, seu docet obseruāda secundū legem euangelicā, nō aliter aut in contrarium, ut Matth. xxij. & per Hier. ibidē satis apparet, q̄ quis etiā ipse ad taliū obseruationē neminem debeat nec possit arcere in hoc seculo, poena uel supplicio quoq; reali uel personali. Quoniā talē potestatem arcendi & dominandi cuiq; in hoc seculo, sibi ex euangelica scriptura concessam, nō legimus, sed potius interdictam cōsilio uel præcepto, ut ex hoc & præcedēte cap. liquet. Talis enim potestas in hoc seculo datur à legibus seu legis latore humano, quæ etiam data episcopo uel presbytero ad cōpellendū homines in his quæ sunt diuinæ legis inutilis esset. Nā coactis nihil tale proficeret ad æternā salutem. Et hæc palā fuit mēs Apostoli ij. ad Corinth. primo, cū dixit. Ego autē testem deū inuoco in animā meā, quod parcens uobis non ueni ultra Corinthū, nō quia dominamur fidei uestræ, sed adiutores sumus gaudij uestri, nam fide statis. Vbi glossa secundū Amb. Ego inuoco deū testem nō solū contra corpus, sed etiā in, id est contra animā meā, si mentior de quo loquor. Quod nō ueni Corinthū ultra, id est postq̄ à uobis discessi. Et hoc feci parcens uobis, scilicet ne contristarē multos asperere corripiendo, in quo pepercit eis, ne eo asperiore uertant in seditionē. Vult ergo eos prius mitigari, & ideo nō ex leuitate uel carnali cogitatione nō impleuit quæ disposuit. Spiritualis enim tunc dispositū nō implet, quando aliquid ad salutē prouidentius meditatur. Et ne indignentur quasi de dominio, eo quod dixerat parcens uobis nō ueni, subdit, non ideo dico parcens, quia

Sacerdotibus  
obediendum in  
his quæ sunt se-  
cundum euan-  
gelium.

dominemur fidei uestræ, id est quia dominiū & coactionē patiat<sup>r</sup> fides uestra, quæ uoluntatis est, nō necessitatis. Sed ideo dico, quia adiutores sumus, si uultis cooperari gaudiū uestri æterni, uel gaudiū emendationis uestrę, quia gaudēt emendati. Bene dixi fidei uestrę, nam fide quæ per dilectionē operatur statim nō dominio. Hęc eandem sententiā ex uerbis Apostoli supradictis accepit, & oībus euidenter expressit beatus Ioannes Chryso. in suo libro dialogorū, qui etiā de dignitate sacerdotali intitulatur lib. ij. ca. iij. inquit enim ibidem, postquē induxerat illud Apostoli, Nō quia dominamur fidei uestrę, sed adiutores sumus, &c. Hi qui foris sunt iudices, seculares scilicet, malignos quosquē cū subdiderint, ostendunt in eis plurimā potestatem, & inuitos eos à priorū morum prauitate cōpescunt, in ecclesia uero nō coactū, sed ad quiescentē oportet ad meliora conuerti. Quia nec nobis à legibus data est talis potestas, ut autoritate sententię cohibeamus homines à delictis. Et loquitur in persona omnium sacerdotū, assignans primā causam iam dictam, quare scilicet neminem cogere possint, quia coactiuā in hoc seculo cuiusquē autoritatē nō habent, eo quod à legibus, id est legislatoribus eis data nō erat illis temporibus, aut in locis illis siue puincijs. Tunc aliā causam assignans subiūgit. Nec si data esset, talis potestas scilicet, haberemus, nos uidelicet episcopi seu presbyteri, ubi exerceremus eiusmodi potestatem, cū deus noster, Christus scilicet, nō necessitate, id est uolentia submotus à peccato, sed ppria sese sponte abstinens remuneraturus sit. Nec tamen ex his dicere uolumus inconueniēs esse coerceri hæreticos aut aliter infideles, sed autoritatē hanc esse solius legislatoris humani. Nō igit cōuenit sacerdoti uel episcopo cuiquē coactiua potestas, sed debēt tam ipsi quē alij secularibus iudicibus in hac subesse, quē admodū dictū est. Vnde rursum apostolus primę, ad Timoth. ij. dixit. Obsecro igitur primū omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarū actiones p omnibus hominibus, p regibus, & omnibus qui in sublimitate sunt, ut quietā & tranquillā uitā agamus. Vbi glossa Timotheo hęc uerba dirigens, in illo omni ecclesię formā tradit. Et tunc secundū Aug. subiungit. Pro oībus hoībus, id est p hoībus omnis generis, & specialiter pro regibus, & si mali sint, & p oībus qui in sublimitate sunt cōstituti, ut ducibus & comitibus & si mali sint, cū tamen inter positos in sublimitate seu iudiciaria tali potestate, nusquē Apostolus & Augu. episcopū aut presbyterū aliquē nominet, sed solūmodo principes seculares. Quare aut, inquit Aug. pro regibus & sublimibus etiam malis orari uelit, reddit causam, Apostolus scilicet, subdens, quia hoc nobis proderit

*Sacerdotibus  
iudicandi potestas  
nō data.*

derit, ut quietā uitā agamus à persecutione & tranquillā, id est sine inquietatione aliqua. Ecce testimoniū eius quod diximus ultimo primæ, uidelicet quod causa tranquillitatis factiua & conseruatiua est actio principantis debita nō impedita. Tunc subiungit Aug. quod est ualde ad propositū, dicens. Ideo apostolus ecclesiā orare pro regibus admonuit & oībus sublimibus eodē spū sctō afflatus, quo & Hieremias, qui misit epistolā ludæis, qui erant in Babylone, ut orarent pro uita regis Nabuchodonosor filiorūq; eius, & pro pace ciuitatis, inquiring, quia in pace illorū erit pax uestra, Hoc autē figurate significabat ecclesiā in oībus sanctis eius, qui sunt ciues cælestis Hierusalē, seruiturā sub regibus huius seculi. Ideoq; apostolus eam monet p̄ eis orare, ut quietā agant uitam. Ecce indubie Apostoli atq; Aug. fuisse sententiā, quod ecclesia seu Christi fideles oēs subesse debeant principibus seculi, maxime fidelibus & eorū obedire præceptis, nō contrarijs legi salutis æternæ. Quod si Apostolus intellexisset, episcopos seu presbyteros principari debere, ac homines realiter aut personaliter coactiuo iudicare iudicio, in statu & pro statu uitæ præsentis, dixisset Timotheo quē episcopū constituerat. Obsecro &c. pro regibus & episcopis omnibus, qui in sublimitate sunt.

Amplius ad Titū tertio dicebat Apostolus, Admone illos, qui-  
bus prædicas scilicet, subditos esse principibus & potestatibus, non  
dixit apostolus, admone seculares tantū, nec rursum dixit, admone  
illos, subditos esse nobis & principibus, bene enim nouit Apostolus  
quod nec ipse uel alij ep̄i seu presbyteri debent principari aut alios  
iudicare litigioso seu seculariū actuū iudicio, quinimò ipsos à secula-  
ribus negotijs quibuslibet reuocauerat, ne dū à principatu seu iudi-  
cio talium, cū dixerat ij. ad Timoth. ij. Nemo militans deo, impli-  
cat se secularibus negotijs. Vnde Ambr. admone &c. quasi & li tu  
habes imperiū spirituale, id est præcipere de spiritualibus, tamē ad-  
mone illos subditos esse principibus. s. regibus, ducibus, & ptātibus  
minoribus. Quia Christiana religio neminē priuat iure suo. quod  
pro tanto dixit Amb. quia etiā fideles, dominis & principibus infi-  
delibus aut malis uoluit & docuit Apostolus subesse, sicut dicit ipse  
primæ ad Tim. ult. Quicūq; sunt sub iugo serui, &c. Vbi glossa se-  
cundū Aug. Sciendū quosdā prædicasse, cōmunē oībus in Christo  
libertatem esse, quod de spirituali libertate utiq; uerū est, nō de car-  
nali, ut illi intelligebant. Ideo contra eos loquitur hic Apostolus, iu-  
bens seruos dominis suis subditos esse. Nō ergo exigant serui Chri-  
stiani, quod de Hebræis dicit, ut sex annis seruiāt & gratis dimittan-  
tur liberi, quod mysticū est. Et quare hoc præcipiat Apostolus sup  
l ij      ponit

*Inobedientem  
principibus ab  
soluere, heresis*

ponit, ne blasphemetur nomē domini quasi aliena inuadētis, & do-  
ctrina Christiana, quasi iniusta & cōtra leges p̄dicet, ciuiles scilicet.  
Quo igit̄ modo & qua secundū deū conscientia uult aliquis sacer-  
dos, quicūq; sit ille, absoluere subditos à iuramēto quo dominis fi-  
delibus astringunt̄. Est enim hęc heresis manifesta, ut in sequētibus  
amplius apparebit. Dixit ergo Apostolus, admone illos, subditos  
esse principibus, nō dixit laicos solū, sed indifferēter, quia secundū  
ip̄m, oīs anima subdita est eis in iudicio coactiuo seu cōtentioso. Si  
uero nō, dic mihi, in quo dixit, oīs anima subdita sit &c. Quod si Ti-  
motheo & Tito in hoc subijci debuisset, frustra dixisset. Admone il-  
&c. Rursū si quosdā uoluit admoneri subesse ptātibus secularibus,  
quosdā uero minime, insufficiēter fuisset locutus, nō faciendo in ser-  
mone suo differentiā hanc, quā nusq; in sua scriptura factā reperiet  
quis, sed oppositū magis. dixit enim. Oīs aīa subdita sit, &c. in quo  
incōueniēter & false locutus fuisset Apostolus, qđ absit, si qui à ta-  
lium subiectione fuissent exēpti. Hęc quoq; fuit cōformiter sentētia  
& doctrina b. Petri apostoli prima canonica sua, ca. ij. cū dixit. Su-  
biecti estote omni humanæ creaturæ propter deū, cōstitutæ uideli-  
cet in principatu, de quibus eū intellexisse apparet per exēpla quæ  
immediate subintulit, dū dixit. Siue regi quasi præ excellenti siue du-  
cibus tāq; ab eo missis, ad uindictā malefactorū, laudē uero bonorū,  
quia sic uolūtas dei est. Glossas aut̄ sanctorū nō adduxi super hunc  
locū, quia totū quod hic dicūt, cōtinetur in glossa, quā supra iuduxi-  
mus ad Apostolū Ro. xij. Ecce quod b. Petrus & Paulus conformi-  
ter dicūt reges & duces missos à deo ad uindictā malefactorū, id est  
ad sumendū de ipsis uindictā per coactiuā potentiā in hoc seculo.  
nusq; uero dixerūt nec ipsi, nec sancti expositores suorū dictorū ad  
hoc missos esse ep̄os aut presbyteros, sed oppositū magis, ut dicto  
præcipue Chrysostomi superius euidenter apparuit. Cū igitur ma-  
lefactores possint esse presbyteri sicut nō presbyteri secundū omnia  
transgressionū genera, nobis enumerata secūdo huius, per necessi-  
tatem sequit̄ ipsos subesse debere in iudicio coactiuo regibus, duci-  
bus, aut alijs principātibus secularibus, quos legis latoris humani  
autoritate statuendos ostēdimus xv. primæ. Hos enim misit deus  
ad uindictā malefactorū, laudē uero bonorū, ut dixit b. Petrus. Sic  
enim, id est illis obedire uoluntas dei est, ut dixit ibidem. Hoc rur-  
sum cōfirmat sermo & exemplū operis manifestū b. Pauli Apосто-  
li, nam de ipso legit̄ Actū xxv. qđ ipse refugiēs sacerdotū iudiciū  
coactiuū, dixit aperte. Cæsarē appello. Et rursū. Ad tribunal Cæ-  
saris sto, ubi me iudicari oportet, dicit glossa interlinearis, quia hic  
est locus iudicij. Ergo sacerdotū refugiens iudiciū, falsus est se coa-

*S. paulum Cæsa-  
ri fuisse subie-  
ctum.*

ctiuæ iurisdictioni Cæsaris fuisse subiectū. Sed credendū est ne Apo-  
 stolū fictē dixisse, Ibi me iudicari oportet, id est apud Cæsarē metu  
 mortis, qui iam pro ueritate mori elegerat & deliberauerat, ut appa-  
 ret Act. xxi. dum dixit. Ego enim nō solū alligari, sed & mori para-  
 tus sum in Hierusalē ppter nomen domini Iesu Christi. Quis enim  
 demēs æstimabit Apostolū suo uerbo tantū crimē cōmisisse prote-  
 landę uitæ gratia. ut omne sacerdotiū indebite subijceret sui exem-  
 plo & doctrina iurisdictioni principū seculi, si hoc incōueniens & in-  
 debitū reputasset? Melius enim fuerat illi nō ascendere in Hieroso-  
 lymā, qui à nullo cōpellebat q̄ ascendere & mentiri, contra seipm &  
 pximū. Et ideo quia hoc nephas est æstimare de ipso, apparet ipm  
 id sensisse mēte quod ore ptulit. Et secundū imitationē magistri sui,  
 quo noluit esse superior, Christo uidelicet, qui nedū Cæsarē, uerum  
 etiā Pilatū eius uicariū suū mūdānū iudicē recognouit, dū dixit, Io.  
 xix. Nō haberes ptātem aduersum me ullā, nisi datū esset ti. &c. id  
 est nisi à dei superna ordinatione, ut supra dicebat Aug. ad Ro. xiiij.  
 quia non est ptās alicui homini bono uel malo, nisi à deo data. Qd̄  
 etiā Bernardus ad ep̄m Senonēsem amplius explicauit, & supra in-  
 duximus parte quarta. Cū igitur nulli ep̄o iurisditio seu coacti-  
 ua cuiusq̄ ptās in hoc seculo concessa sit lege diuina, sed potius in-  
 terdicta cōsilio uel præcepto, ut patenter ostēsum est in hoc, & præ-  
 cedenti ca. Nec etiā ptās eiusmodi episcopis seu presbyteris inquā-  
 tum episcopis cōueniat successionē patria seu paterna: Per necessi-  
 tatem sequit̄ ipsos in hac subiectos esse principibus seculi, sicut ex di-  
 ctis apostolorū Petri & Pauli & aliorū sanctorū euidenter apparuit. *Sacerdotes pr̄  
 cipibus subie-  
 ctos esse.*  
 Et ratione demonstrata cōuinci potest ex his quæ dicta sunt xv. &  
 xvij. primæ. Nec in quenq̄ presbyterū aut nō presbyterū coactiuā  
 in hoc seculo iurisdictionē habere quenq̄ ep̄m siue papā, nisi eadem  
 sibi per humanū legis latorē concessa fuerit, in cuius potestate sem-  
 per est hanc ab ipsis reuocare, interueniente rationabili causa, cuius  
 plena determinatio ad eundē legis latorē, præsertim in cōmunita-  
 tibus fideiū pertinere dignoscit̄. Quod quidem igitur principa-  
 tum seu coactiuā iurisdictionē cuiuscunq̄ in hoc seculo Christus ab-  
 dicauerit, suisq̄ apostolis ac ipsorū successoribus episcopis seu pres-  
 byteris interdixerit cōsilio uel p̄cepto, ipsumq̄ seipm ac apostolos  
 eosdē principū seculi coactiuæ iurisdictioni subesse uoluerit, id quoq̄  
 obseruandū docuerit, ac ipsius apostoli p̄cipui Petrus & Paulus tā  
 opere q̄ sermōe, per euāgelicas ueritates eterna testimonia per san-  
 ctorū quoq̄ ac reliquorū approbatorū fidei Christianę doctorū in-  
 terpretationes seu expositiones, euidenter mōstrasse nos credimus.

DEFENSORIS PACIS AD IMP. CAES. LVDO-  
DE AVTORITATE CLAVIVM SACERDOTALIVM, ET QVA-  
lem in excōicando sacerdos aut ep̄s habeat ptātem. Cap. VI.



Onsequēs aut̄ dictis est ostēdere, quid potestatis, au-  
toritatis, & quale iudiciū super fideles Christus eisdē  
apostolis & ipsorū successoribus cōcedere uoluerit,  
& de facto cōcesserit ex uirtute uerborū scripturæ sa-  
cræ. Inter cætera uero quæ de hoc expressiorē signi-  
ficationem habere uidētur, sunt ea quæ Christus ptulit ad Petrum  
» Matth. xvi. Tibi dabo clauēs reg. c. Similiter quoq; dicta per eun-  
dem Christū ad apostolos oēs, Mat. xviij. & Ioan. xx. dū dixit Chri-  
» stus. Quæcunq; alligaueritis super terram, ligata erūt & in cælo, &  
» quorū remisieritis peccata, remittuntur eis, &c. Ex his enim uerbis  
præcipue opinio & titulus plenitudinis ptātis, quem sibi Romanus  
ascribit ep̄s, sumpsit originē. Quorū quidem ut sensus & notitia  
certius possit haberi, reminisci oportet aliquorū q̄ diximus ultimo  
primē, uidelicet qd̄ Christus uerus deus & uerus homo uenit in hūc  
mundū, perhibere testimoniū ueritati, ut idem dixit Io. xviij. uerita-  
ti inq̄ credendorū, agendorū, & spernendorū ad uitam æternam hu-  
mano generi consequendā. Quam siquidē etiā sermone docuit, &  
exēplo monstrauit, in scriptisq; demū tradidit per euangelistarū &  
suorū apostolorū dictamina, ut per talem scripturā, in ipsius & apo-  
stolorū suorū absentia dirigi possemus in his quæ sunt æternæ salu-  
tis: & hoc fuit officiū quod suis successoribus apostolis exercendū  
» cōmisit: cū eisdem post resurrectionē quasi omniū nouissime dixit  
» illud Matth. xxviij. & ultimo. Euntes ergo docete oēs gentes, bap-  
» zantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti, docētes eos ser-  
» uare oīa quæcunq; mādauis uobis. Verū per baptismi ad ministra-  
tionem, quod Christus per apostolos administrari præcepit, fecit  
eos intelligere etiā aliorū sacramētorū ad ministrationē, quæ ppter  
humanā salutē æternā instituit, quorū est pœnitentiæ sacramētū,  
quo animæ humanæ actualis culpa mortalis & uenialis deletur, &  
» in ipsa propter culpā corrupta dei gratia reformatur, absq; qua hu-  
mana opera sic ordinante deo, meritoria nō fierent ad uitā æternā.  
» Vnde ad Ro. vi. Gratia dei uita æterna. Huius itaq; sacramenti si-  
cuti reliquorū, ministri sunt sacerdotes seu presbyteri, tanq̄ succes-  
sores apostolorū Christi, quibus oībus in persona Petri & reliquo-  
rum apostolorū ptās clauū seu cōferendi pœnitentiæ sacramētū. i.  
soluēdi uel ligādi hoīes a pct̄is, quæ idē sunt, tradita fuisse conuincit̄  
» per uerba scripturæ p̄dicta. Vnde Hier. super Mat. xvi. Et tibi da-  
bo



bo claves re. cæ. sic inquit. Habēt quidē eandē iudiciariā potestātē alij apostoli, quibus post resurrectionem ait, Accipite spiritum sanctū, quorū remiseritis, peccata remittunt̄ eis, & quorū retinueritis retenta sunt. Habet etiā omnis ecclesia in presbyteris & episcopis, sed ideo Petrus eam specialiter accepit, ut oēs intelligāt, quod quicūq; ab unitate fidei se separauerit, nec à peccatis absolui, nec cælum ingredi potest. Et dixit Hier. Ab unitate fidei, nec dixit ab unitate Petri uel Ro. episcopi, quoniā ipsorū aliqui poterant hæretici fore, aut aliter peruersi, & iam de factō cōperti sunt tales. Hęc aut̄ iudiciaria potestas est clauū autoritas secūdū Hier. & Aug. ibidē, de quibus Aug. Claves sunt discernendi scientia & potentia, qua dignos recipere, & indignos excludere debet à regno, sacerdos scilicet. *Clauium potes.* Qualiter aut̄ recipere, & qualiter excludere possit à regno, consequenter patebit: & ex hoc, quæ, quantāue sit harū clauū, per Christū Petro & apostolis concessarū potestas. Primū tamen oportet attēdere quod in anima peccātis mortaliter, generat̄ culpa, & corrūpitur diuina gratia sibi collata prius. Qua liquidē culpa peccator obligat̄ debito dānationis æternæ, p̄ statu futuri seculi. In qua etiam culpa persistens à cōfortio fidelium in hoc seculo præcidit̄ per correctionē quandā apud Christi fideles, uocatā excōicationem. Et e contra debemus aduertere quod peccator per tristitiā sui delicti & exteriorē confessionē factā sacerdoti, de quorū utroq; simul & diuisim dicitur hoc nomen pœnitentiæ, triplex beneficiū cōsequitur. *Pœnitentiæ* Primū quidē quoniā ab interiori culpa mundať, & in ipso dei gratia reformatur. Secundū uero, quoniā à debito dānationis æternæ, ad quā ex culpa obligatus fuerat, absoluit̄. Tertiū aut̄, quoniā ecclesiæ reconciliať, id est fidelium consortio reunitur seu reuniri debet. Hęc igitur in peccatore facere, uidelicet à culpa & æternæ dānationis debito soluere uel ligare, quod aliquo modo fieri habet per clauū potestātē sacerdoti concessam, quē admodū infra dicet̄, est sacramentū pœnitentiæ ministrare. His itaq; sic premissis, ad p̄positū accedētes, secundū mentē Magistri sententiarū, quinimō scripturæ atq; sanctorū, quorū autoritate loquitur libro iij. di. xviij. & etiā secundū intentionē Ricardi in quodā libello quē fecit intitulatū de clauū sacerdotaliū potestate, dicamus, qđ ad uerā pœnitentiā seu sacramentū pœnitentię suscipiendū requirit̄ primū interior peccatoris cōtritiō seu tristitia de cōmisso siue delictō. Secūdo uero requirit̄ p̄positū & actus confitēdi delictū, ip̄m per sermonē exprimēdo seu significādo sacerdoti, si sacerdotis facultas affuerit, qui si nō adesset, in sic pœnitēte seu cōtrito sufficit firmū p̄positū cōfitēdi delictū sacerdoti, cū ip̄ius

pri

primū facultas affuerit, Et ideo intendūt consequēter, qđ in peccatore uere poenitente, id est contrito & habente, ppositū cōfitendi, quædā ante confessionē, & omnem sacerdotis actionē, solus deus operatur. Hæc aut sunt, expulsio culpæ, gratiæ reformatio, & debiti æternæ damnationis remissio. Quod aut prædicta Christus solus operetur, probat Magister lib. iij. di. xviij. ca. iij. per auctoritates scripturæ atq; sanctorū. Primū quidem auctoritate psalmistæ, dicentis in persona dei. Ego solus deleo iniquitates & peccata populi. Rursum auctoritate Ambrosij dicentis. Verbū dei dimittit peccata, sacerdos & iudex. Sacerdos quidē officiū suum exhibet, sed nullius potestatis iura exercet. Adhuc idem Ambrosius. Ille solus dimittit peccata, qui p peccatis nostris solus mortuus est. Amplius per Augustinum dicentem. Nemo tollit peccata, nisi solus Christus, qui est agnus tollēs peccata mundi. Quod aut hoc faciat deus ante omnē sacerdotis actionem, deducit Magister ex dictis Augustini, super illud psalmistæ. Quorum tecta sunt peccata. Ex his enim, inquit Magister, Aperte ostenditur, quod deus ipse poenitentem soluit à debito poenæ. Et tunc soluit quando intus illuminat inspirādo ueram cordis contritionē. Cui sententiæ ratio suffragatur, & auctoritates attestantur. Nemo enim de peccato nunc cōpungitur, habēs cor contritū & humiliatum, nisi in charitate, quod aut charitatē habet, dignus est uita. Nemo aut simul dignus est uita & morte. Non est igitur tunc ligatus debito æternæ mortis, filius enim iræ esse desijt, ex quo diligere & poenitere cœpit. Ex tūc igit solutus est ab ira, quæ nō manet super illū qui credit in Christū, sed super illū qui nō credit. Non igitur postmodū per sacerdotem cui confitetur ab ira æterna liberatur, à qua liberatus est iam per dominū: ex quo dixit, cōfitebor. Solus igitur deus hominē interius mundat à macula peccati, & à debito æternæ poenæ soluit. Cōsequenter aut repetit Magister auctoritates Psalmistæ atq; sanctorū prius adductas, post que etiam Epilogās inquit. His alijsq; pluribus testimonijs docet, deū solū per se peccata dimittere. Et sicut dimittit quibusdā, ita & aliorū quorundā peccata retinet. Exigit tamen deus in poenitente ppositum cōfitendi delicta sacerdoti, cum illius primū facultas affuerit, sicut dicit Magister libro quarto xvij. cap. iij. ubi quærit, an sufficiat soli deo confiteri peccata, & determinat auctoritatibus scripturæ, quod nō, si facultas affuerit sacerdotis. Quod si non affuerit, sufficit soli deo confessum esse, habito tamen semper pposito confitendi si possit. Hoc etiam, cōformiter Magistro, sentit Ricardus in suo libello prædicto, & ex determinatis ab eo in diuersis capitulis colligitur

gitur, quod à uere pœnitente, id est contrito de peccato, deus ante quodcuncq; ministeriũ sacerdotis culpã tollit, debitumq; mortis soluit æternæ, sub conditione tamen quod sacerdoti postmodũ debeat confiteri delictum, cum illius primum facultas affuerit. Quam si quidem conditionem uocauit Magister firmum propositum confitendi delicta, cũ sacerdotis facultas adesset. Hanc autem sententiã conclusit Magister eodẽ quarto, di. xviij. capitulis quinto & sexto, respondẽs cum hoc rationabili quæstioni, qua dubitari potest, ad quid officiũ siue actio sacerdotis in pœnitentia requiratur, si solus deus ante omne illius ministerium culpam tollit, & æternæ damnationis debitũ soluit. Et dixit Magister. In hac autem tãta uarietate, quoniam de hoc tam sancti quàm doctores dissentire uidebantur, licet non in ueritate dissentiant, Quod tenẽdum hoc sanè dicere ac sentire possumus, quod solus deus dimittit peccata & retinet. Et tamen ecclesiæ (id est sacerdotibus, qui dicuntur ecclesia, secundum unam significationem, ut apparuit secundo huius) contulit potestatem ligandi & soluendi. Sed aliter ipse soluit uel ligat, aliter ecclesia id est sacerdotes. Ipse enim per se tantũ dimittit ita peccatũ, quia & animam mundat ab interiori macula, & à debito æternæ mortis soluit, non autem hoc sacerdotibus concessit, quibus tamen tribuit potestatem ligandi & soluendi, id est ostendendi homines solutos uel

*Potestas ligandi ac soluendi.*

ligatos. In quo expressit propter quid requiratur in pœnitentia officium seu ministerium sacerdotis, & cõsequenter id declarans dixit, Vnde etiam dominus leprosum prius sanitati per se restituit, deinde ad sacerdotes misit, quorũ iudicio ostenderẽ mundatus: ita etiã Lazarum iam uiuificatum, obtulit discipulis soluendum, quia & si aliquis apud deum sit solutus, non tamen in facie, id est in notitia ecclesiæ solutus habetur, nisi per iudicium sacerdotis. In soluendis igitur culpis aut retinendis ita operatur sacerdos ecclesiasticus & iudicat, sicut olim legalis in illis qui contaminati erant lepra, quæ peccatum significat. Hanc quoq; sententiam repetit circa finem, cap. vi. Ipsamq; confirmat autoritate Hieronymi super illud Matthæi xvi. Et tibi dabo clauis regni cælorum, inquit Hiero. Id iuris & officij habent euangelici sacerdotes, quod olim sub lege habebant legales in curandis leprosis. Hi ergo peccata dimittunt uel retinent, dũ dimissa à deo uel retenta iudicant & ostendunt. Vnde in Leuitico, ostẽdere se sacerdotibus iubent leprosi, quos illi nõ faciunt leprosos uel mundos, sed discernunt qui mundi uel immundi. Requiritur ergo sacerdotis officiũ ad pœnitentẽ, ppter causam prædictã, ut per ipm uide licet ostendat in ecclesiæ facie, quibus deus pctã retinuit uel dimisit.

Est

Est aliud etiam quod deus operatur ad peccatorem, non sine ministerio sacerdotis, ut idem magister atque Ricardus senserunt, uidelicet commutatio temporalis poenae purgatorij, quam pro delictis subiturus erat peccator, quantumcumque bene poenitens & confessus, in aliquam huius seculi satisfactionem, ut ieiunium, orationem, aut elemosynam, peregrinationem, uel consimile aliud. Et secundum hoc iura potestatis in peccatore sacerdos exercet. Vnde magister di. xviij. ca. vij. sic inquit. Et notandum quia quos satisfactione poenitentiae ligat, eo ipso a peccatis solutos ostendunt, quia non imponitur alicui satisfactio poenitentialis, nisi quem sacerdos uere poenitentem arbitratur, alij non imponit, & eo ipso peccata a deo retineri iudicat. Commutat quoque sacerdos poenas purgatorij peccatori debitas in aliquas huius seculi satisfactiones. Et peccatores postmodum ecclesiae, id est communioni fidelium reconciliat, in quo similiter potestatem in peccatores exercet, si tamen id secundum discretionem egerit. Vnde magister ubi supra. Ligant quoque sacerdotes dum satisfactionem poenitentiae confitentibus imponunt. Soluunt, cum de ea aliquid dimittunt, uel per eam purgatos ad communionem sacramentorum admittunt, quemadmodum, soluendi scilicet uel ligandi superius Leo notauit. Secundum hunc modum dicuntur sacerdotes peccata dimittere uel retinere. Vnde superius Augustinus dixit. Quibus remittunt, remittit deus, &c. Opus enim iustitiae exercent in peccatores, cum eos iusta poena ligant. opus misericordiae, dum de ea aliquid relaxant, uel sacramentorum communioni conciliant, alia opera in peccatores exercere nequeunt. Vnde etiam patere potest, quod iuxta merita poenitentium, non plus de culpa uel poena relaxare potest Romanus episcopus, quam alter quicumque sacerdos.

*Satisfactio poenitentialis cui iniungenda.*

*Papa non plus de culpa remittit quam alius sacerdos.*

Ex dictis itaque sanctorum autoritatibus magistri atque Ricardi, apparet liquido, quod culpam & debitum aeternae damnationis, solus deus peccatori uere poenitenti remittit absque opere sacerdotis praecedente uel interueniente simul, quemadmodum ostensum est prius. Cuius etiam uolo demonstrationem infallibilem assignare secundum scripturam, & iuxta dicta sanctorum atque doctorum. Quoniam solus deus est, qui non potest ignorare, quibus remittendum, & quibus retinendum sit peccatum. Et solus, qui affectione peruersa neque mouetur neque iudicat quemcumque iniuste. Non sic autem ecclesia siue sacerdos, quicumque sit ille, etiam Romanus episcopus. Potest enim ipsorum quilibet errare quandoque, uel inclinari affectione peruersa, uel utroque, propter quod, si uere poenitenti cum debito proposito, aut etiam actu confitendi subsecuto, non retineretur peccatum seu culpa & debitum aeternae

æternæ damnationis, renitente sacerdote ignorantia, malitia uel utroq; periret per sepe fidelis & euangelica Christi promissio, qua bonis præmia æternæ gloriæ, malis uero gehēne supplicia se dixit daturum. Vnde sicut etiam frequenter euenire contingit, Esto peccatorem aliquem sicte ac indebite delicta confessum, & sic sacerdotis ignorantia uel malignitate aut utraq; absolutionem & benedictionem accepisse. Esto rursus alium quendam sufficienter & debite sacerdoti peccata confessum, recusasse quoq; illi sacerdotem, ignorantia, malitia, uel utraq; delictorū absolutionē & benedictionem impendere. Nunquid sunt prioris sicte confitentis peccata dimissa, & posterioris uere pœnitentis peccata retēta? firmiter & indubie tenendū quod minime. Vnde Chrysostomus super illud Iohannis xx. Accipite spiritū sanctū, & quorū remisieritis peccata, &c. sic inquit. Non enim sacerdos, sed neque angelus aut archangelus operari potest aliquid in his quæ data sunt à deo. Sacerdos autem suam benedictionem & manū tribuit, non enim iustū est ut propter alterius malitiam circa symbola nostræ salutis lædi eos, qui ad fidē ueniunt. Idem quoq; Hieronymus super illud Matth. xvi. Et tibi dabo clauis regni cælorū, &c. sic inquit. Hunc locum quidam non intelligentes aliquid sumunt de supercilio pharisæorū, ut damnare innoxios, uel soluere se putent noxios, cum apud deum non sententia sacerdotū, sed reorū uita quærat. Quibus uerbis subiungit Magister dist. xviij. cap. vi. seriē hanc notabilem. Ita & hic aperte ostenditur, quod non sequitur deus ecclesiæ iudiciū, quæ per surreptionē & ignorantiam interdum iudicet ecclesiæ, id est sacerdotum in ea. Hoc etiam addens octauo eiusdē. Interdū enim qui foras mittitur, id est extra ecclesiam per sacerdotē esse iudicatur, intus est. & qui foris est secundū ueritatem scilicet, intus retineri uidetur, per falsum uidelicet iudiciū sacerdotū. Hanc etiam de clauium sacerdotaliū potestate sententiam, quam ex dictis sanctorū atq; doctorū collegimus & recitauimus pridē, resumens magister in quarta di. xviij. cap. viij. sic inquit. Iam ostensum est qualiter sacerdotes dimittunt peccata, uel retinent. Et tamen retinuit sibi deus quandam singularem potestatem dimittendi uel retinendi, quia ipse solus per se debitum æternæ mortis soluit, & animam interiorius purgat. Idem quoq; dicit cap. nono atq; finali eiusdē distinctionis. Ipsa ergo inquit dissimilitudo, quæ inest animæ ex peccato, & à deo elōgatio, animæ macula intelligitur, à qua purgatur in pœnitentia. Hoc autē solus deus facit, qui solus suscitatur animā & illuminat, quod sacerdotes nequeunt, qui sunt medici animarū. Est autem & alius modus ligandi

*Deus nitam nō  
sacerdotis iudiciū  
inspicit.*

*Excōmunicatio quando fieri debeat.*

atq; soluendi, ad quam similiter requiritur actio sacerdotis, per excōmunicationem scilicet. Hæc autē, ut dicit Magister in quarto, di. xvij. capi. vij. fieri habet, cum quis secundum canonicam disciplinam, tertio uocatus ad emendationem manifesti delicti, & satisfacere uilipendens, sententia ecclesiæ à loco orationis & sacramentorū cōmunionē, & fidelium consortio præciditur, ut erubescat, & pudore sceleris conuersus pœniteat, ut spiritus eius saluus sit. Qui si pœnitentiam profitens, resipuerit, negatę cōmunioni admittitur & ecclesiæ reconciliatur. Hæc autē ecclesiæ anathematizatio hanc pœnam illis, qui digne percelluntur, infligit, quia dei gratia & protectio illis amplius subtrahitur ac sibi ipsi relinquitur, ut sit eis liberū rueri in interitū peccati, in quos etiam diabolo maior datur sequendi potestas. Orationes quoq; ecclesiæ & benedictionū ac meritorum suffragia, eis nequaquā suffragari putantur. Circa prædicta quidē, ut sciatur cuius uel quorū sit, & secundū quem modum excōmunicandi potestas, oportet attendere, quod in excōmunicatione iudicatur reus ad pœnam pro statu futuri seculi iudicio quodā, de quo expressius nono huius dicitur, & eidem infligitur pœna quædam grauis, etiam pro statu uitæ præsentis, ut quia diffamatur publice, sibiq; interdicitur aliorum consortium. Ex quo etiam ciuili cōmunionē atque cōmoditate priuatur. Et licet primę pœnæ inflictio ut quæ infligitur illi qui percellitur indigne, nihil noceat pro statu futuri seculi, quia deus non semper sequitur ecclesiæ, id est sacerdotum iudicium, dum scilicet iniuste quenq; iudicāt, quemadmodum sufficienter ostensum est prius. Læderetur tamen sic iniuste percussus à sacerdote pro statu uitæ præsentis grauissime quasi, ut quia diffamatur, & ciuili cōmunicatione priuatur. Et propterea dicendum, quod licet ad tale iudicium promulgandum requiratur uox & actio sacerdotis, non tamen ad aliquem solum, aut tātummodo ad ipsorum collegium pertinet iudicium coactiuum & præceptum dare de excōmunicandis aut absoluendis. Sed talem statuere iudicē, cuius uidelicet sit reū uocare ac examinare, iudicare, absoluere, aut condemnare, sic publice diffamandum, aut à fidelium consortio præcidendum, pertinet ad fidelium uniuersitatem in cōmunitate illa, in qua debet aliquis tali iudicio iudicari, uel ad superiorem ipsius, uel ad exilium generale. Veruntamen debet examinatio criminis, si tale fuerit propter quod debeat quis excōmunicari necne, fieri per talem iudicem habito collegio sacerdotum, aut ex eis peritorum determinato numero secundum leges positas aut consuetudines. Sacerdotes nanque iudicio primæ significationis debent crimina

mina iudicare seu discernere, quibus secundum legem euangelicā,  
 debet quis à fidelium præcidi consortio, ne alios inficiat, quemad-  
 modum medicus aut medicorum collegium, iudicio primæ signifi-  
 cationis, iudicare habent de morbo corporali, propter quem debet  
 quis ne alios inficiat, ut leprosus ab aliorū cōsortio separari. Et rur-  
 sum debet esse crimen huiusmodi, quod certo testimonio probari  
 possit per aliquem fore commissum. Et propterea, sicut non ad me-  
 dicum quenquam, aut ipsorum tantummodo collegium, iudicium  
 seu iudicem, cuius est coactiua potestas expellendi leprosos, statue-  
 re pertinet, sed ad ciuium fidelium uniuersitatem aut ipsorum par-  
 tem ualentio rem, quemadmodum demonstratum est decimo quin-  
 to primæ. Sic quoq; propter animæ morbum, ut crimen notorium  
 expellendorum à communi consortio, iudicium aut iudicem, cuius  
 sit horum coactiua potestas, ad nullū sacerdotē solum, aut ipsorū  
 tantūmodo collegiū statuere pertinet in cōmunitate fidelīū, quan-  
 quam ex ipsorum consilio debeat tale iudicium procedere, quoniā  
 ipsi tenentur scire legem diuinam, in qua determinata sunt crimina  
 propter quæ debet alicui criminoso fidelium nō criminosorum in-  
 terdici consortium. Labia nanque sacerdotis custodiunt scientiam,  
 & legem requirent ex ore eius, Malachiæ secundo. Vtrum autem  
 huiusmodi crimen commiserit is cui crimen imponitur, nō oportet  
 per solum episcopum aut sacerdotem iudicari, sed per fidelium uni-  
 uersitatem in cōmunitate illa, uel per iudicem ab eadē institutū ad  
 hoc uel superiorē quemadmodū diximus, siue sacerdotē siue nō sa-  
 cerdotem, Secundum tamen probationes inductas, & si per testes  
 conuictus fuerit, & tale fuerit crimen propter quod debeat excom-  
 municari, in quo solo stari debet iudicio collegij sacerdotum aut sa-  
 nioris partis illius. Tunc per supradictum iudicem à fidelium uni-  
 uersitate illius loci statutum ad hoc, debet sic criminosus excom-  
 municandus per sententiam nunciari. Et fieri debet executio talis senten-  
 tiæ uoce sacerdotis, pro quanto tangit reum etiam pro statu uen-  
 turi seculi. Demonstrat autem uerum esse quod diximus, scri-  
 ptura, ex qua ortum sumpsisse uidetur hæc correctionis species,  
 & est Matthæi decimo octauo, cum dixit Christus. Si peccauerit  
 in te frater tuus, uade & corripe eum inter te & ipsum solum, si te au-  
 dierit, lucratus eris fratrem tuum, si autem te non audierit, adhibe  
 tecum unum uel duos testes, ut in ore duorum uel trium testiū  
 stet omne uerbum. Quod si eos non audierit, dic ecclesiæ. si autem  
 ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Dixit er-  
 go Christus, dic ecclesiæ, nec dixit, apostolo uel episcopo seu pres-

*Modus excom-  
 municandi.*

*Quid ecclesia  
signet apud  
apostolos.*

bytero aut ipsorum soli collegio. Et intellexit ibi Christus ecclesiam  
fidelium multitudinem aut iudicem ad hæc illius autoritate institu-  
tum, quo modo usi sunt hoc nomine apostoli & ecclesia primitiua, si-  
cut plene ostensum est secundo huius. Et quod sic Christus intelle-  
xerit ecclesiam, id est credentium seu fideiū uniuersitatem, Et quod  
huius sit talem iudicem statuere, aut tale iudicium ferre in cōtuma-  
ces, aut taliter criminosos, demōstro per Apostolum primæ ad Co-  
rinthios quinto, ubi causam, formam & modum, & per quos hoc iu-  
dicium in quenquam ferri debeat, tradit Apostolus magis ex-  
presse, Christi uerborum sequens & explanans sententiam, dum di-  
xit, Ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu, iam iudica-  
ui ut præsens eum qui sic est operatus, in nomine domini nostri Iesu  
Christi, congregatis uobis & meo spiritu, cum uirtute domini Iesu,  
tradere huiusmodi satanæ, criminolum scilicet quendam, qui patris  
sui uxorem cognouerat carnaliter. Vbi glossa secundum Augusti-  
num. Hoc modo iudicauit, ut nos congregati in unum, absque ali-  
qua dissensione, quibus mea autoritas & uirtus Christi cooperabi-  
tur tradatis satanæ huiusmodi. Ecce ergo propter quid, quibus, &  
qualiter aliquis excōmunicandus est secundum intentionem & do-  
ctrinam Apostoli, in cuius mandato fortassis magis attenditur con-  
siliū quàm præceptum, etiam secundum legem diuinam. quoniã  
esto quod illum criminolum tolerassent inter ipsos conuersari pro-  
pter ipsorū patientiã quæuis nõ sine scandalo & periculo infectionis  
aliorum, nil minus saluari & meritoria opera facere poterant. Am-  
plius, esto quod præceptum stricte sumendo fuisset secundum le-  
gem diuinam, non tamen fuit præceptum hoc fieri per solum sacer-  
dotem aut episcopum uel ipsorum tantummodo collegiū. Et ideo  
cum dixit Apostolus. Ego quidem absens corpore, præsens autem  
spiritu, iam iudicauit, &c. intelligi debet iudicio primæ significatio-  
nis, non tertiæ. propterea quod subdit, Congregatis uobis & meo  
spiritu. Vnde & eis formã tradidit, ex qua inter ipsos ex hoc conten-  
tio non posset oriri. Quoniã ipsis cōgregatis in unū, maxime, si per  
modum iudicij coactiui hoc fieri debebat, ppter quod Augustinus,  
Ut uos congregati in unū absq̃ aliqua dissensione, id est de cōmu-  
ni consensu per uos fiat, uel per iudicem ex cōmuni cōsensu per uos  
statuto ad hoc, quod idem est. Et ideo nõ mandauit hoc Apostolus  
fieri per presbyterū aliquē, nec alicui episcopo seu presbytero scri-  
psit hoc fiendum per ipsum, tum tamē ad ipsos tunc mitteret Timo-  
theum, qui episcopus erat, ut eadem quarto palàm, quod tamen fe-  
cisset, si hoc iudicium ad solius sacerdotis autoritatem pertinere nõ  
uisset

*Excōicatio non  
solis sacerdoti-  
bus commissã.*



uisset, quemadmodum in alijs fecerat. Quod etiam ex primæ ad Timotheum tertio, & ad Titum primo induximus capitulo præcedente. Posset autem, quam tenemus, probabiliter dicta sententia ratione firmari iuxta scripturam. Quoniam certius & absque suspitione magis fit tale iudicium, ut diximus, quam per solam uoluntatem unici sacerdotis aut ipsorum solius collegij, cuius aut quorum iudicium amore uel odio, aut inspecto comodo proprio citius peruerteretur, quam uniuersitatis fidelium, ad quam semper appellare contingit. Quamuis, ut diximus, executio talis sententiæ per sacerdotem fieri debeat, pro quanto inuocatur in hoc seculo diuina uirtus ad poenam aliquam criminoso infligendam in hoc seculo, quæ per hominis potestatem non posset inferri, ut dæmonis uexatione. Et quia pro statu futuri seculi similiter iudicatur ad poenam, & quoniam priuatur ecclesiæ suffragijs, quod fortasse per solius sacerdotis actione deus instituit fieri: Amplius, quoniam si cuius episcopo seu presbytero soli, aut cum suo solo collegio clericorum hanc quemlibet excōmunicare absque fidelium uniuersitatis consensu, sequitur ex eo, sacerdotes aut ipsorum collegium, omnia regna & principatus ab habentibus regibus aut principibus auferre posse. Excōmunicato namque quouis principe, subiecta sibi multitudo etiam excōmunicabitur, si excōmunicato principi obedire uoluerit, sicque cuiuslibet principis erit cassata potestas, Cuius oppositum uoluit doctor gētium ad Roman. xiiij. & primæ ad Timotheum sexto, & Augustinus ibidem in glossa, quemadmodum induximus quinto huius, parte septima & octaua. Instantiæ uero quæ ad hanc determinationem possent apparenter induci facile repellentur ex dicendis, nono, decimo, decimo quarto & xyij. huius. Est rursus autoritas quæ dicitur sacerdotum, ea qua panis & uinum in corpus Christi benedictum transubstantiatur ad sacerdotis orationem, post certorum uerborum ab ipso prolatione. Hæc autem autoritas, character est animæ, sicut ea quæ clauium. Et dicitur potestas conficiendi eucharistiæ sacramentum. Hanc siquidem Theologorum quibusdam dicentibus esse ab eodem characterem cum clauium potestate, de qua dictum est prius. Alijs uero, quod diuerso characterem, alio etiam tempore atque uerbis Christi, collato apostolis, ut his quæ ad apostolos protulit Matthæi xxvi. Marci xiiij. & Lucæ xxij. dum dixit ad eos. Hoc est corpus meum, quod pro uobis datur, hoc facite in meam cōmemorationem, hoc facite, id est hoc faciendi potestatem habete. Qualitercunque tamen de hac diuersitate ueritas habeat, non refert ad hanc considerationem, quantum enim sufficiens nobis est ad propositum de autoritatibus seu potestati-

*Character s.  
ordinis.*

tibus, presbyteris seu episcopis per Christum collatis, quod ex scriptura sacra conuinci potest, rememorasse putamus. Cæterum quæ de clauium sacerdotalium potestate seu autoritate per Christum apostolis tradita, summam facturi, recolligentes, dicamus quod in peccatore uere poenitente, id est de peccato commisso dolente aliqua solus deus operatur etiam absque sacerdotis aliquo præueniente ministerio, mentis uidelicet illuminationem, culpæ seu maculæ peccati purgationem, & æternæ damnationis remissionem. Alia uero sunt quæ deus in eodē peccatore non secundum se solum operatur, sed per ministeriū sacerdotis, sicut ostendere in ecclesiæ facie, quis solutus uel ligatus à peccatis habeat in hoc seculo, ligandus aut soluendus in alio, id est cuius deus peccata retinuerit aut dimiserit. Amplius est & aliud quod deus operatur circa peccatorem per ministerium sacerdotis, commutatio scilicet poenæ purgatorij debitæ peccatori, pro statu futuri seculi in aliquam satisfactionē temporalem seu seculi huius, ipsam enim relaxat secundum partem aut totum iuxta satisfactiones iniunctas & poenitentis conditionem, quæ omnia per sacerdotem fieri debent, cum clauē potestatis secundum discretionem. Sic etiam à sacramentorū cōmunionē per sacerdotem excluduntur contumaces & relapsos admittuntur, quomodo dictum est circa finem capituli præcedentis. Hæc autem fuit sententia Magistri libro quarto, dist. xviij. octauo capitulo, cum dixit. Secundum hos ligandi & soluendi modos, quomodo uerum est quod dicitur, Quodcūque solueritis super terram, solutum erit & in cælis, & quodcūque ligaueritis super terram, ligatū erit & in cælo. Aliquando enim ostendunt solutos uel ligatos, presbyteri scilicet, qui non sunt apud deum, & poena satisfactionis interdum indignos ligant uel soluunt, & indignos sacramentis admittunt, & dignos admittunt. Sed intelligendum est in illis quorū merita solui uel ligari postulant. Quoscūque ergo soluunt uel ligant, adhibentes clauem discretionis reorum meritis, soluuntur uel ligantur in cælis, id est apud deum, quia diuino iudicio sententia sacerdotis sic progressa approbatur & confirmatur. Et dixit Magister consequenter quasi epilogans, Ecce qualis & quantus est usus apostolicarum clauium.

Ad cuius etiam euidentiam ampliorem habendam, inducemus exemplum seu comparisonem ipsius familiarem satis, quæ etiam uerbis & sententiæ Christi atque sanctorum, quorū autoritates induximus prius, & maxime Ambrosij, multum attinere uidetur. Inquit enim ille, quod uerbum dei dimittit peccata, sacerdos quidem officium exhibet suum, sed nullius potestatis iura exercet. Nos autem

tem

tem dicamus, quod sacerdos tanquā clauiger cælestis iudicis, quasi proportionaliter peccatorem liberat clauigero mundani iudicis. *Similitudo sacerdotis & iudicis serui.*  
 Nam sicut per uerbum siue sententiā iudicis huius seculi, principantis scilicet, damnatur aut absoluitur reus à culpa & pœna ciuili, Sic per uerbum diuinū aliquis simpliciter soluitur aut ligatur culpa & debito damnationis seu pœnæ pro statu futuri seculi. Et sicut actione clauigeri mundani principis nemo à ciuili culpa uel pœna soluitur aut damnatur, per ipsius tamē actionem, qua carcerem claudit uel aperit, reus ostenditur solutus uel damnatus: sic quasi per sacerdotis actionem, nullus soluitur aut ligatur culpa & debito damnationis æternæ, sed ostendit in ecclesiæ facie quis solutus aut ligatus habeatur à deo, dum sacerdotis benedictionem accipit, & ad sacramentorum cōmunionem admittitur, quomodo prædiximus circa finem, capituli præcedentis. Et ideo sicut clauiger mundani iudicis aperiendo uel claudendo carcerem, officium suum exhibet, nullius tamen iudiciariæ potestatis absoluēdi uel damnandi iura exercet, quoniam & si de facto carcerē aperiret alicui reo non absoluto per iudicem, ipsumque populo absolutum sua uoce nunciaret, non propter hoc reus solutus esset à pœna uel culpa ciuili. Et e contra, si carcerem aperire recusaret, suoque uerbo nunciaret non esse absolutum sed damnatum, quem uere iudex per suam absoluisset sententiam, non propter hoc ille debitor esset culpæ aut pœnæ ciuilis. Sic proportionaliter sacerdos, clauiger cælestis iudicis officium suum exhibet, per absolutionis aut ligamēti seu maledictionis uerbalem pronuntiationem. Quod si uere damnandos per supernum iudicem, aut iam damnatos, sacerdos ipse ignorantia, uel surreptione, aut utroque absoluendos uel absolutos pronuntiare, aut e contra, non tamen propter hoc essent primi soluti, & secundi damnati, eo quod clauem aut clauis cum discretionem non adhibuisset reorum meritis. Et ideo suum officium exhibet, sicut dixit Ambrosius. Nullius tamen potestatis iura exercet, quoniam uere solutos aut soluendos apud deum quandoque in ecclesiæ facie sacerdotes pro futuro seculo ligatos aut ligandos pronuntiant & e contra, ut supra diximus auctoritate sanctorum, atque Magistri libro quarto distinctione decima octaua, & octauo capitulo. Et propterea iura potestatis non exercet sacerdos. Sic enim quandoque diuina iustitia & repromissio perire posset. Ille igitur solus iura potestatis exercet in his, & iudex est, coactiuam habens potentiam, qui solus nec falli de humanis cogitationibus & operationibus potest. Nam ad Hebræos iij.

*Sacerdotes ostendunt, non absolunt peccatorem*

» Omnia nuda & aperta sunt oculis eius, & qui solus nec quicquid uult  
 » peruerse. Quoniã iustus es domine, & omnia iudicia tua iusta sunt,  
 » & omnes uia tuæ, misericordia, & ueritas, & iudicium, Tobia ter-  
 » do, ideo quod unicuique ipse iudex est talis. Vnde Iacobi quarto. Vnus est  
 » legislator & iudex, qui potest perdere & liberare. quod Iacobus nec  
 » de seipso aut aliquo dixit apostolorum, cum tamen esset unus de his  
 » tribus, qui uidebantur esse columnæ ecclesiæ, ut dixit Apostolus ad  
 » Galatas secundo. Voluit autem Christus huiusmodi sententias per  
 » ipsum Iacobum aut ferendas in alio seculo, per sacerdotes pronunciarî  
 » quodam iudicio significationis primæ, quasi pronostico, ut ex hoc  
 » peccatores in hoc mundo terreantur & à sceleribus & criminibus re-  
 » uocentur ad poenitentiam, ad quod exigitur, & ualet multum officium  
 » sacerdotum. Quo modo, si medicus corporalis sanitatis, cui docen-  
 » di & operandi secundum artem medicinæ potestas est data, ex insti-  
 » tutiõne iudicis seu legislatoris humani, de futuris sanis aut morituris  
 » iudicium secundum medicinalem scientiam in populo promulga-  
 » ret, ut ex hoc homines sobriam ducerent uitam, & ab intemperata  
 » reuocarentur, propter corporis sanitatem conseruandam, aut acqui-  
 » rendam, præcepta quoque seu documenta talium exhiberet. Præci-  
 » peret utique talia medicus obseruari, & obseruatores futuros sanos  
 » & transgressores infirmos uel morituros iudicaret, quos ille neque  
 » sanaret, aut infirmaret principaliter, sed naturæ hominum actio,  
 » ministerium tamẽ aliquod exhiberet. Nec rursus posset medicus  
 » sui autoritate sanum aut infirmum ad talia facienda quantumcumque  
 » corporali sanitati conferentia compellere, sed solummodo exhor-  
 » tari & docere atque terrere per sui iudicium primæ significationis  
 » pronosticum, eis annunciando sanitatem ex quorundam obserua-  
 » tione, mortem uero aut ægritudinem ex talium transgressione. Sic  
 » etiam proportionaliter medicus animarum, sacerdos scilicet, de his  
 » quæ ad æternam animæ sanitatem perducunt, uel mortem æternam  
 » aut poenam temporalem pro statu uenturi seculi, iudicat &horta-  
 » tur. Ad quæ tamen iudicio coactiuo neminem arcere potest nec de-  
 » bet in hoc seculo, ut Apostoli & Ambrosij autoritate probauimus  
 » ij. ad Corinth. primo. & supra cum his Chrysostomi sententiam ex-  
 » pressam induximus quinto huius, parte sexta. Propter quod sa-  
 » cerdos secundum sui officium non debet similitudinarie corporari iudi-  
 » ci tertiæ significationis sed primæ, habenti scilicet autoritatem do-  
 » cendi aut operandi, quemadmodum medicus, non tamen in quantum  
 » per potentiam coactiuam. Sic enim Christus se uocauit medicum, non  
 » principem. Vbi Lu. v. dixit de se loquens, Non egent medico qui sani  
 » sunt

*Medicus ani-  
 ma medico cor-  
 poris similis.*

*Autoritatẽ do-  
 cendi nõ cogendi  
 sacerdos habet.*

sunt, sed qui male habēt, nec dixit, iudice indigent. Quoniā in mundum de contentiosis coactiuum iudicium exercere non uenerat, Vt ex Lucae xij. induximus quarto huius, parte octaua. Sed uiuos & mortuos tali iudicio iudicaturus est in die illa, de qua dixit Apostolus ij. ad Timotheum ultimo. In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quā reddet mihi dominus in die illa iustus iudex. Tunc enim coactiuo iudicio pœnas infliget his, qui legem latam per ipsum immediate in hoc seculo transgressi fuerint. Et propterea signāter dixit Christus Petro. Tibi dabo clauēs regni cœlorū. nec dixit, tibi dabo iudicium regni cœlorum. Et inde iam diximus, necq̄ clauigerum mundani iudicis aut superni habere iudicium coactiuum, quod tertiæ significationis uocauimus, eo quod neuter talis potestatis iura exercet, ut de sacerdote palām dixit Ambrosius, & reliquorū etiam sanctorum autoritate monstratum est satis. De autoritate itaq̄ sacerdotum seu episcoporum, & apostolicarū clauium potestate per Christum sibi concessa, determinatum sit hoc modo.

DE DIVISIONE ACTVVM HVMANORVM, ET QUALITER referantur ad humanam legem, & iudicem seculi huius. Caput VIII.



Voniam autem omne iudicium coactiuum est de humanis actibus uoluntarijs secūdam aliquam legem aut consuetudinem, Et de his quidem, uel in quantū ad finem huius seculi ordinabilibus uitæ mundanæ scilicet sufficientiam, aut quantum ad finem uenturi seculi, quem uitam seu gloriam uocamus æternam, ut amplius appareat distinctio iudicium seu iudicare debentium, & secūdam quas leges, quo iudicio, & qualiter de ipsorum actuum differentijs aliquid differamus. Ad priorum etenim dubitatorum solutionem horum determinatio nō parum proficiet. Dicamus igitur, quod actuum humanorum proueniētium per cognitionem & desiderium, quidam proueniunt absq̄ mentis imperio, alij uero per humanæ mentis imperium. Primorū quidem sunt cognitiones, desideria, & dilectiones à nobis & in nobis euenientes absq̄ imperio seu præcepto intellectus aut appetitus de ipsis facto, quales sunt cognitiōes & affectiones ad quas eximus dū excitamur à somno, uel aliter factæ in nobis absq̄ nostræ mentis imperio. His autem assequuntur cognitiones, consensus, & affectiones aliquæ de prioribus actibus continuandis aut quibusdam inquirendis & comprehendendis, ut

*Actuū humano  
rum differētia.*

in

in actione quæ per rememorationem fit, & hæ sunt & dicuntur mentis imperia seu præcepta, tum quia nostro imperio fiunt seu eliciuntur, aut ipsis alia quædam, ueluti prosecutiones & fugæ.

Est autem Imperatorum actuum & non Imperatorum differentia, ex eo quod pridem diximus, quoniam non Imperatorum actuum non omnino est in nobis libertas seu imperium ut fiant aut non. Imperatorum uero secundum Christianam religionem potestas in nobis est. Et dixi primorum actuum non omnino potestatem in nobis, quoniam non est in potestate nostra, totaliter horum euentum prohibere, quamuis per secundos actus qui dicuntur imperia, & his consequentes, sic animam disponere possimus, ut non facile sit factiua uel receptiua primorum, uidelicet cum horum oppositos fuerit assuetus sibi quisque præcipere, diligere, aut considerare. Imperatorum uero actuum quædam sunt & dicuntur immanentes, & alij transeuntes. Immanentes autem sunt & dicuntur imperatae cognitiones, affectiones, & horum habitus facti ab humana mente, eo quod in subiectum aliud ab ipso faciente non transeunt. Transeuntes autem sunt & dicuntur omnes prosecutiones desideratorum, & ipsorum omissiones & motus facti per aliquod organorum corporis exteriorum, maxime secundum locum motorum. Rursum transeuntium actuum quidam sunt & fiunt absque nocumento uel iniuria singularis personæ, collegij, uel cõmunitatis alterius à faciente, ueluti sunt omnium factibilium genera & pecuniarum datio, peregrinatio, & corporis propriij castigatio, uerbere seu percussioe aut alio quouis modo, & his similes reliqui. Alij uero transeuntium sunt & fiunt, cū opposita circumstantia, nocumento uidelicet uel iniuria in alterum à faciente, quales sunt percussio, furtum, rapina, falsum testimonium, & reliqui plures secundum modos & species.

Omniū autem prædictorum actuum ab humana mente scilicet prouenientium, Imperatorum maxime, adinuentæ sunt quædam regulæ, seu mensuræ, uel habitus, quibus conuenienti modo ac debite fiant & proueuant tam pro sufficienti uita huius seculi quam uenturi consequendis ex his. Verum istorum habituum seu regularum quædam sunt, secundum quas docentur & regulantur actus humanæ mentis, tam immanentes quam transeuntes in fieri uel omitti absque poena uel præmio operati uel omittenti distribuendis ab alio per potentiã coactiuã, quales quidẽ sunt plurimæ disciplinæ operatiuæ, actiuæ atque factiuæ. Aliæ uero dictarum regularum sunt secundum quas præcipiuntur actus huiusmodi fieri uel omitti sub poena uel præmio operantibus aut omittentibus distribuendo per alterius potentiam

tiam coactiuam. Harum autem rursus coactiuarum quædam sunt secundum quas afficiuntur ipsarum obseruatores aut transgressores poena uel præmio in statu & pro statu uitæ præsentis, quales sunt omnes leges & humanæ cõsuetudines ciuiles. Aliæ uero harum sunt secundum quas pro solo statu & in statu futuri seculi puniuntur aut premiantur operatores, Quales sunt diuinæ leges ut plurimū, quæ cõmuni nomine sectæ uocantur, inter quas ut diximus sexto primæ, ea quæ Christianorū sola continet ueritatem & sufficientiam, pro futuro seculo sperandorū. Est igitur pro uita seu uiuere sufficienti huius seculi posita regula humanorū actuum Imperatorū transeuntium fieri possibilium ad cõmodum uel incõmodum, ius aut iniuriam alterius à faciente præceptiua, & transgressorū coactiua supplicio siue poena p̄ statu præsentis seculi tantum. Quam legem humanam cõmuni nomine diximus in decimo primæ. Cuius etiam finalem necessitatem, & causam agentem assignauimus undecimo & xij. & xij. primæ. Pro uita uero seu uiuere in hoc seculo, pro statu tamen futuri seculi tradita & posita est lex per Christum. Quæ siquidem lex regula est humanorū actuum Imperatorū, & qui sunt in potestate actiua nostræ mentis, tam immanentium quæ transeuntium, secundum quod fieri possunt uel omitti, debite aut indebite in hoc seculo, pro statu tamen siue fine futuri seculi coactiua & distributiua poenæ uel præmiij, & horum illatiua in futuro seculo non in isto secundum merita uel demerita obseruatorum aut transgressorum illius in uita præsentis. Verum quia leges hæ coactiue tam diuinæ quàm humanæ anima carent & mouente principio iudicatio & executiuo indigerūt habere subiectum seu principium aliquod animatum, quod quidem secundū ipsas humanos actus præcipiat, regulet, seu iudicet, ac etiam exequetur iudicata, & ipsarum arceat transgressores. Hoc aut subiectum aut principium iudex uocatur, quem diximus secundū tertiam significationē secūdo huius. Vnde quarto Ethicorū, tractatu de iustitia. Est enim iudex uelut iustum animatum. Secūdū humanas ergo leges oportet habere iudicē, qualem iam diximus autoritatem habentem iudicandi tertie significationis iudicio, de contentiosis hominū actibus exequendi iudicata, & legis transgressorem quemlibet per coactiuā arcendi potētiam. Hic enim iudex dei minister est, & uindex in iram, & qui malū agit, ut dixit Apostolus ad Ro. xij. & à deo missus ad hoc, ut dicit primæ Petri. ij. & dixit Apostolus, qui malum agit, quicumque scilicet fuerit ille, indifferenter hoc intelligēs de omnibus. Et ideo cum presbyteri seu episcopi, generaliter quæ omnes tēplorū ministri cõmuni nomine

Lex Christi.

uocati clerici, possint cōmittendo uel omittēdo malū agere & agāt  
 ipforum aliqui, utinam non plurimi quādoq; de facto in nocumen-  
 tum & iniuriam alterius. Sunt & ipsi suppositi uindictæ seu iurisdic-  
 tionis iudicum, quorum est coactiua potentia puniēdi legum huma-  
 narum transgressores, Quod etiam aperte dixit Apostolus ad Ro.  
 xij. Vnde, omnis anima, inquit, subdita sit potestatibus sublimiori-  
 bus regibus, uidelicet principibus & tribunis secundū sanctorū ex-  
 positionem. Eadem nanq; propria materia debet eiusdem agentis  
 actionem suscipere, quod natū & ordinatū est in illam agere pro-  
 pter finem ad quā apta est, ut apparet in secundo Physicę. Sic enim  
 ut ibidem dicitur, agitur unumquodq; sicut natū est agi, & econuer-  
 so. Nunc autē legis transgressor materia est siue subiectū, in quod  
 natus est & ordinatus agere iudex seu principans iustificationem  
 propter æqualitatem siue proportionem faciendam ad pacem seu  
 tranquillitatem & conuictum siue congregationem hominum con-  
 seruandam, demum propter humanæ uitę sufficientiam. Et propte-  
 rea ubicunq; talis materia seu subiectū reperiatur in prouincia sub-  
 iecta iudici, debet illam iustificare. Cum igitur sacerdos possit esse  
 propria seu per se materia talis, uerbi gratia, legis humanæ trans-  
 gressor, debet illius subesse iudicio. Esse enim sacerdotem uel nō sa-  
 cerdotem, accidit trāsgressori secundū cōparationem ad iudicem,  
 sicuti esse agricolam aut domificatorem, quemadmodum sanabili  
 aut ægrotabili, musicū aut non musicum esse in cōparatione ad me-  
 dicum. Nō enim tollitur id quod est per se, neq; uariatur per id quod  
 accidit, alioquin essent infinitæ iudicum species atque medicorum.  
 Debet ergo sacerdos seu episcopus quilibet legis humanæ trans-  
 gressor iustificari & arceri per iudicem, cuius est in hoc seculo trans-  
 gressorū humanæ legis coactiua potestas. Hic autē est seculi prin-  
 ceptus in quantum huiusmodi non presbyter aut episcopus, ut demō-  
 stratū est quarto huius & quinto, ergo per principem presbyteros  
 seu episcopos omnes humanæ legis transgressores oportet arceri.  
 Nec solum uelut secularis ex transgressione debet plecti sacerdos,  
 seu alter spiritualis minister, sed tanto amplius quāto grauius & in-  
 detentius peccat, quoniam magis sciens & eligens, qui præcepta fu-  
 giendorum & agendorum amplius nosse debet. Et rursus, quo-  
 niam turpius peccatum est debentis docere quā doceri. Hoc au-  
 tem sustinet presbyteri peccatū ad eum qui non presbyteri, peccat  
 igitur grauius sacerdos, & eo amplius puniendus. Nec recipi de-  
 bet instantis sermo, qui dicat iniurias uerbales, reales, aut persona-  
 les, & reliqua humana lege prohibita, per sacerdotem in quenq; il-  
 lata

*Sacerdotes per  
iudicem arceri  
debere.*

*Sacerdos graui-  
us quā idiota  
puniendus.*



lata, spirituales fore actiones, & eo non pertinere ad seculi principē in sacerdotem talia uindicare. Quoniam huiusmodi lege prohibita, ut quæ adulteri, percussioni, homicidij, furti, rapinæ, ignominia, detractionis, prodicionis, fraudis, hæresis, & reliquorū similiū per sacerdotem cōmissa carnalia sunt & temporalia, ut notissimum est experientia, & supra id monstrauius secundo huius per Apostolum primæ ad Corinth. tertio, & ad Rom. xv. Et eo etiam carnaliores atq; temporales iudicandæ magis quāto secundū ipsa presbyter aut episcopus, grauius & turpius peccat his quos à talibus reuocare debet, delinquendi præbens occasionem & facilitatem sui exemplo peruerso. Subest igitur & subesse debet sacerdos quilibet seu episcopus iurisdictioni principum in his quæ præcepta sunt humana lege seruari, quemadmodum ceteri seculares. Nec est exemptus ipse à talium iudicio coactiuo, nec quēq; alium autoritate sua eximere potest, quod demonstro per additionem ad ea quæ dicta sunt xviij. primæ, deducendo contradicentem ad inconueniens maximū. Quoniam si Romanus episcopus, aut alter cuius presbyter sic esset exemptus, ut coactiuo principantium iudicio nō subesset, sed esset ipse iudex huiusmodi absq; humani legis latoris autoritate, possetq; omnes spirituales ministros, quos clericos uocāt cōmuni nomine, à principū iurisdictione separare, sibiq; subiicere, quæ admodum faciunt modernis temporibus Romani pontifices, sequitur per necessitatem, principantiū seculariū iurisdictionem quasi totaliter annullari, quod reputo graue inconueniens, & omnibus principibus & cōmunitatibus importandū: quoniā Christiana religio neminem priuat iure suo, ut ex Ambrosio supra illud ad Titum secundo, Admone illos subditos esse principibus & potestatibus, in duximus quinto huius. Inconueniētis autem istius consequentiam, sic ostendo, quoniam lege diuina prohibitū nō reperitur, quinimō concessum presbyterū aut episcopū esse, qui habet uxorem, præsertim si non una plures habuerit, ut habitū est primæ ad Timoth. iij. Quod autem humana lege seu constitutione statum est eadem autoritate reuocari potest inquantū huiusmodi. Poterit igitur Romanus episcopus, qui se legis latorem facit, aut de suæ plenitudine potestatis, si quis tamen hanc ipsum concedat habere, presbyteris omnibus, diaconis, & subdiaconis uxores cōcedere: Nec solum his, uerum etiam alijs nō ordinatis sacerdotio uel diaconatu, aut aliter cōsecratis, quos clericos tonsuræ simplicis uocāt: quinimō & his decentius, quod & de facto Bonifacius octauus fecisse uidetur, ut sibi secularem potentiam adaugent. Omnes enim qui uirginem duxe-

*Ro. episcopus  
nō est exemptus  
à iure principū*

*Sacerdotibus  
uxores concedi posse.*

*Fratres gaudentes.*  
*Begini.*  
*Monachi indotus in ordinē assumunt.*

rant uxorem & unicam uolētes, ascripfit cætui clericorū, & per suas ordinationes quas Decretales appellant, ascribi decreuit, neq; adhuc his clausi limitibus, laicos quosdā quos in Italia fratres gaudentes, alibi uero beginos appellant, similiter ab humanis legibus ciuilibus rite latis exemptos fecerunt. Sic quoq; fratres templariorum hospitaliorū, & reliquos plures huiusmodi ordines, similiter & eos qui de alto passu, sic etiam de cæteris pro libito pari ratione facere possunt. Quod si omnes huiusmodi hoc ipso exempti sunt à principantium iurisdictione secundū Decretales ipsorum (quæ etiam talibus sic exemptis immunitates quasdam onerum publicorū seu ciuiliū tribuunt) uerisimile ualde uidetur maiorem hominū multitudinem ad horum collegium declinare, præcipue cum ad hos tam literatos quàm illiteratos indifferenter assumant. Est enim quilibet pronus ad cōmodum proprium prosequendum, & incōmodum fugiendum. Maiori uero multitudine seu pluralitate ad clericorū collegium declinante, principatium iurisditio, & coactiua potestas inuualida remanebit, quod est grauissimū inconueniens, & politix corruptiuum. Qui enim gaudet honoribus & ciuilibus cōmodis, ut pace ac tutela legis latoris humani ab oneribus & iurisdictione, non debet eximi absq; determinatione legis latoris eiusdem. Propter qd siquidem euitandum, fateri oportet secundum ueritatem, iurisdictionem in episcopos seu presbyteros & clericos omnes, legislatoris auctoritate principantem habere, ne principatuum etiam pluralitate inordinata politiam solui contingat, quemadmodum determinatū est xvij. primæ. Numerum quoque certum ipsorum in subiecta sibi prouincia, principantem determinare debere, sicuti & personarum cuiusuis alterius politix partis: ne sua excrescentia indebita, potestati coactiux principantium resistere ualeant, aut aliter politix turbationem inferre, uel sua insolentia & actio necessariorum operum ciuitatem aut regnum priuare commodo, quemadmodum ex secūdo quinti Politice, induximus xv. primæ. Sic igitur humana lege ac iudice, qui tertix significationis regulari habent, actus humani transeuntes in commodum uel incommodum, ius aut iniuriam alterius à faciente. Cui siquidem coactiux iurisdictioni subesse debēt omnes seculares & clerici. Sunt autem & alij iudices quidam secundum humanas leges, qui primæ significationis iudices dicti sunt, aut secundæ, ut ipsarum doctores, auctoritate tamen coactiua carentes, quos in unica quamuis cōmunitate etiam non subordinatos inuicem, nihil prohibet esse plures.

VICVM III. SECUNDA DICTIO SEV PARS.  
 DE HVMANORVM ACTVVM RELATIONE AD LEGEM  
 diuinam, & iudicem alterius seculi, Christum  
 uidelicet, qualiter etiam ad doctorem legis  
 eiusdem, episcopum siue sacerdotem  
 in hoc seculo comparentur.

CAPVT NONVM.



Secundum hanc igitur rationem, iudex etiam quidam est, coactiuam habens auctoritatem transgressorum secundum legem diuinam, quam etiam humanorum actuum aliquorum tam immanentium quam transeuntium coactiuam regulam diximus. Hic autem unus est, Christus scilicet, nullus alius. Vnde Iacobi quarto. Unus est legis lator & iudex, qui potest perdere & liberare. Verum huius iudicis coactiuam potestatem in quibus non exercetur in hoc seculo ad poenam seu supplicium aut praemium distribuenda transgressoribus aut obseruatoribus legis latae per ipsum immediate, quam euangelicam per sepe diximus. Voluit enim sui misericordia Christus, usque ad extremum cuiusque periodum concedere mereri, & de commissis in ipsius legem poenitere posse, sicut etiam ex sacrae scripturae auctoritatibus in sequentibus ostendetur. Est alius secundum euangelicam scripturam iudex, qui primae significationis proportionaliter humanae legi, sacerdos scilicet, qui doctor est in hoc seculo diuinae legis, & agendorum aut fugiendorum quae sunt ad uitam aeternam consequendam, & poenam declinandam secundum ipsam praecceptorum, Non tamen habens coactiuam potentiam in hoc seculo arcendi quosquam ad praecceptorum secundum ipsam obseruationem. Frustra enim ad haec quos cogeret, quoniam obseruatorum talium coacto, nihil ipsa proficerent ad aeternam salutem, quemadmodum per Chrysostomum, quinimo per Apostolum euidenter ostendimus quinto huius. Ideoque iudex hic conuenienter assimilatur medico, cui data est auctoritas docendi atque praecipendi, & pronosticandi seu iudicandi de his quae sunt utilia fieri uel omitti ad corporalem sanitatem consequendam, & mortem aut aegritudinem declinandam. Propter quod etiam Christus in statu & pro statu uitae praesentis uocauit se medicum, non principem atque iudicem. Vnde Lucae quinto, & supra induximus cap. precedente de se loquens ad Phariseos inquit. Non egent medico qui sani sunt, sed qui male habent. Non enim ordinauit Christus arceri quos ad legis latae per ipsum obseruationem in hoc seculo. Et propterea nec iudicem coactiuam habentem potentiam

*Unus legis lator  
 Christus.*

*Christus medicus,  
 non iudex.*

*Lex euāgelica ad duo comparatur.* tiam huius legis transgressores arcendi statuit in eodem. Vnde attendendum quod euāgelica lex potest dupliciter cōparari ad homines, super quos est lata per Christum, uno quidē modo ad ipsos in statu & pro statu uitæ præsentis. Et ut sic rationem habet magis doctrinæ speculatiuæ aut operatiuæ uel utriusq̃, quantum ad diuersas sui partes, quàm legis dictæ secundum propriam & ultimam significationem, quamuis lex possit dici secundum alias legis significationes, ut secundam & tertiā, de quibus diximus decimo primæ, Et causa eius quod diximus est, quoniam lex secundum ultimam & proprie dictam significationem, dicitur de regula coactiua, id est secundum quam transgressor arcetur per potentiam coactiuam, traditam secundum ipsam iudicare debenti. Nunc autem per euāgelicam doctrinam seu latorem legis ipsius, nemo cogi præcipitur in hoc seculo ad eorū obseruationem, quæ in ipsa præcipiūtur in hoc seculo fieri uel omitti. Ideoq̃ ad statū hominis in hoc & pro hoc seculo comparata, dici debet doctrina nō lex, nisi secundū quem modum diximus. Et fuit hæc Apostoli sententia ij. ad Timoth. iij. cum dixit. Omnis scriptura diuinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia. Nunquam uero dixit Apostolus ad cogendum uel puniendum in hoc seculo. Vnde ij. ad Corinth. primo. Non quia dominamur fidei uestræ, sed adiutores sumus gaudij uestri quia fide statis. Vbi Ambrosius & supra induximus quinto huius, nec frequenter iterare piget. Et ne indignentur, Corinthij scilicet quasi de dominio, eo quod dixerat Apostolus, Parcens uobis non ueni, subdit Apostolus, non ideo dico parcēs, quia dominemur fidei uestræ, id est, quia dominium & coactionem patiatur fides uestra, quæ uoluntatis est, non necessitatis. Sed ideo dico, quia adiutores sumus, si uultis cooperari. Ecce adiutores, per doctrinā scilicet, & si uultis cooperari. Nam fide quæ per dilectionem operatur statis, non dominio. Alio uero modo cōparari potest euāgelica scriptura seu lex ad homines pro ipsorum statu in alio seculo, in quo solummodo non isto arcebuntur pœna uel supplicio, qui eam transgressi fuerint in uita præsentis, & ut sic nomen legis propriissime dictæ sortitur. Et qui secundū ipsam iudicabit tunc propriissime iudex, ut qui secundum tertiam significationē coactiuam habens potentiam. Sacerdos autem seu episcopus quicumq̃ sit ille, quoniā secundū hanc disponit & regulat homines solummodo in statu uitæ præsentis, licet ad futuram uitam, nec sibi secundum ipsam arcere quenq̃ in hoc seculo cōcessum est ab illius immediato latore, Christo uidelicet, idcirco nec proprie iudex dicitur,

ut

*Fides uoluntaria.*

ut qui tertiæ significationis, coactiuã habens potentiã, nec quenq̃ tali iudicio in hoc seculo pœna reali aut personali potest nec debet arcere. Quo etiã uel pportionali modo doctor aliquis operatiuus ut medicus se habet ad iudiciũ sanitatis corporalis hominum absq̃ coactiua cuiusq̃ potētia, quẽadmodũ diximus circa principiũ capituli huius. Hęc quoq̃ iuxta mētem Apostoli ij. ad Cor. primo, fuit aperte sentētia beati Ioannis Chrysostomi in suo libro dialogorum, qui etiam de dignitate sacerdotali intitulatur libro ij. capi. iij. Eius uero seriem quã induximus quinto huius, parte sexta, non reiterauimus hic propter abbreviationem sermonis, sed qd̃ addit ad seriem supradictã subiūximus hic. Inquit ergo Chrysostomus. Propter hoc ergo multũ opus est artis auxilio, ut persuadeatur hominibus, & se ultro cū ægrotant, sacerdotũ præbeant medicinæ, nec solum hoc, sed & gratificētur curandis, siue enim aliquis resultet ligatus, habet quippe in hoc liberam potestatem, malũ suũ deterius faciet, siue ea uerba quę uice ferri erant pro futura respuerit, alius sibi de contemptu uulnus adiungit, sitq̃ curationis occasio, morbi perniciosis instrumentũ. Non est enim qui curare possit inuitum. Et tunc aliquibus interpositis quæ corrigendo, nō tamen cogendo debet attendere pastor animarũ, infra subiungit. Homo uerò si à fide recta fuerit abductus, multũ sacerdoti imminet exhortationis, industriæ & patiētiae, quia nō potest errantē ad talē ui reducere, sed persuadere conabitur, ut ad fidem rectam reuertatur, à qua primitus corruit. Ecce qualiter sanctus iste separat iudicium sacerdotum à iudicio principantium, quoniam sacerdotum iudicium coactiuũ nec est nec esse debet, causam quam persæpe diximus assignãs. Primũ quoniã coactiua ptãs à legibus seu legũlatoribus est, quæ sacerdotibus suo tempore uel prouincia concessa non erat. Secundo, quoniam si concessa foret eisdem, frustra itaq̃ secundũ illam agerēt in subditos. Nam coactis nihil spirituale proficit ad æternam salutē. Idemq̃ dixit supra illud Lucæ nono. Si quis uult post me uenire, abneget semetipsum. Seriem autem propter dictarum sufficientiam omisi, & propter abbreviationem. Hęc rursum fuit aperte sententia beati Hilarij ad Constantium Imperatorem, in qua epistola inter cætera scripsit eidem. Deus cognitionem sui docuit potius q̃ exegit, & operationum cælestium admirationem præceptis suis cõsilians autoritatem coactiuã confitēdi se aspernatus est. Ecce quod uult deus cognitionem sui & cõfessionē homines doceri, per fidem scilicet, cogi uero quenq̃ minime, sed hoc aspernatur. Eadē quoq̃ parum infra repetit dicens. Nō requirit deus coactã cõfessionem.

Rursumq̄ infra eadem in persona omnium sacerdotum, inquit sic. Non possum nisi uolentem recipere, nisi orantem audire, nisi profitentem signare. Non uult ergo deus coactam sui confessionem, nec quenq̄ ad hoc trahi per uiolentam alicui actionem seu compulsionem. Vnde idem contra Auxentiū Mediolanensem episcopū quē Arrianum reputauit. Et qui per armatam potentiam homines fati ri quæ suæ opinionis erant circa, imò uerius contra fidem catholicam, ut dicit, procurabat arceri, ipsumq̄ arguēs etiam si uera docuisset, sic ait. Ac primū misereri licet nostræ ætatis laborem, & presentium temporum stultas congemiscere opiniones, quibus patrocinari deo, humana creduntur, & ad tuendam Christi ecclesiam, ambitione seculari laboratur. Rursus ad eundem ibidem. At nūc prohdolor diuinam fidem suffragia terrena commendāt, inopsq̄ uirtutis suæ Christus, dum ambitio nomini suo cōsiliatur, arguitur. Terret exilijs & carceribus ecclesia, crediq̄ sibi cogit, quæ exilijs & carceribus credita est. Et loquitur de ecclesia pro collegio sacerdotum seu episcoporum, & reliquorum templi ministrorum, quos uocant clericos. Hoc etiam Ambrosius ad Valentianum Imperatorem epistola secunda, quæ intitulatur ad plebem sensit aperte, cum dixit. Dolere potero, flere potero, gemere potero aduersus arma, milites, Gothos quoq̄, lachrymæ meæ arma mea sunt, talia enim munimenta sunt sacerdotis, aliter nec debeo nec possum resistere. Ecce quod non debet, esto quod posset, arma uel potentiam coactiuā in quenquā mouere aut moueri, iubere uel exhortari sacerdos, maxime contra Christi fideles, cuius oppositum contra documentum sacri canonis & sanctorum omnis iste mundus, de quibusdam sacerdotibus sentire potest. Secundum ueritatem igitur & apertam intentionem Apostoli atque sanctorum, qui doctores ecclesiæ seu fidei extiterunt, aliorum præcipui, nemo cogi præcipitur in hoc seculo pœna uel supplicio ad legis euangelicæ præcepta seruanda, per sacerdotem præcipue, nedum fidelis, uerū etiam nec infidelis: propter quod huius legis ministri, episcopi seu presbyteri, nec quenq̄ iudicare possunt in hoc seculo, tertiæ significationis iudicio, nec quē quam ad præceptorū diuinæ legis obseruationem, præsertim absque humani legis latoris autoritate, quoniā tale iudicium secundū legem diuinam in hoc seculo exerceri non debet, aut eius executio fieri, sed in futuro tantūmodo. Vnde Matt. xix. Iesus aut̄ dixit illis, id est apostolis. Amen dico uobis, quod uos qui secuti estis me, in re generatiōe, cū sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & uos super sedes duodecim, iudicātes duodecim tribus israhel. Ecce quando

*Nemo pœna cogi debet ad diuina præcepta seruanda.*

quando sessuri erant apostoli cū Christo tanq̄ coniudices tertiæ si-  
gnificationis, quoniā in alio seculo, nō in isto. Vbi glossa in regene-  
ratione, id est quādo mortui resurgēt incorrupti. Vnde scđm glos-  
duæ sunt regenerationes, Prima ex qua & spiritu sancto, secūda in  
resurrectione, Vnde sedebitis & uos, dicit glossa secundū Aug. For-  
ma serui quę iudicata est, Christi scilicet, qui in hoc seculo iudicatus  
fuit coactiuo iudicio, nō iudicans, cū iudiciariā exercuerit potestatē  
in resurrectione scilicet, eritis & uos mecū iudices. Ecce ergo secun-  
dum Christi oraculum euangelicum, & sanctorum expositionem,  
quod Christus non exercuit in hoc seculo iudiciariam potestatem,  
coactiuam scilicet, quā tertiæ significationis diximus. Sed potius in  
forma serui existens, ab alio iudicatus est tali iudicio, & quod talem  
iudiciariā potestatem coactiuā, cum exercuerit in alio seculo, tunc  
apostoli cum ipso sedebunt ad iudicandum tali iudicio non antea.

Vnde admiratione dignum est ualde, cur sibi assumat episcopus  
seu presbyter aliquis quicuncq̄ sit ille, maiorem aut aliam autorita-  
tatem quā Christus aut eius apostoli habere uoluerint in hoc se-  
culo, ipsi enim in forma seruorum iudicati sunt per seculi principes,  
eorum uero successores presbyteri, principibus non solū subesse re-  
cusant contra Christi & apostolorū exemplū atq̄ præceptum, ue-  
rum etiam principibus & potestatibus supremis coactiuam iurisditio-  
ne præesse se dicunt, cum tamē dixerit Christus Matth. x. Et ad re-  
ges & ad præfides ducemini propter me, nec dixit præfides aut re-  
ges eritis. Et infra subiungit, non est discipulus supra magistrū, nec  
seruus super dominū suū. Nullū ergo iudiciū, principatū, seu domi-  
nium coactiuū potest aut debet in hoc seculo præbyter seu episco-  
pus aliquis, inquantū huiusmodi exercere. Fuit etiā hæc aperte sen-  
tentia Arist. iij Politicæ, ca. xij. inquit enim. Propter quod nō oēs  
neq̄ electos neq̄ sortiales ponendū principes, puta sacerdotes pri-  
mo. Hoc enim aliquid præter politicos principatus ponēdū, adhuc  
& distributores & præcones. Eliguntur autē & legati. Sunt autē hæc  
quidem politicæ curarum uel omnium ciuium ad quandam opera-  
tionem. Et parum infra subdit, hæc autem iconomice sunt.

Testatur autem dictis, quoniā si uoluisset Christus sacerdotes  
nouæ legis iudices esse secundū ipsam tertiæ significationis iudicio  
coactiuo uidelicet contentiosos hominū actus in hoc seculo per ta-  
lem definiendo sententiā, tradidisset utiq̄ in lege huiusmodi specia-  
lia præcepta taliū, quēadmodū Moyfi fecit in antiqua lege, quē ora-  
culo suo & nō per hominē, deus principē & ludæorū iudicē coacti-  
uum instituit. Sicut habetur Actuum septimo, propter quod etiā illi  
n iij legem

*Episcopi plus  
autoritatis sibi  
sumunt quam  
Christus.*

legem deus tradidit obseruandorum in statu uitæ præsentis, ad cōtentiones hominum dirimendas, præcepta talium specialiter continentem, & in hoc proportionaliter se habentē humanæ legi quantum ad aliquam sui partem. Ad quæ siquidem obseruanda cōpellebantur & arcebātur homines in hoc seculo per Moysen & ipsius substitutos iudices coactiuos, poena uel supplicio, minime non per sacerdotem aliquem, sicut Exodi xviij. euidenter apparet. Verum huiusmodi præcepta in euangelica lege non tradidit Christus, sed tradita uel tradenda supposuit in humanis legibus, quas obseruari & principantibus secundum eas omnem animam humanam obedire præcepit, in his saltem quæ non aduersarētur legi salutis. Vnde Matthæi xxij. & Marci xi. Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, per Cæsarem significans quemlibet principantem. Sic etiam Apostolus ad Ro. xij. nec reiterare piget. Omnis anima subdita sit potestatibus sublimioribus. Sic etiam primæ ad Timoth. ultimo, Etiam dominis infidelibus, & ibidem glossa secundū Augustinum, quam quinto huius induximus, parte octaua. Ex quibus apparet liquido intentionem Christi, Apostoli, & sanctorū fuisse humanis legibus, & secundum ipsas iudicibus cunctos homines subesse debere.

*Non omnia ueteris legis præcepta seruanda.*

Amplius ex his palam, quoniam non omnia quæ in lege seu testamento ueteri Iudaico populo cōsulta uel custodiri præcepta fuerunt, obseruare tenentur Christi fideles. Quinimò quorundam est ipsis obseruatio interdicta, ut quæ ceremoniarum sub poena perditionis æternæ, quemadmodū docet Apostolus ad Ro. iij. & viij. ad Gal. ij. & v. ad Ephe. ij. & ad Heb. viij. & x. Cuius etiam assequētes sententiæ beati Hiero. & Augustini, in ipsorū mutuis epistolis xi. & xij. cōcorditer in hoc dicentes, asserunt talium ceremoniarū obseruatores, siue ueros siue simulatos post publicationem euangelicę legis fore in diaboli baratrū deuolutos. Ad legalium quoque similiter obseruationē minime tenentur Christi fideles, ut apparet per Apostolum ubi supra. & per Aug. super illud prædictū primæ ad Tim. ultimo, cū dixit. Nō ergo exigant, id est quia nō exigere possunt serui Christiani, quod de Hebræis dicitur, &c. Cū igitur nec in lege gratiæ tradita sint præcepta, specialiter p̄ contētiosis actibus hominū in hoc seculo dirimēdis, relinquatur talia diffiniri debere per humanas leges tantūmodo, & iudices scđm has ab humano legis latore autoritatē habentes. Fuerūt autē & alia quæ dā in lege Mosayca obseruari præcepta p̄ statu uēturi seculi, ueluti ea quæ sacrificiorū aut hostiarū seu oblationū quarundā pro redemptione peccatorū, maxime occultorū, quæ per immanentes actus cōmittuntur. Ad quæ  
im



implenda nemo cogebatur poena uel supplicio præsentis seculi. Et his proportionaliter habent omnia nouæ legis tam confilia quàm præcepta, eo quod ad talium obseruationem in hoc seculo neminẽ Christus uoluit nec præcepit arceri, licet legum humanarum instituta generali mandato præcipiat obseruari, sub poena tamen aut supplicio in alio seculo trãsgressoribus infligẽdo. Vnde transgressor humanæ legis, quasi ut in pluribus peccat in legem diuinam, licet econuerso non sic. Quoniam multi sunt actus, in quibus cõmittens aut omittens peccat contra legem diuinam, quæ de his præcipit, de quibus humana lex frustra præciperet: quales sunt quos prius diximus immanentes, qui alicui adesse uel non inesse probari nequeunt, cum tamen deum latere non possint. Et ideo de talibus debite faciendis aut omittendis lex diuina lata fuit cõueniẽter propter hominum melioritatem, tam in præsentis seculo quàm uenturo.

Obijciat autem aliquis imperfectionem euangelicæ legi, si per ipsam, ut diximus sufficienter regulari nequeant actus humani contentiosius pro statu & in statu uitæ præsentis. Nos autẽ dicamus, quod per legem euangelicam sufficienter dirigimur in agendis aut declinandis in uita præsentis, pro statu tamen uenturi seculi seu æternæ salutis consequendæ, aut supplicij declinandij propter quæ lata est non quidem pro contentiosis actibus hominum ciuilitate reducendis ad æqualitatem aut cõmensurationem debitã pro statu seu sufficientia uitæ præsentis, eo quod Christus in mundum non uenit ad huiusmodi regulandos pro uita præsentis, sed futura tantummodo. Et propterea diuersa est temporalium & humanorum actuum regula, diuersimode dirigens ad hos fines. Vna enim, diuina scilicet, nullo modo docet contendere aut repetere in iudicio, licet non prohibeat. Ideo quæ nec de talibus specialia tradit præcepta, ut diximus. Reliqua uero horum actuum regula hæc docet, tradit & transgressores arceri præcipit, humana lex scilicet, propter quod Lucae xij. petenti à Christo humanum iudicium inter se & fratrem suum, respondit ipse, Homo, quis me cõstituit iudicem aut diuisorem inter uos? quasi diceret, non ueni ad tale iudicium exercendum. Vnde glossa. Non dignatur esse iudex litium non arbiter facultatum qui uiuorum & mortuorum habet iudicium, & mortuorum arbitrium. Non ergo per diuinam uel euangelicam legem cõmensurari possent sufficienter actus humani pro fine præsentis seculi. Quoniam nec regulæ talium actuum cõmensuratiuæ ad proportionem, quam uolunt homines & licite pro statu uitæ præsentis, sunt in ea traditæ, sed ab humanis legibus suppositæ, uel traditæ uel etiam tradendæ

sine

*Lex euangelica  
sufficit hu-  
mane uitæ.*

*Nõ contendere  
dum in iudicio.*

sine quibus etiam propter defectum iustitiæ contingeret ex hominum scandalo seu contentione ipsorum pugna & separatio, ac humanæ uitæ mundanæ insufficientia, quam quasi omnes refugiunt secundum naturam. Non potest ergo propterea dici secundum ueritatem, euangelica lex siue doctrina imperfecta: quoniam non est nata habere perfectionem quam non habeat. Est enim lata ut per ipsam dirigamur immediate de his & in his quæ sunt æternæ salutis hominibus consequendæ & miseræ declinandæ, in quibus est ualde sufficiens & perfecta. Non autem lata fuit nec est ad ciuilia litigiosa negotia dirimenda, propter finem quem uolunt homines & licite in uita mundana. Si enim ex hoc diceretur imperfecta, æque conuenienter imperfecta dici posset, quoniam per ipsam medicari corporales egritudines aut mensurare magnitudines uel oceanū nauigare nescimus. Quamuis hoc sanè cōcedi possit, quod ipsa nō simpliciter est perfecta, quia nō est tale aliquid ens nisi unicū, deus ipse. Huic quidem sententiæ tanq̄p̄ indubie ueræ testatur glossa secundum Gregoriū super sextum primæ ad Corinthios, ubi sic ait. Ad reuerentiam uestram dico. Ut uidelicet hi terrenas causas examinent, qui exteriorum rerum sapientiam perceperunt, qui autem spiritualibus donis dotati sunt, terrenis non debent negocijs implicari. Quod si per sapientiam rerum exteriorū & terrenarum causarum seu contentionum intellexisset sacram scripturam, non dixisset qui autem spiritualibus donis dotati sunt, id est scriptura sacra, terrenis non debent negocijs implicari, nec tales secundum has doctrinas inuicem separasset. Amplius, quia talem sapientiam habentes, exteriorum rerum uidelicet, prius uocauerat Apostolus & sancti secundum unam expositionē, contemptibiles in ecclesia, quod tamen nec Apostolus aut sancti exponentes eius seriem, senserunt de doctis in sacra scriptura. Quot quidem igitur, & quales sunt actus legales humani, quibus etiam legibus atque iudicibus, qualiter & quando, & per quos regulandi & corrigendi, sufficiēter ad intentionem propositam monstrasse putamus.

Cur lex euangelica lata.

Deus solus perfectus.

DE COACTIVO HÆRETICORVM IVDICE, CUIVS  
 uidelicet sit ipsos iudicare in hoc seculo, arcere,  
 ac poenas reales aut personales illis  
 infligere, exigere, & cui debeant applicari.

CAPVT DECIMVM.



Ed de quibus diximus, merito dubitatur. Nam si arcendorū omniū in uita præsentī, iudicio coactiuo ac realium aut personaliū pœnarū inflictio & exactio principanti tātummodo legis latoris autoritate pertineat iurisditio, quēadmodū in prioribus ostensum est, Hæreticorum igitur aut aliter infidelium uel schismaticorū iudicium coactiuū, realis quoq; ac personalis pœnæ inflictio, exactio, ac applicatio ad principantem huiusmodi pertinebit, quod siquidem inconuenientis faciem habere uidetur. Cum enim eiusdem autoritatis appareat delictum cognoscere, iudicare atque corrigere. Sacerdotis autem presbyteri seu episcopi sit hæresis discernere crimen, nullius alterius ad sacerdotē seu episcopū solū uidebitur, utiq; huius criminis & consilium, iudicium coactiuū & correctio pertinere. Amplius ad illum uidetur iudicium & pœnæ delinquentis exactio pertinere, in quem seu cuius legem delinquens peccauerit, hic autem presbyter est seu episcopus. Est enim legis diuinæ minister & iudex, in quam per se peccat hæreticus, schismaticus, aut aliter infidelis sit peccans, collegium aut singularis persona. Relinquitur igitur hoc fore iudicium sacerdotis, principantis uero nequaquā. Et uidetur hæc aperte sententia beati Ambrosij ad Valentinum Imperatorem epistola prima, & quia quasi per totā illius epistolæ seriem id sentire apparet, eam inducere omisi propter abbreviationem.

*Presbyter legis diuinæ minister.*

Nos autem dicamus, quod peccans quilibet in legem diuinā, iudicandus est secundum illam, corrigendus & arcendus, uerū secundum ipsam duplex est iudex. Vnus quidem qui tertiæ significationis coactiuam habens potentiam, transgressores huius legis arcendi, & ab ipsis exigendi supplicia: & hic unicus est Christus scilicet, quemadmodum ex Iacobi quarto induximus capitulo præcedente. Qui tamen omnes huius legis transgressores uoluit & ordinauit iudicari iudicio coactiuo in seculo uenturo, & in eodem tantummodo arceri pœna uel supplicio non in isto, ut ex præcedenti capitulo sufficienter apparuit. Alius uero iudex est secundum hanc legem, presbyter uidelicet seu episcopus, nō quidem tertiæ significationis, ut ipse sit arcere quenq; huius legis transgressorem in hoc seculo, pœnam aut supplicium exigere per potentiam coactiuam, quemadmodum quinto huius, & cap. præcedente autoritate Apostoli atque sanctorū aperte monstratū est, ac inuincibili ratione ipsorū. Iudex tamē est ipse secundū primā significationē, cuius est docere exhortari, arguere, atq; corripere delinquētes seu trāsgressores illius, ipsosq; terrere iudicio futuræ sibi dānationis & pœnæ inflictionis

*Hæretici docendi, exhortandi à presbytero.*

per

per iudicē coactiuū, Christū scilicet in seculo uenturo, quēadmodū declarauimus sexto huius & vii. in quibus agebatur de clauium sacerdotium potestate, & in capitulo præcedēte, ubi medico corporum cōparauimus sacerdotes, qui medici sunt animarū, ut dixit Augustinus autoritate prophetæ, & recitat Magister in quarto, distin. xviij. cap. nono. Cum igitur hæreticus, schismaticus, aut infidelis aliter, quicumq; transgressor sit euangelicæ legis, in eo persistens crimine per eum iudicem punietur, cuius est transgressores diuinæ legis arcere, in quantum huiusmodi, cum suum uidelicet iudicium exercebit. Hic autem iudex Christus est, qui iudicaturus est uiuos, & iam mortuos & morituros, in futuro tamen seculo, non in isto. Quoniam usq; ad ultimum ex hoc seculo transitum, mortem scilicet, misericorditer peccatoribus posse mereri & pœnitere cōcessit. Per reliquum uero iudicem, pastorem scilicet, episcopū seu presbyterum, docendus & exhortandus est homo in uita præsentis, arguendus, corripiendus peccator, atque terrendus, iudicio seu pronostico futuræ gloriæ, uel dānationis æternæ, nequaq; uero cogendus, ut ex priori capitulo palám. Quod si humana lege prohibitum fuerit hæreticum aut aliter infidelē in regione manere, qui talis in ipsa reperi tus fuerit, tãq; legis humanæ transgressor, pœna uel supplicio huic transgressioni eadem lege statutis, in hoc seculo debet arceri. Et per eum iudicem, quem legis latoris autoritate humanæ legis demonstrauimus esse custodem xv. primæ. Si uero hæreticū aut aliter infidelem, cōmorari fidelibus eadem prouincia nō fuerit prohibitum humana lege, quemadmodum hæreticis ac semini iudæorū iam humanis legibus permissum extitit, etiam temporibus Christianorum populorum, principum atque pontificum, dico cuiquam non licere hæreticum aut aliter infidelē quenq; iudicare uel arcere pœna uel supplicio reali aut personali pro statu uitæ præsentis. Et causa eius generalis est: quoniam nemo quantūcunq; peccans contra disciplinas speculatiuas aut operatiuas quascunq; punitur uel arceat in hoc seculo præcise in quantum huiusmodi, sed in quantum peccat contra præceptū humanæ legis. Sed enim inebriari aut calceos facere uel uendere cuiuscunq; modi, prout possit aut uelit quilibet, medicari & docere, ac similia reliqua officiorū opera exercere pro libito, prohibitum non esset humana lege, nequaq; arceretur ebriosus aut aliter peruersè agens in operibus reliquis. Et propterea oportet attendere, quod in quolibet huius seculi iudicio coactiuo, anteq; ab solutionis uel damnationis feratur sententia, quantum pertinet ad propositum secundum ordinem inquirenda sunt aliqua. Vnū quidem

*Quando heretici arceri debeant.*

dem, si dictū aut factū alicui tanq̄ reo impositum sit, quale dicitur. Hoc autem est præscire quid est quod cōmissum dicitur. Secundo uero an huiusmodi sit humana lege prohibitum fieri. Tertium autem an accusatus id cōmiserit. Hæc autem sequitur iudicium seu sententia damnationis in reum uel absolutionis, uerbi gratia. Sit aliquis accusatus tanq̄ hæreticus, aut uasorū aureorū, uel metalli falsator alterius, debet, anteq̄ per sententiam coactiuā damnetur aut absoluat, inquiri an dictum aut factū impositum illi sit hæreticū, aut non. Secundo uero, an sicut tale aliquid dicere, humana lege prohibitū. Tertio uero an tale aliquid crimen cōmissum sit per eum cui crimē imponitur. Demū uero ad hæc sequitur absolutionis uel damnationis iudicium coactiuū. De primo quidem horum certificari debet principās per eos qui periti sunt secundū unamquamq̄ disciplinam, quorum est cōsiderare per se quiditatem seu naturam eius dicti uel operis, quod accusato imponitur, quoniam hi sunt iudices primæ significationis talium, quemadmodū diximus secundo huius, & ipsorū naturā scire tenentur, quibus docendi aut operandi talia in ciuitate per principantem data est autoritas, quam in disciplinis liberalibus cōsueto uocabulo licentiā appellamus, quod & in alijs omnibus artibus factiuis seu mœchanicis proportionaliter habet, ut demonstratum est xv. primæ. Sic enim medicus nosse debet leprosos & non leprosos secundum corporis habitum, sic sacerdos sermonem seu doctrinam hæreticam & catholicā, sic aurifex seu argentarius de metallis, sic etiam de mutuis aut depositis & alijs cōsimilibus actibus ciuilibus iurisperitus seu doctor. Talia enim principans inquantū huiusmodi, nō tenetur cognoscere quousque secundū legis latorem, si lex perfecta fuerit, debet certificari de natura sermonū, operum & actiuū per disciplinarū doctores aut operatores. Tunc ad propositū quæsitum dico, quod an crimen impositum alicui sit hæresis uel non, iudicare potest & debet, primæ tamen significationis iudicio quilibet diuinarū scripturarum doctor, qualis est aut esse debet sacerdos quicumq̄. Vnde Malachię secundo. Labia enim sacerdotis custodiunt scientiam, & legem, diuinam scilicet, requirent ex ore eius. Talis enim esse debent apostolorū successores episcopi seu presbyteri, quibus dictum est à Christo Matt. xxviij. Euntes ergo docete omnes gentes &c. docentes eos seruare omnia quæcunq̄ mandauimus uobis. Sic etiam primæ ad Timoth. iij. Oportet ipsum inter cætera, doctorem esse, sacrę legis scilicet. Sic etiam ad Titum primo, Oportet episcopū esse amplectantem eum qui secundū doctrinam est fidelem sermonem, ut potens sit exhortari

*Per leprā hæresis notatur.*

*Quales episcopi piæbeant esse.*

tari in doctrina sancta, & eos qui cōtradidunt arguere. Sunt enim multi seductores, quos oportet redargui. Secundū uero, an scilicet tale cōmissum sit lege prohibitū aut non, nosse oportet principantē ex lege dicta secundū ultimam & propriam significationē, secundum quā legis latoris autoritate principari quis debet. Tertiū aut quod scire oportet, est, an crimen dicti uel operis hæretici, dixerit aut exercuerit is, cui crimē imponitur. Et hoc quidem iudicium per **Testes.** sensus exteriores & interiores consequenter tam à doctis quàm ab indoctis iudicari potest, quos testes uocare solent. Post hæc autem per principantem ferendum est iudicium seu sententiam damnationis aut absolutionis poenæ aut supplicij, exactio quoque uel relaxatio illius ab eo qui ex crimine delatus fuerat, fienda. Nō enim propterea quod in legem diuinā tantūmodo, peccat quis, à principante punitur. Sunt enim multa peccata mortalia & in legem diuinam, **Fornicatio.** ut fornicationis, quæ permittit etiam scienter legis lator humanus, nec coactiua potentia prohibet, nec prohibere potest aut debet episcopus uel sacerdos. Sed peccans in legem diuinam hæreticus, scilicet cetali peccato etiam humana lege prohibitō, punitur in quantum peccans in legem humanam. Est enim hæc causa præcisa seu per se prima, cur aliquis arcetur poena uel supplicio præsentis seculi, quoniam posita ponitur effectus, & remota remouetur. Sicut e conuerso, peccans in legem humanā peccato aliquo, punietur in alio seculo non in quantum peccans in legem humanam: multa enim sunt humana lege prohibita, quæ sunt diuina lege permissa. Ut si non restituerit quis mutuū statuto tempore propter impotentiam, casu fortuito, obliuione, ægritudine, uel aliquo quodam impedimento, non punietur ex hoc in alio seculo per iudicem coactiuū secundū legem diuinam. Qui tamen per iudicem coactiuū secundum legem humanam in hoc seculo iuste punitur. Et ideo peccare in legem diuinā est per se prima causa, quæ in philosophia, secundū quod ipsa dici solet, quoniam ipsa posita ponitur, & remota remouetur effectus poenæ uel supplicij pro statu & in statu futuri seculi.

Est igitur in hæreticos schismaticos aut aliter infideles quoscūque iudiciū & arcendi ac exigendæ ab ipsis poenæ uel supplicij temporalis, sibi que aut cōmunitati non alteri applicandi potestas, totius principantis autoritate legis latoris humani, non autem presbyteri seu episcopi cuiusquam, propterea quod in legem diuinam peccent, quæ ad homines comparata in statu & pro statu uitæ præsentis, lex est, non quidem secundum ultimam significationem coactiuam habens cuiusquam potentiam in hoc seculo, ut palàm est ex capitulo

pitulo præcedenti & quinto huius. Sed lex est dicta secundum tertiam legis significationem, ut apparuit ex decimo primæ. Secundū quam etiam in hoc seculo sacerdotes iudices sunt secundū primam iudicis aut iudicij significationem, nullam coactiuam habentes potentiam, ut ex quinto huius ostensum est, & per Apostolū, Ambrosium, Hilarium, & Chrysostomū capitulo præcedente. Si namq; forent ipsi iudices coactiui seu principantes in hæreticos, quia tales peccant in eam disciplinā, cuius sunt ipsi doctores, & secundū ipsam aliquorum operatores in alios, sic esset aurifaber, falso fabricantis aurea sculptilia, iudex coactiuus & principans, quod absurdum est ualde. Sic quoq; medicus prauæ agentis secundū artem medicinæ posset arcere, foretq; tanta principatiū multitudo quot & officiorū ciuitatis in quæ peccare cōtingit, cuius tamen impossibilitas aut superfluitas ostensa est xvij. primæ. Nō enim arcerent sic peccantes in officia ciuitatis, aut punirētur propterea, nisi aliud interueniret, uerbi gratia legislatoris seu legis humanæ præceptū. Si enim peccata huiusmodi non essent humana lege prohibita, ea cōmittentes nequaquā punirentur. Est autem quod diximus in exemplo familiarium uidere, esto namq; humana lege prohibitum leprosos alijs ciuibus cōmanere, nunquid medicus qui horum ægritudinem solus iudicare potest secundū ipsius disciplinam, utrum scilicet leprosi sint aut non, quos leprosos esse iudicauerit primæ significationis iudicio, poterit per coactiuam potētiam autoritate propria, ut qua doctor est medicinalis scientiæ ab aliorū arcere consortio uel conuictu, & constat qd' minime. Sed hoc is solūmodo potest, cui legis humanæ coactiuæ custodia cōmissa est, principans scilicet. Nō enim priuate populo aut collegio cuiq; licet quenq; iudicare aut arcere, uel pœnā exigere, sed soli principati. Qui tamē de impositis maculis, criminibus, seu peccatis, & ipsorū natura iuxta legis determinationem si de hoc dixerit, qd' erit si fuerit lex perfecta, uel per suā prudentiā, si lege omissum fuerit, uti debet & credere iudicio peritorū in disciplinis quæ talium operum, actuum, aut sermonum tractāt naturam, ut medici de leprosis aut non leprosis, Theologi de criminosis, qui per leprosos figurantur in sacra scriptura secundum sanctorum expositionem. Similiter quoque de uasorum metallicorum sophismate credere debet aurifabro, & in cōsimilibus cuilibet docto, secundum reliqua operabilium & agibiliū genera. Sic igitur de hæreticis aut aliter infidelibus iudicare debet medicus animarum, sacerdos scilicet, iudicio siquidem primæ significationis, discernendo uidelicet sermonem aut actum hæreticum à non hæretico.

*Criminosos per  
leprā figurari.*

uero iudicare tertiæ significationis iudicio, dānando scilicet uel ab= soluendo accusatos supplicio aut pœna tēporali, ipsosq; arcere ad talia perfoluenda, qui damnati fuerint, solius est principātis huma= na lege: exactas quoq; pœnas si reales fuerint, quemadmodū cas quæ propter alia crimina exiguntur, applicare secundum legis la= toris seu legis humanæ determinationem. His autem quæ di= ximus testatur scriptura in Actibus apostolorū, capitulo xxv. Dū enim apostolus à Iudæis accusatus esset tanq; hēreticus, licet falso, causę suę inquisitio, deductio, applicatio, & diffinitio illius facta est coram iudice ad iudicem & per iudicem humani legis latoris auto= ritate statutum ad hoc, quemadmodū ad reliquos actus contentio= sos siue ciuiles. Contraria uero his non est difficile soluere, cū enim dicebatur, ad eum tanq; iudicem hēretici iudicium pertinere, cuius est hēresis cognoscere crimen. Hæc distinguenda est propter mul= tiplicitatem huius dictionis iudex aut iudicium, & secundum unam sensum uera est, acceptis scilicet his nominibus secundū primā eo= rum significationem: si uero secundum tertiam sumatur, falsa est. Ideoq; nihil cōtra nostrā determinationē ex hoc præallegato con= cluditur. Ad reliquū uero, quod subiungebatur, ad illum spectare iudicium delinquentis, & executionem pœnæ, ac illius si realis fuerit sibi applicationem, contra quem seu in cuius legem peccat delin= quēs, uerum est si in ipsum tanq; tertiæ significationis iudicem, & in ipsius legem dictam secundum ultimam legis significationem, co= actiuam scilicet. Et cum assumitur quod hēreticus peccat in legē diuinam, concedendum. Et ideo iudicabitur per iudicem tertiæ si= gnificationis secundum ipsam, Christum scilicet, in alio tantummo= do seculo non isto, iuxta ipsius legis latoris ordinationem, quæ ta= lis fuit. Per ipsum etiā arcebitur pœna uel supplicio, aut premiabi= tur secundum legis præceptorū & consiliorum obseruationem uel transgressionem. Talis autem iudex huius legis, diuinæ scilicet, nō est episcopus aut sacerdos aliquis, sed primę significationis tantū= modo quasi doctor, maxime cōparata lege hac ad homines in sta= tu & pro statu uitæ præsentis. Rursum maiori huius syllogismi sup= posita tanq; uera, secundum quem diximus sensum, ad eum scilicet tanq; iudicem coactiuum pertinere iudicium transgressoris, in quē aut in legem cuius custos est, peccat transgressor, legem inquā etiā dictam secundum ultimā legis significationem tantummodo: tunc subsumenda est hæc propositio uera, uidelicet quod in iudicem hu= ius seculi dictum secundum tertiam iudicis significationem & legē cuius est custos, dictam etiam secundum ultimam eius & propriam signifi

*Sacerdos do=*  
*ctor, non prin=*  
*ceps.*



significationem, coactiuam scilicet tantūmodo, non in aliam in hoc seculo coactiuam legem aut iudicem peccat hæreticus. Et ideo per talem in hoc seculo iudicandus iudicio coactiuo, sic huius legis ordinante latore, ab eodem quoque trāsgressore per eundem iudicem pœna exigenda, quæ si realis fuerit applicanda per hunc iudicem ei, cui legis lator humanus illam in lege statuit applicandā. Vel distinguendum est maiorem secundum equiuocationem, ut in priori paralogismo. Sic igitur non licet inferre per necessitatē, aliquis damnandus aut iudicandus est tanquā hæreticus in hoc & pro hoc seculo iudicio coactiuo realiter aut personaliter, uel utroque modo. Ergo per sacerdotem aut episcopū quēcumque, nisi fortasse ut diximus primæ significationis iudicio. Nec sequitur etiā propter hoc, ergo damnati tanquam hæretici carnalia seu temporalia bona, quæ ab eodem exiguntur tanquam pœna uel pars pœnæ delicti, applicari debent episcopo seu presbytero cuiquam. Sicut nec sequitur, hic iudicandus est tanquam monetæ falsarius, ergo per monetarios, nisi fortasse primæ significationis iudicio, non quidem tertiæ, coactiuo uel delictet. Nec etiam sequitur, quod temporalia quæ ab illo exiguntur in pœnam, debeant monetarijs applicari, collegio aut singulari personæ, sed coactiuo iudicio iudicari debet per principantem, & applicari pœna secundum legis humanæ determinationem.

*Hæreticū nō dam-  
mandū a sacer-  
dote.*

Ad beatum Ambrosium dicendum, quod intellexit hæreticum seu crimen heresis ad sacerdotum seu episcoporum iudicium pertinere, iudicio primæ significationis, non tertiæ. Hoc enim iudicio, auctoritate propria nunquam usus est episcoporum seu pontificum aliquis circa statum ecclesiæ primitiuæ, quamuis postmodum ad talia processerint occasionaliter ex quibusdam cōcessionibus principum sibi factis. Ideoque taliū uera considerantibus initia, quæ nunc ex abusione robur & faciem iuris habere uidentur, uelut somniorum phantastica uidebuntur. De iudice itaque, ac iudicio, & coactiua potestate infidelium & hæreticorum, determinatum sit hoc modo.

**DE QVIBVSDAM SIGNIS, TESTIMONIIS, ET EXEMPLIS**

tam ex canonica quàm humana scriptura, quibus ostenditur uerum esse, quod determinatū est quarto huius, & quinto, octauo, nono, & decimo eius, circa statum episcoporū & generaliter sacerdotū:  
& cur Christus ipsorū statum, paupertatis scilicet à statu principantiū separauit.

**CAPVT VNDECIMVM.**



Voniam autem ex prioribus demonstratū est nobis tam canonicæ scripturæ autoritatibus, quæ alijs quasi politicis evidentibus argumentis quibusdā, nulli episcopo aut presbytero uel alteri clerico iurisdictionem cuiusquam coactiuam in hoc seculo conuenire. Nūc uolumus id declarare signis & testimonijs manifestis: quorum euidentis est, quia nec Christum aut ipsius apostolorum aliquem unquam aut usquam quenquam iudicem aut ipsorum uicarium pro tali regimine seu iudicio faciendo instituisse legimus: cum tamen tam necessariū in humano conuictu, nec ipsum ignorasse aut neglexisse, nec ipsius apostolos, uerisimile uideatur. Si hoc ad ipsorum officium pertinere nouissent, & si ad suos successores episcopos aut presbyteros id spectare uoluissent, super hoc præceptum aut consilium tradidissent, uerum de instituendis spiritualibus ministris, episcopis, presbyteris & diaconis formam tradiderunt & modum. Et hoc ad ipsorum officium pertinere, satis noscitur ex Apostoli sententia primæ ad Timotheum tertio, ad Titum primo, & in alijs plerisque scripturæ locis apparet. Separauit autem Christus presbyterorum seu episcoporum officium ab eo quod principum, cum tamen potuisset ipse si uoluisset, statum principis & officium sacerdotis exercere, & apostolos idem facturos similiter ordinasse. Sed sic noluit, imò tanquam conuenientius, qui simpliciter melius cuncta disposuit, hæc officia supposito & ratione distingui uoluit. Quia enim humilitatem & huius seculi contemptum Christus docere uenerat, tanquam uiam meriti salutis æternæ, ut prius humilitatem & mundi seu rerum temporalium contemptum exemplo quam uerbo doceret. In summa quidem humilitate ac temporalium contemptu hunc mundum ingressus est, sciens ipse, quod non minus, imò magis opere seu exemplo docentur homines quam sermone. Vnde Seneca epistolarum nona. Quid faciendum à faciente discendum. Voluit igitur Christus, ut suo prius exemplo quam sermone doceret, in summa humilitate ac mundi contemptu seu paupertate nasci. Vnde Lucæ secundo. Pannis eum inuoluit, beata uirgo scilicet, & reclinauit eum in præsepio. Ecce quod in aliena domo, ecce quod in præsepio, nisi scilicet bestiarum locus erat & pabulum. Et uerisimile quod alienis pannis, quia beata uirgo & Ioseph peregrini & uiatores erant ibidem, pauper etiam natus, pauper uixit ætate prouectus: unde loquens de sui paupertate Matthæi octauo, & Lucæ nono dixit. Vulpes foueas habent & uolucres cæli nidos, filius hominis non habet ubi reclinet caput. Et hunc statum, tanquam eum qui perfectionis, cæteris obseruatis ut de-

*Christus humilitatis & paupertatis doctor*

cet præceptis atq; cōsilijs, docuit Christus eligere eos, qui sui uolūt esse discipuli & imitatores præcipui, & maxime successores ipsius in officio, quod in mundū uenerat exercere. Vnde Matthæi xix. Marci decimo, & Lucæ xviij. cuidā interroganti ab ipso, Magister bone, quid faciens, uitam eternā possidebo? Dixit autem ei Iesus, Mandata nosti? Non occides, &c. qui ait. Hæc omnia custodiui à iuuentute mea, quo audito, Iesus ait ei. Adhuc unū tibi deest, uel, si uis esse perfectus, ut dicitur in Matth. Omnia quæcūq; habes uende & da pauperibus, & habebis thesaurū in celo. Rursus eiusdem Lucæ xiiij. dicebat discipulis. Sic ergo inquit Christus, Omnis ex uobis qui nō renunciat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus.

Ecce ergo quod status paupertatis & mundi contemptus decet omnem perfectum, præcipue Christi discipulū & successorē in officio pastoralis, quinimō quasi necessarius est debenti suadere alijs mundi contemptū, si sua doctrina seu prædicatione proficere uelit. Nam si talis diuitias possideat & principatus ambiat, qui eos quos alloquitur hæc spernere docet, ipse quidem sui actione sermonem propriū manifeste redarguit. Vnde Chrysostomus contra tales in libro de cōpunctione cordis, inquit. Dicere & nō facere, non solum lucri nihil, sed & damni plurimū. Grandis quidem enim condemnatio est cōponenti sermonem suū, uitam uero negligenti. Hoc etiam resonat philosophorū eximius decimo Ethicorū, cap. primo dicens. Cum enim dissonent, sermones scilicet, ab his quæ secundū sensum, id est ab operibus dicentis quæ opera sentiuntur condenti, id est cōponenti sermones, uerum interimunt. Et parum post subdit. Conuenientes enim entes operibus credentur, sermones scilicet. Et ideo qui nouit omnia qualiter fienda conuenientius, Christus scilicet, uolens sermones credibiles fieri, quibus mūdi docetur cōtemptus, uanitatum & carnaliū uoluptatū spretus & fuga, opera monuit sermonibus conformari. Vnde ad oēs taliū futuros doctores in apostolorum persona, dicebat Matth. v. Sic luceat lux uestra coram hominibus, id est doctrina, quæ luci cōparat. Sic inq; luceat, ut uideāt opera uestra bona. Vbi glossa. Opera requiro ut uideantur, & sic confirmetur doctrina: aliter enim sermonibus & doctrinæ parū creditur. Vnde glossa super illud Matthæi decimo, Nolite possidere aurum neq; argentum, huius causam reddens, inquit. Si hæc haberēt, uiderentur non causa salutis prædicare, sed lucri.

Talia enim possidentes aliorū doctores siue pastores, magis destruant hominum fidem & deuotionem suis oppositis operibus & exemplis, quàm sermonibus confirmet, eo quod his opera mani-

*Quid episcopis  
eligendum.*

*Opera requiruntur  
i sacerdote*

Episcoporum mala uita. fesse opponunt, ad quæ magis attendunt homines quæ ad uerba. Et formidandum ualde, quin demum fidelem populum deducant suis peruersis exemplis operum ad desperationem futuri seculi. Talia namque operantur quasi omnes ecclesiarum ministri, episcopi seu presbyteri & reliqui clerici consequenter. Manifestius autem ipsorum, qui super maiores thronos ecclesie sedent, ut futurum dei iudicium in alio seculo nullatenus credere uideantur. Qua enim, dicant quæ secundum deum, conscientia, & si futurum credunt uenturi seculi iustum dei iudicium, Romani pontifices plurimi, & ipsorum Cardinales, alijque presbyteri seu episcopi, ad curas animarum & ecclesiastica temporalia pauperibus distribuenda precepti, reliqui quoque quasi omnes, diaconi & clerici quilibet secundum sui facultatem ex furto uel rapina temporalium, quæ per deuotos fideles statuta sunt & legata propter euangelizantium, & reliquorum pauperum sustentationem, quantas possunt denariorum summas, tradunt uiuentes aut legant morientes non egentibus, sed sibi sanguinis affinitate coniunctis, aut alijs quibuslibet, eisdem bonis nulli dubium pauperes spoliantes.

Pauperes a sacerdotibus spoliari. Qua etiam secundum Christianam religionem conscientia flagito, dicant uiuentes ipsi temporaliter, qui propter euangelij ministerium contenti debent esse alimentis & his quibus tegantur secundum Apostolum primæ ad Timotheum ultimo: In tot præternecessarijs bona pauperum consumunt, equis, familijs, conuiujs, ac reliquis uanitatibus & uoluptatibus manifestis & occultis. Quæ uero de ecclesiasticorum officiorum & beneficiorum seu temporalium distributione fiunt inconuenientia pertrahunt. Nam ipsorum plurima prece uel fauore potentum seculi obtinendis, aut pretio si phas sit dicere distributoribus aut intercessoribus Magi Symonis ministris oblotalia conferuntur ignorantibus, criminosis, pueris, incognitis, & inuis ac idiotis manifeste secundum totius uulgi sententiam. Cum tamen Apostolus primæ ad Timotheum tertio præcipiat officiales ecclesiasticos debere cognosci tantum probatos & perfectos uita seu moribus & doctrina. Vnde ubi supra. Oportet autem illum, id est presbyterum seu episcopum, & testimoniū habere bonum ab his qui foris sunt, quanto magis & ab his qui sunt intra ecclesiam. Et infra parum eodem. Diaconos similiter pudicos. Et hi autem probentur primum, & sic ministrent, nullum crimen habentes. Verūtamē hoc conuenienter potest dicere quis, quod bene probantur horum plurimi ut nouit mundus, quantum scilicet pretium aut precem ualeant exhibere. Quod ne singula inconuenientium dinumerare tentemus tantum impossibiliū aut difficillimum ualde, de presbyterorum seu episcoporum, cæterorumque tem-

pli

pli ministrorū quasi omnium actibus summam faciētes, corā Chri-  
 sto testamur, eius si mentimur iudicium inuocantes, p̄fatos episco-  
 pos & reliquos ferē omnes modernis temporibus, omniū quasi op-  
 posita perpetrare, quæ secundū doctrinam euangelicam alijs p̄æ-  
 dicant obseruanda. Voluptates nanc̄, uanitates, temporalia & se-  
 culi principatus exardent, & omni conamine, non iure, sed iniuria,  
 occulta & manifesta prosequuntur & occupant, quæ tamen omnia  
 Christus & ueri eius imitatores apostoli spreuerunt & spernere do-  
 cuerunt & p̄æceperunt, eos maxime qui alijs euangelizare debēt  
 mundanorum contemptū. Poterat enim Christus si uoluisset, si  
 euangelizanti expedire uidisset, seruasse statum principis in hoc se-  
 culo, & in eo statu pati similiter. Sed fugit in montem ut statū talem  
 abijceret & abijci doceret, sicut ex Ioannis sexto supra induximus  
 quarto huius. Talem enim statum gerere non decet euangelizan-  
 tes ipsius contemptum, sed potius subiectorū & humilium, qualem  
 in hoc seculo tam ipse quā ipsius apostoli seruauerunt. Ecōtra sta-  
 tus paupertatis exterioris & abiectus non decet principantē, quo-  
 niam expedit illi status quem boni subditi reuereantur, & mali ue-  
 reantur, per quem etiam si oporteat rebelles legum transgressores  
 ualeat coercere: quod nec facere posset cōuenienter, si statum pau-  
 perem & deiectū haberet, propter quod etiā illi non conuenit euan-  
 gelizantis officium. Si enim principans in populo suaderet statum  
 paupertatis & abiectū, adhuc si quod percussus in una maxilla per-  
 cutiēti offerat aliā: & rursus quod auferēti sibi tunicā, det quis pal-  
 lium potius q̄ aduersus iniuriantem contendat iudicio, talia nec  
 sibi faciliter crederētur, quia statu quē decet ipsum & quē gerit, suo  
 repugnaret sermoni: amplius, sic incōuenienter ageret. Cum enim  
 sua interfit per p̄nam iniuriantes arcere, id etiam non requirenti-  
 bus passis iniuriam, si p̄dicaret iniurias remittendas iniuriolis &  
 prauis occasionem quandam amplius delinquēdi p̄beret: & of-  
 fensis seu passis iniustum, dubitationem aut suspensionem iustitiæ cō-  
 sequendæ, propter quod Christus qui omnia semper meliori mo-  
 do disposuit, officia principantiū & sacerdotū in eodem supposito  
 coniungi noluit, sed potius separari. Hæc autem uidetur beati Ber-  
 nardi expressa sententia de consideratione ad Eugenium papam li-  
 bro secundo ca. quarto, ubi sic ait, Ergo tu & tibi usurpare aude, aut  
 dominus apostolatū, aut apostolicus dominatum, plane ab utroq̄  
 prohiberis, si utrunq̄ simul habere uoles, perdes utrūq̄: Alioquin  
 nō te exceptum illorum numero putes, de quibus queritur deus sic.  
 Ipsi regnauerunt, & non per me, principes extiterunt & nō cognoui

*Sacerdotes mū-  
 danorum con-  
 temptores.*

*Paupertas prin-  
 cipis nō decora-*

tari in doctrina sancta, & eos qui cōtradidunt arguere. Sunt enim multi seductores, quos oportet redargui. Secundū uero, an scilicet tale cōmissum sit lege prohibitū aut non, nosse oportet principantē ex lege dicta secundū ultimam & propriam significationē, secundum quā legis latoris autoritate principari quis debet. Tertiū aut quod scire oportet, est, an crimen dicti uel operis hæretici, dixerit aut exercuerit is, cui crimē imponitur. Et hoc quidem iudicium per **Testes.** sensus exteriores & interiores consequenter tam à doctis quàm ab indoctis iudicari potest, quos testes uocare solent. Post hæc autem per principantem ferendum est iudicium seu sententiam damnationis aut absolutionis poenæ aut supplicij, exactio quoque uel relaxatio illius ab eo qui ex crimine delatus fuerat, fienda. Nō enim propterea quod in legem diuinā tantūmodo, peccat quis, à principante punitur. Sunt enim multa peccata mortalia & in legem diuinam, **Fornicatio.** ut fornicationis, quæ permittit etiam scienter legis lator humanus, nec coactiua potentia prohibet, nec prohibere potest aut debet episcopus uel sacerdos. Sed peccans in legem diuinam hæreticus, scilicet cetali peccato etiam humana lege prohibitō, punitur in quantum peccans in legem humanam. Est enim hæc causa præcisa seu per se prima, cur aliquis arcetur poena uel supplicio præsentis seculi, quoniam posita ponitur effectus, & remota remouetur. Sicut econuerso, peccans in legem humanā peccato aliquo, punietur in alio seculo non in quantum peccans in legem humanam: multa enim sunt humana lege prohibita, quæ sunt diuina lege permissa. Vt si non restituerit quis mutuū statuto tempore propter impotentiam, casu fortuito, obliuione, ægritudine, uel aliquo quodam impedimento, non punietur ex hoc in alio seculo per iudicem coactiuū secundū legem diuinam. Qui tamen per iudicem coactiuū secundum legem humanam in hoc seculo iuste punitur. Et ideo peccare in legem diuinā est per se prima causa, quæ in philosophia, secundū quod ipsa dici solet, quoniam ipsa posita ponitur, & remota remouetur effectus poenæ uel supplicij pro statu & in statu futuri seculi.

Est igitur in hæreticos schismaticos aut aliter infideles quoscūque iudiciū & arcendi ac exigendæ ab ipsis poenæ uel supplicij temporalis, sibi quæ aut cōmunitati non alteri applicandi potestas, totius principantis autoritate legis latoris humani, non autem presbyteri seu episcopi cuiusquam, propterea quod in legem diuinam peccent, quæ ad homines comparata in statu & pro statu uitæ præsentis, lex est, non quidem secundum ultimam significationem coactiuam habens cuiusquam potentiam in hoc seculo, ut palàm est ex capitulo

pitulo præcedenti & quinto huius. Sed lex est dicta secundum tertiam legis significationem, ut apparuit ex decimo primæ. Secundū quam etiam in hoc seculo sacerdotes iudices sunt secundū primam iudicis aut iudicij significationem, nullam coactiuam habentes potentiam, ut ex quinto huius ostensum est, & per Apostolū, Ambrosium, Hilarium, & Chrysostomū capitulo præcedente. Si namq; forent ipsi iudices coactiui seu principantes in hæreticos, quia tales peccant in eam disciplinā, cuius sunt ipsi doctores, & secundū ipsam aliquorum operatores in alios, sic esset aurifaber, falso fabricantis aurea sculptilia, iudex coactiuus & principans, quod absurdum est ualde. Sic quoq; medicus prauæ agentis secundū artem medicinæ posset arcere, foretq; tanta principatiū multitudo quot & officiorū ciuitatis in quæ peccare cōtingit, cuius tamen impossibilitas aut superfluitas ostensa est xvij. primæ. Nō enim arcerent sic peccantes in officia ciuitatis, aut puniretur propterea, nisi aliud interueniret, uerbi gratia legis latoris seu legis humanæ præceptū. Si enim peccata huiusmodi non essent humana lege prohibita, ea cōmittentes nequaquā punirentur. Est autem quod diximus in exemplo familiariter uidere, esto namq; humana lege prohibitum leprosos alijs ciuibus cōmanere, nunquid medicus qui horum ægritudinem solus iudicare potest secundū ipsius disciplinam, utrum scilicet leprosi sint aut non, quos leprosos esse iudicauerit primæ significationis iudicio, poterit per coactiuam potētiam autoritate propria, ut qua doctor est medicinalis scientiæ ab aliorū arcere consortio uel conuictu, & constat qd' minime. Sed hoc is solūmodo potest, cui legis humanæ coactiuæ custodia cōmissa est, principans scilicet. Nō enim priuate populo aut collegio cuiq; licet quenq; iudicare aut arcere, uel poenā exigere, sed soli principati. Qui tamē de impositis maculis, criminibus, seu peccatis, & ipsorū natura iuxta legis determinationem si de hoc dixerit, qd' erit si fuerit lex perfecta, uel per suā prudentiā, si lege omissum fuerit, uti debet & credere iudicio peritorū in disciplinis quæ talium operum, actuum, aut sermonum tractāt naturam, ut medici de leprosis aut non leprosis, Theologi de criminosis, qui per leprosos figurantur in sacra scriptura secundum sanctorum expositionem. Similiter quoque de uasorum metallicorum sophismate credere debet aurifabro, & in cōsimilibus cuilibet docto, secundum reliqua operabilium & agibiliū genera. Sic igitur de hæreticis aut aliter infidelibus iudicare debet medicus animarum, sacerdos scilicet, iudicio siquidem primæ significationis, discernendo uidelicet sermonem aut actum hæreticum à non hæretico.

*Criminosos per  
leprā figurari.*

uero iudicare tertiæ significationis iudicio, dānando scilicet uel ab-  
 soluendo accusatos supplicio aut pœna tēporali, ipsosq; arcere ad  
 talia perfoluenda, qui damnati fuerint, solius est principātis huma-  
 na lege: exactas quoq; pœnas si reales fuerint, quemadmodū cas-  
 quæ propter alia crimina exiguntur, applicare secundum legis la-  
 toris seu legis humanæ determinationem. His autem quæ di-  
 ximus testatur scriptura in Actibus apostolorū, capitulo xxv. Dū  
 enim apostolus à Iudæis accusatus esset tanq̄ hereticus, licet falso,  
 causę suę inquisitio, deductio, applicatio, & diffinitio illius facta est  
 coram iudice ad iudicem & per iudicem humani legis latoris auto-  
 ritate statutum ad hoc, quemadmodū ad reliquos actus contentio-  
 sos siue ciuiles. Contraria uero his non est difficile soluere, cū enim  
 dicebatur, ad eum tanq̄ iudicem hæretici iudicium pertinere, cuius  
 est hæresis cognoscere crimen. Hæc distinguenda est propter mul-  
 tiplicitatem huius dictionis iudex aut iudicium, & secundum unum  
 sensum uera est, acceptis scilicet his nominibus secundū primā eo-  
 rum significationem: si uero secundum tertiam sumatur, falsa est.  
 Ideoq; nihil cōtra nostrā determinationē ex hoc præallegato con-  
 cluditur. Ad reliquū uero, quod subiungebatur, ad illum spectare  
 iudicium delinquentis, & exactiōem pœnæ, ac illius si realis fuerit  
 sibi applicationem, contra quem seu in cuius legem peccat delin-  
 quēs, uerum est si in ipsum tanq̄ tertiæ significationis iudicem, & in  
 ipsius legem dictam secundum ultimam legis significationem, co-  
 actiuam scilicet. Et cum assumitur quod hæreticus peccat in legē  
 diuinam, concedendum. Et ideo iudicabitur per iudicem tertiæ si-  
 gnificationis secundum ipsam, Christum scilicet, in alio tantummo-  
 do seculo non isto, iuxta ipsius legis latoris ordinationem, quæ ta-  
 lis fuit. Per ipsum etiā arcebitur pœna uel supplicio, aut premiabi-  
 tur secundum legis præceptorū & consiliorum obseruationem uel  
 transgressionem. Talis autem iudex huius legis, diuinæ scilicet, nō  
 est episcopus aut sacerdos aliquis, sed primę significationis tantū-  
 modo quasi doctor, maxime cōparata lege hac ad homines in sta-  
 tu & pro statu uitæ præsentis. Rursus maiori huius syllogismi sup-  
 posita tanq̄ uera, secundum quem diximus sensum, ad eum scilicet  
 tanq̄ iudicem coactiuum pertinere iudicium transgressoris, in quē  
 aut in legem cuius custos est, peccat transgressor, legem inquā etiā  
 dictam secundum ultimā legis significationem tantummodo: tunc  
 subsumenda est hæc propositio uera, uidelicet quod in iudicem hu-  
 ius seculi dictum secundum tertiam iudicis significationem & legē  
 cuius est custos, dictam etiam secundum ultimam eius & propriam  
 signifi

*Sacerdos do-  
 ctor, non prin-  
 cepts.*



significationem, coactiuam scilicet tantūmodo, non in aliam in hoc seculo coactiuam legem aut iudicem peccat hæreticus. Et ideo per talem in hoc seculo iudicandus iudicio coactiuo, sic huius legis ordinante latore, ab eodem quoque trāsgressore per eundem iudicem pœna exigenda, quæ si realis fuerit applicanda per hunc iudicem ei, cui legis lator humanus illam in lege statuit applicandā. Vel distinguendum est maiorem secundum equiuocationem, ut in priori paralogismo. Sic igitur non licet inferre per necessitatē, aliquis damnandus aut iudicandus est tanquā hæreticus in hoc & pro hoc seculo iudicio coactiuo realiter aut personaliter, uel utroque modo. Ergo per sacerdotem aut episcopū quēcūq;, nisi fortasse ut diximus primæ significationis iudicio. Nec sequitur etiā propter hoc, ergo damnati tanquam hæretici carnalia seu temporalia bona, quæ ab eodem exiguntur tanquam pœna uel pars pœnæ delicti, applicari debent episcopo seu presbytero cuiquam. Sicut nec sequitur, hic iudicandus est tanquam monetæ falsarius, ergo per monetarios, nisi fortasse primæ significationis iudicio, non quidem tertię, coactiuo uel delictet. Nec etiam sequitur, quod temporalia quæ ab illo exiguntur in pœnam, debeāt monetarijs applicari, collegio aut singulari personæ, sed coactiuo iudicio iudicari debet per principantem, & applicari pœna secundum legis humanæ determinationem.

*Hæreticū nō damnandū a sacerdote.*

Ad beatum Ambrosium dicendum, quod intellexit hæreticum seu crimen heresis ad sacerdotum seu episcoporum iudicium pertinere, iudicio primæ significationis, non tertię. Hoc enim iudicio, auctoritate propria nunquam usus est episcoporum seu pontificum aliquis circa statum ecclesiæ primitiue, quamuis postmodum ad talia processerint occasionaliter ex quibusdam cōcessionibus principum sibi factis. Ideoque taliū uera considerantibus initia, quæ nunc ex abusione robur & faciem iuris habere uidentur, uelut somniorum phantastica uidebuntur. De iudice itaque, ac iudicio, & coactiua potestate infidelium & hæreticorum, determinatum sit hoc modo.

DE QVIBVSDAM SIGNIS, TESTIMONIIS, ET EXEMPLIS

tam ex canonica quàm humana scriptura, quibus ostenditur uerum esse, quod determinatū est quarto huius, & quinto, octauo, nono, & decimo eius, circa statum episcoporū & generaliter sacerdotū :  
& cur Christus ipsorū statum, paupertatis scilicet à statu principantiū separauit.

CAPVT VNDECIMVM.



*Christus humi-  
litas & pau-  
pertatis doctor*

Voniam autem ex prioribus demonstratū est nobis tam canonicæ scripturæ autoritatibus, quæ alijs quasi politicis evidentibus argumentis quibusdā, nulli episcopo aut presbytero uel alteri clerico iurisdictionem cuiusquam coactiuam in hoc seculo conuenire. Nūc uolumus id declarare signis & testimonijs manifestis: quorum euidens est, quia nec Christum aut ipsius apostolorum aliquem unquam aut uel quēquenquā iudicem aut ipsorum uicarium pro tali regimine seu iudicio faciendo instituisse legimus: cum tamen tam necessariū in humano conuictu, nec ipsum ignorasse aut neglexisse, nec ipsius apostolos, uerisimile uideatur. Si hoc ad ipsorum officiū pertinere nouissent, & si ad suos successores episcopos aut presbyteros id spectare uoluissent, super hoc præceptum aut consilium tradidissent, uerum de instituendis spiritualibus ministris, episcopis, presbyteris & diaconis formam tradiderunt & modum. Et hoc ad ipsorum officium pertinere, satis noscitur ex Apostoli sententia primæ ad Timotheum tertio, ad Titum primo, & in alijs plerisque scripturæ locis apparet. Separauit autem Christus presbyterorū seu episcoporum officium ab eo quod principum, cum tamen potuisset ipse si uoluisset, statum principis & officium sacerdotis exercere, & apostolos idem facturos similiter ordinasse. Sed sic noluit, imò tanquam conuenientius, qui simpliciter melius cuncta disposuit, hæc officia supposito & ratione distingui uoluit. Quia enim humilitatem & huius seculi contemptum Christus docere uenerat, tanquam uiam meriti salutis æternæ, ut prius humilitatem & mundi seu rerum temporalium contemptum exemplo quàm uerbo doceret. In summa quidē humilitate ac temporalium contemptu hunc mundū ingressus est, sciens ipse, quod non minus, imò magis opere seu exemplo docentur homines quàm sermone. Vnde Seneca epistolarū nona. Quid faciendum à faciente discendum. Voluit igitur Christus, ut suo prius exemplo quàm sermone doceret, in summa humilitate ac mundi contemptu seu paupertate nasci. Vnde Lucæ secundo. Pannis eum inuoluit, beata uirgo scilicet, & reclinauit eum in præsepio. Ecce quod in aliena domo, ecce quod in præsepio, nisi scilicet bestiae locus erat & pabulum. Et uerisimile quod alienis pannis, quia beata uirgo & Ioseph peregrini & uiatores erant ibidem, pauper etiam natus, pauper uixit ætate prouectus: unde loquens de sui paupertate Matthæi octauo, & Lucæ nono dixit. Vulpes foueas habent & uolucres cæli nidos, filius hominis non habet ubi reclinet caput. Et hunc statum, tanquam eum qui perfectionis, cæteris obseruatis ut des-

cet

cet præceptis atq; cōsilijs, docuit Christus eligere eos, qui sui uolūt esse discipuli & imitatores præcipui, & maxime successores ipsius in officio, quod in mundū uenerat exercere. Vnde Matthæi xix. Marci decimo, & Lucæ xviij. cuidā interroganti ab ipso, Magister bone, quid faciens, uitam æternā possidebo? Dixit autem ei Iesus, Mandata nosti? Non occides, &c. qui ait, Hæc omnia custodiui à iuuentute mea, quo audito, Iesus ait ei, Adhuc unū tibi deest, uel, si uis esse perfectus, ut dicitur in Matth. Omnia quæcūq; habes uende & da pauperibus, & habebis thesaurū in cælo. Rursus eiusdem Lucæ xiiij. dicebat discipulis. Sic ergo inquit Christus, Omnis ex uobis qui nō renunciat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus.

*Quid episcopi  
eligendum.*

Ecce ergo quod status paupertatis & mundi contemptus decet omnem perfectum, præcipue Christi discipulū & successorē in officio pastoralis, quinimō quasi necessarius est debenti suadere alijs mundi contemptū, si sua doctrina seu prædicatione proficere uelit. Nam si talis diuitias possideat & principatus ambiat, qui eos quos alloquitur hæc spernere docet, ipse quidem sui actione sermonem propriū manifeste redarguit. Vnde Chrysostomus contra tales in libro de cōpunctione cordis, inquit, Dicere & nō facere, non solum lucri nihil, sed & damni plurimū. Grandis quidem enim condemnatio est cōponenti sermonem suū, uitam uero negligenti. Hoc etiam resonat philosophorū eximius decimo Ethicorū, cap. primo dicens: Cum enim dissonent, sermones scilicet, ab his quæ secundū sensum, id est ab operibus dicentis quæ opera sentiuntur condenti, id est cōponenti sermones, uerum interimunt. Et parum post subdit. Conuenientes enim entes operibus credentur, sermones scilicet. Et ideo qui nouit omnia qualiter fienda conuenientius, Christus scilicet, uolens sermones credibiles fieri, quibus mūdi docetur cōtemptus, uanitatum & carnaliū uoluptatū spretus & fuga, opera monuit sermonibus conformari. Vnde ad oēs taliū futuros doctores in apostolorum persona, dicebat Matth. v. Sic luceat lux uestra coram hominibus, id est doctrina, quæ luci cōparat. Sic inq; luceat, ut uideant opera uestra bona. Vbi glossa. Opera requiro ut uideantur, & sic confirmetur doctrina: aliter enim sermonibus & doctrinæ parū creditur. Vnde glossa super illud Matthæi decimo, Nolite possidere aurum neq; argentum, huius causam reddens, inquit, Si hæc haberēt, uiderentur non causa salutis prædicare, sed lucri.

*Opera requirū  
tur i sacerdote*

Talia enim possidentes aliorū doctores siue pastores, magis destruant hominum fidem & deuotionem suis oppositis operibus & exemplis, quàm sermonibus confirmant, eo quod his opera man-

Episcoporum ma-  
 la uita.

Pauperes a sa-  
 cerdotibus spo-  
 liari.

Pauperum diui-  
 tias a presby-  
 teris praeu-  
 mi.

fesse opponunt, ad quæ magis attendunt homines quæ ad uerba. Et  
 formidandum ualde, quin demum fidelem populum deducant suis  
 peruersis exemplis operum ad desperationem futuri seculi. Talia  
 namque operantur quasi omnes ecclesiarum ministri, episcopi seu pres-  
 byteri & reliqui clerici consequenter. Manifestius autem ipsorum, qui  
 super maiores thronos ecclesiae sedent, ut futurum dei iudicium in  
 alio seculo nullatenus credere uideantur. Qua enim, dicant quæ so-  
 secundum deum, conscientia, & si futurum credunt uenturi seculi  
 iustum dei iudicium, Romani pontifices plurimi, & ipsorum Cardi-  
 nales, alijque presbyteri seu episcopi, ad curas animarum & ecclesiasti-  
 ca temporalia pauperibus distribuenda perfecti, reliqui quoque quasi  
 omnes, diaconi & clerici quilibet secundum sui facultatem ex furto uel ra-  
 pina temporalium, quæ per deuotos fideles statuta sunt & legata pro-  
 pter euangelizantium, & reliquorum pauperum sustentationem, quam-  
 tas possunt denariorum summas, tradunt uiuentes aut legant mor-  
 rientes non egentibus, sed sibi sanguinis affinitate coniunctis, aut  
 alijs quibuslibet, eisdem bonis nulli dubium pauperes spoliantes.  
 Qua etiam secundum Christianam religionem conscientia flagito,  
 dicant uiuentes ipsi temporaliter, qui propter euangelij ministerium  
 contenti debent esse alimentis & his quibus tegantur secundum Apo-  
 stolum primæ ad Timotheum ultimo: In tot præternecessarijs bo-  
 na pauperum consumunt, equis, familiarijs, conuiujs, ac reliquis uani-  
 tatibus & uoluptatibus manifestis & occultis? Quæ uero de ec-  
 clesiasticorum officiorum & beneficiorum seu temporalium distri-  
 butione fiunt inconuenientia pertrahunt. Nam ipsorum plurima prece-  
 uel fauore potentum seculi obtinendis, aut pretio siphas sit dicere di-  
 stributoribus aut intercessoribus Magi Symonis ministris oblato-  
 talia conferuntur ignorantibus, criminosis, pueris, incognitis, & inui-  
 sis ac idiotis manifeste secundum totius uulgi sententiam. Cum tamen  
 Apostolus primæ ad Timotheum tertio præcipiat officiales ecclesia-  
 sticos debere cognosci tanquam probatos & perfectos uita seu mori-  
 bus & doctrina. Vnde ubi supra. Oportet autem illum, id est pres-  
 byterum seu episcopum, & testimoniū habere bonum ab his qui foris  
 sunt, quanto magis & ab his qui sunt intra ecclesiam. Et infra parum  
 eodem, Diaconos similiter pudicos. Et hi autem probentur primum, &  
 sic ministrent, nullum crimen habentes. Verūtamē hoc conuenienter po-  
 test dicere quis, quod bene probantur horum plurimi ut nouit mundus,  
 quantum scilicet pretium aut precem ualeant exhibere. Quod ne singula  
 inconuenientium dinumerare tentemus tanquam impossibiliū aut diffi-  
 cillimum ualde, de presbyterorum seu episcoporum, cæterorumque tem-  
 pli

pli ministrorū quasi omnium actibus summam faciētes, corā Christo testamur, eius si mentimur iudicium inuocantes, p̄fatos episcopos & reliquos ferē omnes modernis temporibus, omniū quasi opposita perpetrare, quæ secundū doctrinam euangelicam alijs p̄dicant obseruanda. Voluptates nanq̄, uanitates, temporalia & seculi principatus exardent, & omni conamine, non iure, sed iniuria, occulta & manifesta prosequuntur & occupant, quæ tamen omnia Christus & ueri eius imitatores apostoli spreuerunt & spernere docuerunt & p̄ceperunt, eos maxime qui alijs euangelizare debēt mundanorum contemptū. Poterat enim Christus si uoluisset, si euangelizanti expedire uidisset, seruasse statum principis in hoc seculo, & in eo statu pati similiter. Sed fugit in montem ut statū talem abijceret & abijci doceret, sicut ex Ioannis sexto supra induximus quarto huius. Talem enim statum gerere non decet euangelizantes ipsius contemptum, sed potius subiectorū & humilium, qualem in hoc seculo tam ipse quàm ipsius apostoli seruauerunt. Ecōtra status paupertatis exterioris & abiectus non decet principantē, quoniam expedit illi status quem boni subditi reuerantur, & mali uereantur, per quem etiam si oporteat rebelles legum transgressores ualeat coercere: quod nec facere posset cōuenienter, si statum pauperem & deiectū haberet, propter quod etiā illi non conuenit euangelizantis officium. Si enim principans in populo suaderet statum paupertatis & abiectū, adhuc si quod percussus in una maxilla percutiēti offerat aliā: & rursus quod auferēti sibi tunicā, det quis palium potius q̄ aduersus iniuriantem contendat iudicio, talia nec sibi faciliter crederētur, quia statu quē decet ipsum & quē gerit, suo repugnaret sermoni: amplius, sic incōuenienter ageret. Cum enim sua interfit per p̄nam iniuriantes arcere, id etiam non requirentibus passis iniuriam, si p̄dicaret iniurias remittendas iniuriolis & prauis occasionem quandam amplius delinquēdi p̄beret: & offensis seu passis iniustum, dubitationem aut suspicionem iustitiæ cōsequendæ, propter quod Christus qui omnia semper meliori modo disposuit, officia principantiū & sacerdotū in eodem supposito coniungi noluit, sed potius separari. Hæc autem uidetur beati Bernardi expressa sententia de consideratione ad Eugenium papam libro secundo ca. quarto, ubi sic ait, Ergo tu & tibi usurpare aude, aut dominus apostolatū, aut apostolicus dominatum, plane ab utroq̄ prohiberis, si utrunq̄ simul habere uoles, perdes utruq̄: Alioquin nō te exceptum illorum numero putes, de quibus queritur deus sic. Ipsi regnauerunt, & non per me, principes extiterunt & nō cognoui

*Sacerdotes mūdanorum contemptores.*

*Paupertas principis nō decora.*

*Donatia Constantini.*

eos. Testantur autem dictis Decreta seu historiae quaedam Romanorum pontificum, ipsis enim inscriptum reperitur, & ab eisdem approbatum priuilegium quoddam Constantini Romanorum Imperatoris, quo beato Syluestro Romano pontifici concessit iurisdictionem coactiuam super omnes mundi ecclesias, reliquosque presbyteros seu episcopos omnes. Cumque concessionem eam fuisse ualidam fateatur quilibet papa Romanus, & cum eo presbyterorum seu episcoporum reliquus coetus, consequenter ipsis concedendum est eundem Constantinum hanc iurisdictionem seu potestatem in eos primitus habuisse, praesertim cum ad ipsos uirtute uerborum scripturae sacrae nulla talis iurisditio in quemque clericum aut laicum pertinere noscatur. Et hoc est quod beatus Bernardus dicit expresse ad Eugenium de consideratione libro & ca. quarto, inquit enim ibi. Petrus hic est, qui ne scitur processisse aliquando, uel gemmis ornatus, uel sericis, nec tectus auro, nec uectus equo albo, nec stipatus milite, nec circumstrepentibus septus ministris. Absque his tamen satis credidit posse implere salutare mandatum, Si amas me, pasce oues meas. In his enim secularibus uidelicet apparatus & potestatibus, successisti non Petro, sed Constantino. Principantium igitur officium non est sacerdotale in quantum huiusmodi, nec econuerso, de quorum tamen differentia rememoratum sit hoc modo.

*Papa Constantino successit non Petro.*

DE DISTINCTIONE QUORVNDAM DITIONVM  
necessaria propter determinationem quaesitorum, circa  
statum paupertatis supremam. Cap. XII.



Ic igitur singulariter nobis ostenso, Christum & ipsius Apostolos uiatores, statum paupertatis & humilitatis docuisse atque seruasse: certumque tenendum sit fidelibus, doctrinam seu consilium omne Christi & apostolorum aeternae uitae meritorium aequaliter extitisse: Conuenienter utique inquirendum uidetur de ipsorum paupertate, quae, qualis, quantum ue fuerit, ne imitari uolentes eosdem, hanc lateat uiatores.

Huiusmodi ergo tentantes inquisitionem, primum dicturi sumus, quid est quod dicitur, & quot modis paupertas aut pauperem esse; similiter autem & diuitem esse. Videntur enim haec inuicem opponi quandoque uelut habitus & priuatio, quandoque ut contraria; deinde uero nominum horum utrumque distinguemus in suos modos, & ipsorum descriptiones subiungemus. Ut si qua sit paupertas meritorea, & ipsius modorum aliquis perfectionis ordo inuicem, quisque alio

aliorum summus aut primus nobis appareat. Et quoniam diuitem omnes eum dicunt, qui licitam seu de iure potestatem habet uel dominium aut possessionem rerum temporalium, quas uocant diuitias in proprio uel cōmuni, aut utroq; modo. Pauperem autē uocant illum, qui bonis talibus priuatus est, ne propter usus uarietate quorundam iam dictorum nominū, quibus ad propositū nostrum indigebimus uti sententia, quam explicare uolumus, extet ambigua. Distinguemus primum significata seu modos eorum. Sunt autem nomina hæc, ius, dominium, possessio, proprium, & cōmune, diues, & pauper. Incipiemus autem distinguere significata iuris, quoniā ipsis indigebimus in aliorum assignationibus & distinctionibus, nō econuerso. Ius igitur in una sui significatione dicitur de lege dicta secundum tertiam & ultimam legis significationem, de qua fuit habitum decimo primæ, quæ siquidem duplex est, una quidem humana, reliqua uero diuina, quæ etiam secundum aliquod tempus & modum uenit in ultimam legis significationem, ut dictum est ubi supra. De harum uero legum natura & qualitate, ipsarumq; conuenientia & differentia sufficienter diximus octauo huius & nono. De quibus etiam resumentes ad propositum, dicamus ipsarū conuenientiam in eo primum, quod utraq; lex est præceptum uel prohibitio aut permissio actū qui prouenire sunt nati ab imperio mentis humanæ. Differunt autem, quoniam primum coactiuum est in hoc seculo transgredientium illud: secundum uero, diuinum scilicet minime, sed in futuro tantummodo. Dicitur autem præceptum dupliciter, uno quidem modo actiue, de actu scilicet præcipientis, quomodo solemus dicere, uelle aliquod imperantis expressum esse præceptum, ut regis aut alterius principantis. Alio modo dicitur præceptum de ipso uolito per actum præcipientis, quo modo solemus dicere seruum fecisse præceptum domini, non quidem quod actū domini qui est præcipere aut imperare fecerit seruus, sed quoniam uolito fieri per actum seu imperium domini fecit seruus. Et propterea quoties hoc nomen præceptum refertur ad præcipientem, idem est quod actus imperandi: quoties uero ad subditū, idem est quod uolito fieri per actum imperandi, passiuè dictum. Hoc ergo nomen præceptum actiue sumptū & cōmuniter dicitur de ordinatione seu statuto legis latoris tam affirmatiuo q̄ negatiuo ad pœnam obligante transgressorem, secundū tamen usum modernū pprie sumitur p̄ statuto affirmatiuo. Quoniā statutū affirmatiuū nō habet ex usu nomen ppriū, sed nomen cōmune sibi retinuit. Statutum uero negatiuū sibi nomē habet ppriū, quoniā phibitū dicit̄.

Voco

Legum differentia.

Voco autem affirmatiuum statutū quo fieri aliquid ordinatur, ne-  
*Preceptum.* gatiuum quo aliquid ordinatur nō fieri, quod si fuerit talis ordina-  
*Prohibitum.* tio affirmatiua obligans transgressorem ad pœnam, uocatur præ-  
ceptum, Si uero negatiua sit, etiam obligans uocatur prohibitum,  
quod siquidē prohibitū dupliciter dicitur actiue atq; passiuē, quē  
admodum & præceptum. Hæ autem duæ ordinationes obligātes  
ad pœnam scilicet, ut plurimū in legibus sunt expressæ, uel secundū  
propriam speciem, uel secundū similem aut proportionalem. Alio  
uero modo sumitur præceptum magis stricte in lege diuina, simili-  
ter & prohibitum pro eo solo statuto, siue affirmatiuo siue negatiuo  
quod obligat ad pœnam æternam, quomodo usus ipsorū est apud  
Theologos, dicentes præcepta fore de necessitate salutis, id est ob-  
seruanda necessario, si debeat quis saluari. Vnde Lucę xviij. Si uis  
ad uitam ingredi, serua mandata, id est præcepta. Sunt autē aliæ  
quædam ordinationes expressæ uel intellectæ tantum in legibus,  
tam affirmatiuę quàm etiam negatiuæ, siue circa eundem actum, si  
ue circa diuersum facientem aut omittentem, non obligātes ad pœ-  
nam, ut actum liberalitatis exercere uel omittere. Similiter & alio-  
rum plurimorū quorundā. Et talia proprie dicuntur lege permissa,  
*Permissum.* quous hoc nomen permissum cōmuniter sumptū, quandoq; dicatur  
de statutis obligantibus ad pœnā. Nam omne quod lege fieri præ-  
cipitur, fieri permittitur, licet non econuerso. Sic etiā quod lege pro-  
hibetur fieri, lege permittitur non fieri. Horū uero rursum permissio-  
rum proprie, non obligantium scilicet, quædam sunt meritoria se-  
cundum legem diuinam, & uocantur consilia, quædam uero mini-  
me, absoluto nomine uocata permissa, quæ etiam sic sumpta & pro-  
*Consilium.* proprie dupliciter dicuntur actiue atque passiuē, quemadmodum  
prohibita & præcepta. Hæc tamen ut plurimū secundū suam spe-  
ciem non exprimentur in legibus, præsertim humanis propter eo-  
rum multitudinem, & quoniam ipsorū ordinatio generalis suffici-  
ens est in hoc. Omne enim quod lege non est præceptū aut prohibi-  
tum, intelligitur legis latoris ordinatione permissum. Est igitur præ-  
ceptum secundū legem in propria significatione statutū affirmati-  
uum, obligans ad pœnam transgressorem illius: Prohibitum uero  
proprie statutū negatiuum ad pœnam obligans est: Permissum ue-  
ro proprie dicitur ordinatio legis latoris ad pœnam neminem ob-  
ligans, iuxta quas significationes, proprias scilicet, his nominibus  
utendum est. Ex his autē conuenienter apparere potest, quid est  
*Licitum.* quod licitum dicitur, quoniam omne factum iuxta legis præceptū  
aut permissionem, uel omissum iuxta legis prohibitionem uel per-  
missionem



missionem licite factum uel omiffum est, & licitum dici potest, eius uero cōtrarium seu oppositum illicitum. Hinc etiam nobis appare- *Illicitum.*  
 re potest, quid est qd' phas appellari solet: est enim phas in una si-  
 gnificatione id quod licitum quasi cōuertibiliter. In alia uero signi-  
 ficatione importat hoc nomē phas, id quod legis lator in aliquo ca- *Phas.*  
 su permisisse rationabiliter præsumitur, q̄uis tale aliquid sit abso-  
 lute prohibitum seu regulariter, ut per alienum agrū transire quan-  
 doq̄, aut rem alienam contrectare absq̄ domini expresso consen-  
 su phas est, licet non sit ius dictum regulariter secundū aliquem di-  
 ctorum modorum. Nam alienæ rei cōtrectatio regulariter prohi-  
 bita est, in casu tamen phas est, in quo rei dominus rationabiliter  
 præsumitur consentire, q̄uis hoc non concedat expresse, ppter qd'  
 in talibus quandoq̄ opus est epieikeia. Sic igitur secundum unam si-  
 gnificationem ius idem est quod lex diuina uel humana, seu secun-  
 dum has præceptum aut prohibitum & permissum. Est autē &  
 alia quædam iuris & proprie humani diuisio in ius naturale atq̄ ci- *Ius naturale.*  
 uile. Et dicitur ius naturale secundū Arist. quarto Ethicorū, tracta-  
 tu de iustitia, statutum illud legis latoris, in quo tanq̄ honesto & ob-  
 seruando quasi omnes conueniunt, ut deum esse colendum, paren-  
 tes honorandos, humanas proles usq̄ ad tempus parentibus edu-  
 candas, nemini iniuriandum, iniurias licite repellendum, & similia  
 reliqua: quæ licet sicut ab humana institutione pendentia transum-  
 ptive iura dicuntur naturalia, quoniam eodem modo creduntur  
 apud omnes regiones licita, & eorum opposita illicita, quemadmo-  
 dum actus naturalium non habentiū propositum cōformiter apud  
 omnes proueniunt, uelut ignis qui sic ardet hic sicut in ipsis.

Sunt tamen quidam, qui ius naturale uocant, rectæ rationis agi-  
 bilium dictamen, quod sub iure diuino collocant, propterea quod  
 omne factum secundum legem diuinam, & secundum rectæ ratio-  
 nis consilium simpliciter est licitum. Non tamen omne factū secun-  
 dum leges humanas, quoniam in quibusdam à recta ratione defici-  
 unt, uerum naturale hic & supra æquiuoce dicitur. Multa enim sunt  
 secundum rectæ rationis dictamen, ut quæ uidelicet non omnibus  
 sunt per se nota, & per consequens neq̄ confessa, quæ nō ab omni-  
 bus nationibus conceduntur tanq̄ honesta. Sic etiam secundum le-  
 gem diuinam sunt quædam præcepta prohibita uel permissa, quæ  
 se habent in hoc conformiter humanæ legi, quod quia notum est in  
 pluribus, exempla prætermisi propter abbreviationē sermonis.

Et inde etiam est, quod quædam licita sunt secundum legem hu-  
 manam, quæ non licent secundum legem diuinā, & econuerso. Ve-

*Ius quid signet.* runtamen licitum & illicitum simpliciter attendenda sunt secundū legem diuinam potius quā humanam, in quibus dissonant pręceptis prohibitis aut permissis. Dicitur autē ius secundo modo de omni humano actū, potestate uel habitu acquisito, imperato, interiori uel exteriori, tam immanente quā transeunte in rem aliquā exteriorē, aut in rei aliquid, puta usum aut usufructū, acquisitionem, detentionem, seu conseruationem, aut cōmutationem, & reliqua similia, conformiter iuri dicto secundum priorem significationem. Quod autem sit rei usus aut usus fructus cum alijs rei licitis contrectationibus seu de iure à scientia ciuiliū actuum supponatur ad præsens. Secundum hanc quidem significationem soliti sumus dicere hoc ius alicuius esse, cum rem aliquam iuri primo modo dicto conformiter uult aut tractat. Vnde talis cōtrectatio uel uolūtas ius dicitur, quoniam iuri cōformatur in eo quod pręcipit, prohibet, aut permittit: quemadmodum columna dextra dicitur aut sinistra, cum animalis dextro uel sinistro secundū sitū propinquior extiterit. Ius igitur dictum hoc modo secundo, nil aliud est quā uolūtū pręcepto, uel prohibitione aut permissione actiua legis latoris, quod quasi pręceptum prohibitum aut permissum passiuę pridem diximus. Et est hoc etiam quod prius licitum dicebamus. Importat autem rursum hoc nomen ius sententiam iudicantium secundum legem seu iudicia ipsorum secundum ius dictum iuxta primam significationem quomodo dicere solent iudicem seu principantem ius alicui fecisse aut reddidisse, dum ipsum per sententiam legalem damnauit aut soluit. Dicitur autē amplius ius de actū aut habitu particularis iustitię, quomodo ius aut iustum uelle dicimus eum, qui æquale aut proportionale uult in cōmutationibus aut distributionibus.

*Dominium quid.* Huic uero habitum est distinguere modos seu signata domini: quod quidem significat stricte sumptum, potestatem principalem uendicandi rem aliquam quęsitam iure dicto secundum primum modum: potestatem in quę scientis & non dissentientis in hoc, uolentis etiam nemini alteri licere rem illam contrectare absque sui dominantis scilicet, dum illi dominatur, expresso consensu. Hęc autē potestas nil aliud est quā actuale aut habituale uelle sic habēdi rem iure quęsitam, ut diximus: quę siquidem alicuius ius dicitur, quoniam iuri primo modo dicto conformis, secundum quem modum etiam columnam dextram aut sinistram esse iam diximus, cum ad animalis dextera aut sinistra secundum propinquitatem uere fuerit cōparata. Dicitur autem rursum hic nomen cōmuniter magis de potestate iam dicta, siue fuerit in rem tātū, siue in usum aut usum

usumfructum tantum, siue in hæc omnia simul. Dicitur amplius idem nomen de potestate iam dicta, non tamen scientis aut consentientis, neque dissentientis expresse seu renunciantis: quo modo infanti & absenti aut alteri cuiuslibet ignoranti, capaci tamen, acquiri potest res aliqua uel eius aliquid cum dominio seu potestate ipsam mendicandi ab auferente seu auferre uolente per se uel alium coram iudice coactiuo. Dictum est autem non dissentientis expresse, quoniam expresse dissentienti seu renuncianti rem aliquam aut rei aliquid, non acquiruntur talia, neque ipsa uendicandi dominium aut potestas. Potest enim quilibet renunciare licite iuri pro se introducto secundum humanas leges, neque ad iuris beneficium compellitur quis inuitus secundum legem aliquam. Sunt autem iam dicta dominia legalia, quoniam legis seu ipsius latoris ordinatione, ac hominum electione acquiruntur seu acquisibilia sunt. Adhuc dicitur nomen dominij de humana uoluntate seu libertate secundum se, cum ipsius executiua seu motiua organica potestate non impedita. His enim possumus in actus aliquos & ipsorum oppositos, propter quod etiam dicitur homo inter animalium cætera, suorum actuum habere dominium: quod siquidem à natura inest homini, non uoluntarie seu electione quaesitum. Consequenter distinguendum est hoc nomen possessio, quod *Possessio quid.* quidem sumptum large significat uno modo idem quod dominium dictum secundum primam aut secundam significationem uel tertiam, aut rem temporalem aliquam in comparatione ad sic habentem & habere uolentem, quemadmodum dictum est in duabus prioribus dominij significationibus. Vnde Gen. xij. Erat autem diues ualde in possessione auri & argenti, & eiusdem xvij. Dabo tibi & semini tuo omnem terram Chanaan in possessionem æternam. Alio modo & magis stricte dicitur possessio de dominio iam dicto cum actuali contractatione corporali, presentis uel præteriti, rei uel usus aut usufructus ipsius, quo modo nomine hoc utuntur plurimum in scientia ciuiliu actuum. Amplius dicitur hoc nomen de licita contractatione corporali rei suæ, uel etiam alienæ. Vnde Actuum quarto. Nec quisquam eorum quæ possidebat aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia. Dicitur autem rursus possessio, licet improprie de rei detentione illicita in presenti uel præterito, per se uel alium corporaliter contractata. Nunc autem sequitur distinguere nomen proprii & communis. Dicitur autem proprium siue proprietatis uno *Proprium.* modo de dominio dicto secundum primam significationem, quo modo utuntur ipso in scientia ciuiliu actu. Dicitur rursus magis large sumendo, etiam de dominio dicto secundum eius significatio-

nem tam primā q̄ secundam, quomodo usus eius est apud Theologos, etiā in sacra scriptura plerūq̄. Amplius dicitur hoc nomen propriū & pprietas famosē magis apud Theologos de singularitate personæ uel rei, aut rei aliquo pertinentibus ad unicā personā tantū, non cum alia. Sic enim sumunt propriū, distinguentes, ipsum contra cōmune, qui quærunt, utrū perfectius seu magis meritoriū æternę uitæ sit habere temporalia in pprio, id est singulariter q̄ habere talia cū alio uel alijs in cōmuni. Dicitur aut̄ rursus hoc nomen propriū siue pprietas de accidente alicui subiecto inherente per se, quo modo utuntur philosophi nomine hoc, in eo tamē famosius qđ conuertitur cū subiecto. Hoc aut̄ nomen cōmune quantū ad propositū pertinet, sumitur opposte duabus significationibus proprii posterius dictis. Reliquū uero nobis est distinguere modos horū nominū pauper & diues: dicitur aut̄ hoc nomen diues famosē magis de habente sibi super abundantia rerum temporalium quas uocant diuitias simul pro quolibet tempore, præsentī atq̄ futuro & licite. Alio uero dicitur diues de habēte sibi licite res prædictas solum sufficientes simul pro quolibet præsentī atq̄ futuro.

*Diues quis dicitur.*

Dicitur aut̄ adhuc diues dupliciter & magis proprie, primū quidem de habente res iam dictas superabundantes etiā, ut dictū est, uel sic eas habere uolente, alio rursus modo de habēte iam dictas res sufficienter solū, ut etiā dictū est in secundo modo, uel sic eas habere uolēte. His aut̄ quasi opposte priuatiue duobus prioribus modis dicitur pauper: uno quidē, qui priuatus est superabundantibus solum: alio uero modo, qui etiā sufficientia pro quolibet tempore non simul habet. Tertio uero modo dicitur pauper opposte diuiti, quasi contrarie, primum quidem de eo qui sponte uult priuari abundantibus p̄ quolibet tempore. Quarto uero modo de eo qui etiā sufficientes p̄ quolibet præsentī atq̄ futuro, nō uult simul habere, sed ipsis uult quādoq̄ sponte carere: debes autē attendere qđ diues iuxta secūdū & iij. modū pauper est iuxta primū & iij. paupertatis modū. Vnde non quilibet modus paupertatis & pauperis opponit̄ cuilibet modo diuitis indifferenter. Nec oportet omittere, qđ spontaneorū pauperū, sunt quidam abdicantes tēporalia p̄pter finē honestū, & conuenienti modo. Alij uero talia uident̄ abdicare, non p̄pter hoc, sed p̄pter inanem gloriā, aut aliā aliquā mūdā fallaciā cōmittendā. Est etiā cū his attendendū, quod rerū temporalium, quas uocāt diuitias, quædā sunt quæ sui & cōmuni hominū institutione unico aliquo actu uel usu cōsumptibiles sunt, quæ admodū cibi, potus, medicinæ, ac reliquæ similia: quædā uero sunt quæ

que manētia pluribus usibus deseruire sunt nata, ut ager & domus, securis & uestis, equus aut seruus. Sunt aut iam dictorū nominū significationes aliæ fortasse, famosiores tamen ipsarum & modos nostro proposito magis attinentes, enumerasse putamus: quas si quidem secernere atq; describere uel diffinire proprie, difficile est propter usus eorum uarietatem apud diuersos & eosdem etiam artifices loca & tēpora. Ferè enim quidem igitur nominū unū quodq; dicitur multifariam, ut in De generatione scribitur libro primo.

DE STATV IAM DICTAE PAVPERTATIS QVEM EVANGELICAM perfectionem dicere solent, & quod hunc Christus & ipsius apostoli seruauerunt. Cap. XIII.



Is itaq; modis & significationibus doctorū nominū sic distinctis, conclusiones aliquas inferemus, primā quidē qd' rem aliquā temporalē aut rei aliquid, puta usufructū aut similia in proprio uel cōmuni suam uel alienam, nō potest aliquis licite cōtractare siue iure seu nō habens in ea uel eius aliquo ius dictū secundū primā & secundam iuris significationē. Nam omne factū, nō præceptum aut permissum iure fieri, est nō licitū, ut ex diffinitione liciti cuiuslibet euidenter apparet; nec oportet immorari ad hoc pbandū, quoniā omnibus quasi per se notum est. Secundo possumus ex dictis inferre, quod rem aliquā aut eius aliquid potest aliquis licite contractare secundū unā legem, puta diuinā, & illicite secundā aliā, ut humanā. Similiter econuerso. Rursum idem facere licite aut idem etiā illicite facere secundū utrūq;. Hoc aut uidere nō est difficile, quoniā præcepta, prohibita, & permissa quādoq; diuersantur & dissonant in his legibus inuicē, quādoq; cōueniūt. Et ideo secundū unius præceptū aut permissionē operās licite operat secundū illā, quod si alia lege prohibitū extet, idem illicite secundū legē aliā operat: Quod si tale aliquid utraq; lege permissū fuerit, secundū utrāq; licite operat. Si uero utraq; prohibitū fuerit, idem operat illicite secundū utrūq;. Vtrū aut secundū legē diuinā sit permissum quicq; fieri uel omitti, quod humana lege præceptū aut prohibitū extet, quēadmodū econuerso, considerandū relinquitur, nō est enim hoc presentis inquisitionis. Certū est aut multa fore permissa humana lege, quēadmodū fornicationes, ebrietates, & reliqua quædā peccata, quę lege diuina prohibita sunt. His cōsequenter ostēdere uolo, quod rem quācūq; temporalē, aut eius aliquid siue unico aliquo usu consumptibilem, siue nō propriā alicuius iuxta tertium modū proprii, siue cōmunē sibi

cum alio uel alijs suam, id est, sibi iure acquisitam uel alienam, ex cōsensu tamen eius, cui iure primo modo dicto quæsitā est. Potest aliquis contrectare in proprio dicto secundum tertiam significationem, uel etiam cum alio in cōmuni habet possidere secundum tertiam possessionis significationem, atque corrumpere licite absque omni eius rei, aut eius alicuius dominio secundum primam, secundam, uel tertiam dominij significationem. Hoc autem demonstrō sic. Quoniā rem illam temporalem, aut eius aliquid secundū omnē eius dictum modum potest quis licite contrectare atq; corrumpere absq; dominio secundū iam dictos tres modos, tam in proprio q̄ cōmuni, quā cōtrectat uel habet absq; iam dictis dominij secundum legē diuinā aut humanā, uel utrāq;. Sed rem aliquā suam, & rei aliquid ac alienā consentiente illo, cuius res illa fuerit, potest aliquis cōtrectare secundū leges, ut dictum est absq; omni prædicto dominio, ergo licite sine ipso. Prima propositio huius deductionis per se nota est ex liciti diffinitione. Secundā probo ratione sumpta ex inductione, primū quidē in re sua seu alicui iure quæsitā factō suo uel alieno in proprio, uel sibi cū alio in cōmuni, ut dono uel legato, uenatione, piscatione, aut altero sui labore seu opere licito. Esto enim rem aliquā sic alicui esse quæsitā. Certū est igit̄ ipsum ea uti & eam contrectare posse secundū leges, quoniā modis prædictis secundū legē acquiritur res, ut ex inductione palām. Constat etiā quod quilibet aptus licite potest renunciare iuri pro se introducto, quoniā beneficium nō confertur inuito secundū legem humanā atq; diuinā. Poterit igitur cui rei uel eius usus dominiū acquiri potest factō suo uel alieno tali dominio renunciare. Cum igitur eidem si uoluerit acquiratur tam potestas utendi licite, q̄ etiā potestas rem uendicandi & ab altero prohibendi, potest licite renunciare potestati uendicandi, seu rem aut eius aliquid ab altero prohibendi, quæ nil aliud est quā dominiū dictū secundū tres priores modos legales, non renunciatā potestate utendi re aut eius aliquo, quæ siquidem potestas cadit sub iuris dicto iuxta secundā eius significationē. Et uocari solet ab aliquibus simplex facti usus sine iure utendi per ius utendi sumentibus dominiū, secundū aliquā iam dictarū trium significationum.

Amplius re quę in nullius bonis est, potest aliquis licite uti secundum leges, sed aliqua res, cuius potestatem uendicandi & ab altero prohibendi renunciauit quis, potest esse in nullius bonis, ergo ipsa potest quis licite uti. Cum igitur renunciāns potestati prædictæ nō habeat rei dominium, apparet quod rem aliquam potest quis licite contrectare, ac ea uti absque omni legali iam dicto dominio.

Rur

Rursum illa separantur inuicem, quorū unum per licitū uotum abdicari potest pro quolibet tempore, reliquum uero minime. Sed iam dictū rei dominium seu uendicandi & prohibendi rem temporalem aut eius aliquid potestas per licitū uotū abdicari potest, pro quolibet tempore. Habere uero rem licite seu eius simplicem usum, non pro quolibet tempore abdicari potest per licitum uotum, ergo hæc ab inuicē separare conuenit. Prima propositio huius deductionis est per se nota ex liciti diffinitione : non enim potest idem secundum eandem legem simul licitum & illicitum esse. Secundam propositionem probō quantum ad utranq; sui partem: & primo quod abdicatio dominij per uotum licita sit pro quolibet tempore, quoniam de Christi consilio potest emitti licitum uotum : sed talis abdicatio est Christi cōsilium, ubi Matthæi xx. dixit. Omnis qui dimisit domum aut agros, &c. propter nomen meum, centuplum accipiet, & uitam æternam possidebit. Idem habetur Matthæi quinto & Lucæ sexto, cū dixit Christus. Et ab eo qui aufert tibi uestimentū, etiam tunicam noli prohibere. Et ei qui uult tecū iudicio contendere, & tunicam tuā tollere, remitte ei & palliū. ubi Aug. si pro necessarijs imperat, id est consulit nō contendere, quanto magis pro superfluis. Iuxta quam etiā Christi sententiā dixit Apostolus primæ ad Cor. sexto. Iam quidem inquit omnino delictum est in uobis, quod iudicia habetis inter uos : quare nō magis iniuriam accipitis, quare non magis fraudē patimini : supple t̄ iudicio, etiā iusto aduersus quēquam contendere, pro rei temporalis uendicatione. ubi glossa secundum Augustinum inducit euangeliū in locis præ assignatis. Et tunc addit hoc, id est contendere iudicio iuste scilicet secundum ueniā infirmis cōcedit Apostolus, cum sint in ecclesia talia iudicia fieri inter fratres fratribus iudicantibus. Consequenter propter quoddā dictum Aug. dubium subdit glossa. Vt autē prædicta uerba Augustini, quibus ait, peccatum est iudicium habere contra fratrem, sanè intelligantur, dicendum est hic quid in huiusmodi conueniat perfectis & quid non, & quid liceat infirmis & quid non. Perfectis igitur licet repetere sua simpliciter scilicet sine causa, sine lite, sine iudicio, sed non conuenit eis inde mouere causam ante iudicem. Infirmis uero licet & sua repetere mouendo causam ante iudicem, & iudicium habendo contra fratrem. Potest igitur de abdicatione dominij licitum uotum emitti. Quod si etiam perfectis non est licitum contendere coram iudice coactiuo, ergo potestatem licite uendicandi non habent, quæ dominium est iam dictum : tali enim potestati iam per uotum renunciauerunt contra quod eis ullo tempore

*Quibus licet  
contendere in iudicio.*

uenire nō licet, præcipue stante uoto. Quod autem rei uel eius usus, habitus licitus seu simplex facti usus abdicari nequeat pro quolibet tempore, satis apparet, quia nullū prohibitū lege diuina potest licite cadere sub uoto, sed talis abdicatio est, prohibita lege diuina, eo qd' *De uoto.* species quædā homicidij. Tale enim uotū obseruans seipsum fame aut frigore uel siti perimeret scienter, quod lege diuina prohibetur expresse, ut Mat. xix. Mar. x. Lucae xviij. ubi Christus aliqua præcepta legis antiquæ cōfirmans ait. Nō occides, &c. Separatur igit' rei scilicet usus simplex seu habere licitum ab omni iam dicto domino seu uendicandi & prohibendi rem aut eius aliquid potestate.

Ex quo etiā per necessitatē sequitur manifeste, insanā hæresim esse, asserētis rem aut eius usum haberi nō posse absq; iam dicto domino. Sic enim dicēs, nil aliud sentit q̄ Christi consiliū adimpleri nō posse, quod apertū mendaciū est, & ut diximus tanq̄ peruersum & hæreticū fugiendū. Nec obstat sermo dicentis, quod de actu cōtentioso possit abdicatio licita per uotū fieri, nō tamen de habitu seu actiua potestate legali ad uendicandū & prohibendum rem ab alio corā iudice coactiuo, quā pridē tale dominiū esse diximus, hoc enim falsum est, quoniā omnis habitus seu potestas legalis acq̄sita uel acq̄sibilis, cuius habitus per licitū uotū abdicari potest, eodem modo abdicabilis est, sicut inductione apparet in omnibus cōsultis sub uoto cadentibus. Nā uouens castitatē aut obedientiā, nō solū per uotū abdicat actus, uerū etiā potestatē licitā ad tales actus sibi iure primo modo dicto cōuenientē prius. Rursum inconsonum ueritati est dicere quēq; habere licitā potestatē ad actus qui omnes sunt illiciti, cū potestas nō dicatur licita uel illicita, nec aliter harum differentia cognoscatur, nisi per actus licitos aut illicitos proueniētes, aut puenire possibiles ab eadē. Cū igitur omnes actus licite potestatis, quā quis habuit ante uotū sint post uotū illiciti, apparet qd' eorū nulla potestas licita remāsit apud uouentē. Deinde ostēdo qd' rei aut eius usus alienæ q̄tum ad omne dominiū supradictū, potest aliquis habere usum licitū, rē ipsam etiā cōsumantē, si hūc usum cōsentiēte domino in rē exerceat absq; omni tali dominio supradicto. Nā ex quo supponit' esse omnino in alterius dominio seu ptāte uēdicādi, certū est qd' tale dominiū nō trāsfert' in aliū, nisi factō domini & expresse cōsensu, nō dissentiente etiā, in quē rei talis aut eius usus, tale dominiū seu iudicādi ptās trāsferrī debet. Esto igit' dominum nō uelle trāsferrē rei uel eius, usus tale dominiū in aliū quēq;. Esto etiā aliū dissentire in tale dominiū, ut qui expresse uoto, tēporaliū omniū iā dictū abdicauit dominiū, sicut perfectis cōuenit. Esto  
amplius



amplius dominū consentire perfectū aliqua re sua uti etiā usq; ad rei consumptionem, perfectū quoq; seu qui omnis rei dominū abdicauit tali re uelle uti consentiente domino, dico sic utentem re illa licite uti ea, & tamen illius aut eius usus nullum supradictū penitus habere dominū. Quod aut nullum rei aut eius usus habeat dominium, apparet ex pmissis hypothetibus, tam ex habētis domini uoluntate, quā ex recepturi rei usum cōditione, qui talia simpliciter abdicauit dominia. Quod aut ea licite utatur, apparet ex liciti diffinitione, quoniam lege permissum est unicuiq; uti aliena re etiā usq; ad eius consumptionem, si ad hoc interueniat dominantis eam consensus expressus. Qd' si sumatur dominū ultimo modo, pro uoluntate scilicet seu libertate humana, cum ipsa motiua potentia naturali non acquisita, sed cōnata nobis: dico quod rem aliquam aut eius aliquid neq; licite neq; illicite cōtrectare possumus sponte sine tali dominio, neq; tale dominū abdicare possumus. Et quia hoc secundum se quasi notū est omnibus, quoniā sine potestatibus his nemo in esse manere potest absq; probatione aliqua, de hoc pertranseo ppter abbreviationē sermonis. Ex his itaq; apparere potest, qd' nō omnis rei temporalis aut eius usus potestas licita seu de iure primo aut secūdo modo dicto uel utroq; sit dominū quous conuerso dominū omne licitū secūdū iam dictos tres modos legales in re uel eius usum aut utrunq; sit ptās licita, seu de iure iam dicto. Vnde sic inferens, Est ptās in rem aut eius usum licita seu de iure, igit' est in rem aut eius dominium licitū seu de iure, paralogismū incidit consequentis. Est enim rem licite habere & contrectare tam suam in proprio uel cōmuni quā etiam alienam, domino uel eo cui quæ sita licite fuerit consentiente absq; omni legali dominio acquisito. His ergo pmissis ad propositum ingredientibus amplius, primū dicimus paupertatē aut pauperē aliquē fore quasi per se notorū, & in scriptura repertū plerunq; sic ut ex omnibus de hoc unū inducere sufficiat, ex Marci xij. ubi Christus. Amen dico uobis, quoniā mulier hæc pauper, plus omnibus misit. Deinde ostēdo similiter per scripturam, paupertatem meritoriā esse ad uitā æternā. Quoniā dixit ueritas Lucae vi. Beati pauperes, quia uesterū est regnū dei, merēdo scilicet, quia nemo pter Christū in hac uita beatus efficit, sed merē.

Et ex hoc sequitur per necessitatem, paupertatem esse uirtutem, si ex multis actibus, sic uolendi carere temporalibus bonis habituata fuerit, aut actum uirtutis factiuum aut elicitem à uirtute, quia omne meritorium uirtus est aut actus eius. Rursum omne Christi consiliū pertinet ad uirtutē per se, paupertas est huiusmodi, ut Matt. quinto,

xix,

*Hypothesis suppositio, h. propositio.*

xix. & alijs plerisque locis euangelicæ scripturæ satis apparet.

*Spiritus pro uoluntate seu superbis.*

Ex quo sequitur per necessitatem, hanc esse paupertatem spontaneam dictam secundum tertium & quartum modum paupertatis, eo quod non est uirtus aut eius opus sine electione, electio uero non sine consensu, ut ex secundo & tertio Ethicorum satis apparet. Cuius etiã confirmatio sumi potest ex Matth. v. ubi Christus, Beati pauperes spiritu, intelligens per spiritum uoluntatem seu consensum, quibus aliqui sanctorum exponant per spiritum superbiam, quod tamen non multum est ad propositum, quoniam in eadem serie subiungitur immediate, beati mites. Quicquid tamen sit de huius loci expositione, nemini dubium, & secundum sententiam sanctorum, quod paupertas si meritoria sit regni caelorum, quemadmodum Christus ait, oportet hanc esse non exteriorem temporaliu priuationem principaliter, sed interiorem mentis habitum, quo quis uult talibus sponte priuari propter Christum. unde Basilius super illud Lucæ sexto. Beati pauperes, &c. inquit. Non omnis quæ paupertas præmit, beatus est. Plures enim pauperes sunt in substantia, auarissimi uero secundum affectum, quos non saluat paupertas, sed damnat affectus, nihil enim inuoluntariorum beatificale est, eo quod omnis uirtus libero designatur arbitrio. Est ergo paupertas meritoria uirtus & spontanea per consequens, non autem exterior priuatio secundum se uirtus est, quoniam talis non saluat sine affectu debito, posset enim quis talibus priuari coactus & inuitus: & propter horum tamen inordinatum affectum damnari. Sic etiam de hoc sensit Apostolus. ij. ad Corinth. viij. cum dixit. Si enim uoluntas prompta est secundum id quod habet, accepta est, id est meritoria. Debet etiam hæc electio priuationis temporalium fieri propter Christum, si futura sit meritoria. Vnde ueritas Matth. xix. Et omnis qui reliquit domum, &c. propter nomen meum. Vbi Hieron. Qui carnalia pro saluatore reliquit, spiritualia recipiet, quæ merito & comparatione sui, quasi paruo numero centenarius numerus, comparatur. Et infra. Qui propter fidem Christi ad euangelij prædicationem, omnes affectus contempserint atque diuitias & seculi uoluptates, hi centuplum accipient, & eternam uitam possidebunt. Rursum quod opponitur auaritiæ per se meritoriorum existens uirtus essentialiter est, paupertas spontanea propter Christum est huiusmodi, auaritia enim uitium est. Proportionem autem habet uirtus hæc ad moralem liberalitatem, quibus ab ipsa fine differat & remedio saltem species eius perfectior quædam, ut ex sequentibus apparebit: propter quod ambæ in eadem atoma specie reponi non possunt. Ex his quidem igitur apparere potest, quod paupertas

*Atomus quod diuidi amplius non potest.*

tas

tas meritoria uirtus est, qua quis propter Christum priuari uult & carere bonis omnibus temporalibus, quæ diuitiæ uocari solent, superfluis suæ sufficientiæ. Vnde etiã sequitur manifeste uirtutem hanc non esse habitum aut actũ charitatis, quod uisi sunt quidã opinari. Quoniam habitus aut actus non est hic, qui dei odio actuali aut habituali per se primum opponatur, eo quod tunc uni opponeretur plura primo. Nam quibus charitati repugnet uitium oppositũ uniuscuiusq; uirtutis theologicæ, nõ tamen propter hoc ipsa est uirtus omnis theologica, quoniam nec talia sibi primũ opponuntur.

Nec obstat sermo dicentis eandem esse uirtutẽ essentialiter qua in deum tendimus per dilectionem, & qua recedimus ab inordinato rerum temporalium desiderio, ueluti motum eundem essentialiter fore, quo aliquid exit ab aliquo termino & in oppositum tendit. Cum ergo charitate per se tendamus in deum, eadem igitur nõ alia uirtute ab amore temporalium exire uidemur. Ex iam premissis nobis sermone patere potest huius deductionis infirmitas: Quoniam & si charitate per se primo tendamus in deum per dilectionem, eadem ipsa eximus ab huius opposito per se primo, quod quidem odium dei est, nõ amor illicitus rerum temporalium, quibus quandoq; ad charitatem sequatur hic exitus, propterea quod ad ipsum sequitur studiosa paupertas, quæ talis temporalium est per se primo abdicatio spontanea, ad quam per necessitatem sequitur exitus ab opposito per se primo, scilicet ab amore illicito temporalium rerum. Si enim disputantis sermo uerum inferret ex ueris concluderet sic, charitatem esse quasi omnem uirtutem, quoniã ad charitatẽ plurimę sequuntur per necessitatẽ, ut fides & spes, quibus per se primum eximus ab hæresi & desperatione. Amplius charitas non cadit sub uoto quia præceptum est. Iam dicta paupertas præcipue quarto modo dicta, cadit sub uoto, non igitur est charitas essentialiter studiosa paupertas nec econuerso, quibus hæc sequatur charitatẽ sicut aliarum theologicarũ plurimæ. Huius autẽ uirtutis summũ modum aut speciem esse dico uotum uiatoris expressum, quo propter Christũ renunciando priuari & carere uult tam in proprio quã etiam in cõmuni omni legali iam dicto dominio acquisito seu potestate uendicandi & ab alio prohibendi coram iudice coactiuo res temporales quas uocant diuitias. Votum inquam etiam, quo propter Christum tam in proprio, quã etiam in communi priuari uult & carere omni potestate, habitu, & cõtrectatione uel iusu ipsorum superfluo in quãto & quali præsentis sufficientiæ. Nec talia bona quantumcunq; sibi licite aduenientia, pro pluribus futuris necessita

cessitatibus seu indigentibus supplendis propter se solū, nec propter se cum aliquo uel determinatis aliquibus in cōmuni uult habere simul, sed pro unica tantū simul ut immediate instante quasi præsente indigentia alimenti atq; tegmenti. Hoc tamen dūtaxat excepto quod sit hic uouens in loco, tempore, aut sui dispositione tali, ut uicissim successiue singulis diebus sibi de temporalibus tantū querere possit, quo suam indigentiam iam dictam, solum tamen unicam simul, nō plures supplere possit. Hic siquidem modus aut species meritoriae paupertatis status est, quem ad euāgelicam perfectionem necessarium dicere uolunt, ut ex sequentibus aperte patebit. Quem etiam iam dictum modum meritoriae paupertatis siue habentis in proprio tertio modo dicto, siue etiam cum alio in cōmuni modo cōmunis huic opposito, deinceps propter abbreviationem uocabimus summam paupertatem, sic uero habere uolentem more Theologorum perfectū dicemus. Quod autē iam dictus modus paupertatis meritoriae sit aliorū summus, ostendi potest ex hoc, quoniā secundū ipsum aliorū maxime omnia Christi meritoria cōsilia obseruantur. Omnia namq; primū temporalia abijci possibilis uiatori per uotum abdicantur, plurima diuinæ charitatis sic uouentibus amouentur impedimēta pluribus seculi passionibus & ignominijs, ac sustinendis incōmodis disponuntur, pluribus quoq; ipsius uoluptatibus & uanitatibus sponte priuantur: & ad unum dicere, ad obseruanda Christi tam praecepta quā cōsilia omnia maxime se disponuntur. Quod autem temporalia simpliciter & quantū uiatori possibile ac licitū est, abdicet sic uouēs, euidentis est, quoniā nihil nisi qd' præsenti aut quasi præsenti alimenti ac tegmēti supplendę indigentiae unice necessarium fuerit, habere uult simul, minus autem habere non licet alicui uiatori fideli, quoniam si minus habere uellet sibi necessario ad uitae sustentationem sui esset homicida scienter, qd' diuina saltim lege nō licet alicui. Qui ergo sic habere uult temporalia, quod eorum minus non licet habere, minimum uult ex ipsis: Et qui tantum abdicat ex eis, quod amplius abdicare nō licet maximum abdicat. Sic autem facit uiator secundum iam dictū modum meritoriae paupertatis, quem summum diximus. Quod autem sit hoc secundum Christi cōsiliū apparet, nam de hoc uoto cōsiliū dedit, Lucae. xiiij. cum dixit. Sic igitur omnis ex uobis qui non renunciat omnibus quae possidet, non potest meus esse discipulus.

Quod autem plurima charitatis diuinæ sibi amoueat impedimenta euidentis est, quoniam amor & uoluntas conseruandi temporalia conuertit hominem ad ipsa, & per cōsequens magis auertit in tantum

*Christianus sit  
pauerrimus.*

tantum ab amore seu dei dilectione. Vnde ueritas Matthæi sexto.  
 Vbi thesaurus tuus, ibi & cor tuū. Nec ualet excusatio dicentis, qd'  
 habens has, non conuertet suum amorem ad illas. Nam audi Chri-  
 stum Matth. xiiij. & Marci quarto dicentem, quod fallacia diuitiarū  
 suffocat uerbū. Vbi Hieronymus. Blandæ enim sunt diuitiæ aliud  
 agentes, aliud pollicentes, propter quod etiam ipsas simpliciter ab-  
 dicare, uolenti perfectū esse, Christus consuluit Lucae xviij. cum di-  
 xit. Omnia quæcunq; habes uende, & da pauperibus. Vbi Beda. <sup>Perfectus omnia derelinquat.</sup>  
 Quicunq; ergo perfectus esse uoluerit, debet uendere quæ habet :  
 non ex parte, sicut Ananias fecit & Saphyra, sed totum. Et ibidem  
 quod est ad propositū, subdit Theophilus. Summā paupertatē sua-  
 det, si quid enim restiterit, temporalium scilicet, illius seruus est, sup-  
 ple, qui seruat talia propter se. Sunt enim huiusmodi nata inordina-  
 te mouere detinentis affectū. Eidem quoq; sententiæ Rabanus su-  
 per idem Christi oraculū Matth. xix. addit, quod est ad propositū  
 ualde, inquit enim. Inter pecunias habere, & pecunias amare non-  
 nulla distātia est. Tutius autem est, nec habere, nec amare diuitias.  
 Quoniā ut ibidem subdit Hieronymus. Diuitiæ habitæ difficile cō-  
 temnūtur. Sunt enim uisco uiscosiores, ut dicit Thomas Luc. xviij.  
 super eodem, Christi consilia. Plurima ergo sibi charitatis impedi-  
 menta subtrahit, qui diuitias quantum uiatori possibile ac licitum  
 est, subtrahit. Pluribus etiam seculi passionibus, ignominijs, & in-  
 cōmodis exponit se, pluribus uoluptatibus & mūdānis commodis  
 sponte se priuat. Hoc autem quibus per se notū sit, experientia sensa-  
 ta, dicit tamen Sapiens Ecclesiastes decimo. Pecuniæ enim, inquit,  
 obediunt omnia, id est habenti pecunias. Ex opposito autē Prouer.  
 xv. Omnes dies pauperis mali, quoniā pauper afflictionibus abun-  
 dat, ut glossa dicit ibidem. Rursum eiusdem xix. ait. Diuitiæ addūt  
 amicos plurimos, à paupere autem & hi quos habuerit separātur.  
 Quod autem tristitia sustinere in hoc seculo, & à delectabilibus absti-  
 nere propter Christū, sit meritorium & consultū, apparet euidēter  
 Matth. quinto, & xix. ac Luc. vi. unde quantū ad tristiū tolerantia,  
 Beati pauperes, Beati qui lugent, Beati qui persecutionem patiun-  
 tur, Beati qui esuritis. cum cæteris quæ ibidem annumerantur his :  
 quantū uero ad delectationū abstinentiam : Quoniā omnis qui re-  
 liquit domum aut fratres. cum reliquis ibidem annumeratis. centu-  
 plum accipiet, & uitam æternam possidebit. Hanc eandem senten-  
 tiam explicant ibidem glossæ sanctorū, quas omisi propter abbre-  
 uiationem sermonis, & eo quod res hæc est nota satis. Hęc quoque  
 fuit Apostoli sententia ad Ro. viij. existimo enim, inquit, quod non  
 q sunt

sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ  
 reuelabitur in nobis. ergo meritoria sunt aduersitates huius seculi  
 tolerantibus sponte. Idem ij. ad Corinth. primo, cū dixit. Quoniã  
 sicut focij passionū estis, sic eritis & consolationis. Vbi Ambrosius.  
 Quia æqua gloria labori uestro retribuetur, id est proportionalis.  
 Ad hæc autem seculi tristitia & incommoda sustinenda nō se omnia  
 quæ sic disponunt collegia personarū habentiū dominiū tempo-  
 raliū in cōmuni, quinimō minus multis pauperibus in seculo con-  
 iugatis, habentibus quandoq; propria, eis tamen quæ ad uitæ suf-  
 ficientiam sæpius egentibus his qui talia solum possident in cōmu-  
 ni. Quod autē secundū hunc modū paupertatis meritoria, quem  
 supremū diximus aliorū, maxime omnia præcepta & Christi consi-  
 lia obseruari possint, apparebit discurreti per seriem euangelicam,  
 præcipue in capitulis assignatis. Qui enim talem paupertatem ele-  
 git, quomodo erit auarus aut superbus, qualiter incontinens aut in-  
 temperatus, ambitiosus, immisericors, & cur iniustus, timidus, acci-  
 diosus, aut inuidus, cur etiã mendax, impatiens, & alteri ppter quid  
 maliuolus: quinimō ad omnes uirtutes sic disposito, ianua referata  
 uidetur ad omnia quoq; præcepta & cōsilia æquanimiter adimplē-  
 da. Quod quia palā fit inducēti, probare omitto propter abbrevia-  
 tionem sermonis. Sic igitur summus modus aut species merito-  
 ria paupertatis est, quem prius descripsimus: quoniam secundum  
 ipsum possunt amplius & securius omnia Christi præcepta & meri-  
 toria consilia obseruari. Ex qua siquidem descriptione primum ap-  
 paret, quod temporalia quantū ad dominiū per uotū expressum re-  
 nunciare debet perfectus, tū quia Christi consiliū, ut ex Lucae xiiij.  
 pridem induximus, tum quia ex hoc suam paupertatem notificans,  
 se amplius in aliorum conspectu contemptibilem reddit, & secula-  
 ribus honoribus magis cædit. Vnde Lucae nono. Si quis uult ueni-  
 re post me, abneget semetipsum. Ex quo sequitur amplius, quod ne-  
 mo summam paupertatem obseruare potest ante perfectum ratio-  
 nis usum. Sequitur etiam ex hac descriptione, quod perfectus exis-  
 tens nihil habere neque quærere debet aut conseruare propter se,  
 ad futuram scilicet suam necessitatem supplendam, nisi instantem  
 quasi præsentē: excepto dūtaxat in casu quem pridē in descriptio-  
 ne diximus. Vnde Matth. vij. Nolite ergo solliciti esse in crastinum.  
 Crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipsi. Vbi glossa in crastinum,  
 id est in futurū de præsentibus cōcedit, de futuris quæ diuina procu-  
 rat ordinatio, nō conuenit sollicitari, sed præsentia grate suscipien-  
 tes, curam futurorū quæ incerta est, deo relinquimus. Cui de nobis  
 cura

cura est. Idem eodem septimo, cum dixit Christus ad discipulos. Respicite uolatilia cæli, quoniam non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea, & pater uester cælestis pascit illa. Et parum infra subiungit. Nolite ergo solliciti esse, dicentes: quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur: hæc enim omnia gentes inquirunt. Diximus autem perfecto nihil licere propter se ad crastinum custodire, non quidem intelligentes sic, ut si quid ex eo quod illi aduenit ex quæstu diurno licito, residuum fuerit, id reijcere debeat & nullo modo custodire, sed quod tale residuum non debeat sibi sic custodire, quin illud pauperibus sibi occurrentibus & prius indigentibus quàm ipse proponat firmiter tribuere atque dispensare conuenienter. Vnde Lucae tertio. Qui habet duas tunicas, det non habenti: & qui escas, similiter faciat. Intelligens per duo uestimenta & escas, id uel de eo quod superest indigentiae præsentis proprio supplemento. Cuilibet autem dictum est, quoniam cõmunitas seruantium aut habentium pro aliquibus determinatis solum: ut quæ monachorum & canonicorum & similibus, non est perfecta cõmunitas, perfecta enim, ut quæ Christi & apostolorum ad omnes fideles extitit, ut apparet Actuum quarto. Et si ad infideles in casu se extenderet, adhuc fortasse magis meritoria foret, iuxta illud Lucae sexto. Benefacite his qui oderunt uos. Potest autem licite perfectus custodire residua & debet: ea tamẽ intentione seu proposito firmo quod diximus. Vnde Ioannis sexto. Colligite quæ superauerunt fragmenta, ne pereant. Collegerunt ergo & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorũ. Sic etiã sentit glossa super Matthæi xvij. Staterem illum assumens, &c. inquit enim. Tantæ paupertatis fuit dominus, ut unde daret tributa non haberet. Iudas quidem cõmunia in loculis habebat. Sed res pauperum in suos usus conuertere nephas dixit. Ecce quod reseruata erant pauperũ, id est ea intentione custodiebantur. Et ex hoc apparet illos errare, qui dicunt attinere perfectioni uotum nihil recipiendi ad distribuendum pauperibus infirmis aut aliter quærere sufficientia impotentibus. Nam hunc quæstum exercuit Apostolus, & licite ac meritorie nulli dubium, quemadmodum palàm est secundæ ad Corinthios octauo & nono. Et apparet etiam ex glossa super illud Ioannis xxi. Pasce oues meas, &c. Series autem horũ omitto propter abbreviationem. Sequitur etiam ex iam dicta descriptione necessario, quod perfectus nullam rem immobilem, ut domum aut agrum in sua potestate existentem seruare aut retinere debet nec potest, nisi firmo proposito, cum primũ potuerit id alienandi seu cõmutan-

di ad pecuniam uel rem aliam cōuenienter pauperibus immediate distribuibilem. Nam quia domus aut ager non possent immediate distribui pauperibus conuenienter, quin in eo contingeret peccare per superabundantiā & defectum, in talibus est Christi consilium attendendū, dum dixit Matthæi decimonono, Lucæ decimo octa uo, & Marci decimo. Vade & uende: Nec dixit, omnia quæ habes da pauperibus: nec dixit, omnia quæ habes dimitte deperdi, sed uade & uende, quoniam uendendo conuenientior distributio fieri potest: sic etiam fieri consulebant apostoli. Et quibus cōsulebatur, sic etiam faciebāt, sua uolentes pauperibus distribuere conuenienter. Vnde Actuum quarto. Quotquot enim possessores agrorū & domorum, erant uendentes, offerebant pretia eorum. Diuidebantur autem singulis, prout cuiq; opus erat. Apparet etiam ex iam dictis, quod nullius rei temporalis dominium acquisitum, iuxta primam, secundam, & tertiam dominij significationem iam dictā perfecto conuenire potest, ut ex Matthæi quinto, & Lucæ sexto probauimus prius. Et per Apostolum idem confirmauimus primæ ad Corinth. sexto. Idemq; per Augustinum & glossam ibidem patefecimus sufficienter: quorū series omisimus inducere propter rei euidentiā & sermonis abbreviationem. Nec est auscultandus sermo dicentis immobilia licite à perfectis seruari posse: ut ex ipsis prouentus annui pauperibus distribuātur: quoniam amplioris est meriti propter Christi dilectionem & proximi misericordiā distribuere pauperibus rem simul & prouentum quàm alterum tantum. Et adhuc magis rem solam quàm solum eius prouentum: Quoniam sic pluribus pauperibus actu egentibus simul subueniri potest, qui fortasse ante futurū rei prouenūt propter defectū incurrerēt ægritudinem aut mortem, stuprum, furtum, aut aliud incōueniens. Rursum quoniam infra tempus futuri rei prouentus fortasse morietur, qui eam reseruauit, & sic ex ea nuncq; merebitur quod mereri poterat. Idem penitus sentiendum de mobilibus quibuscunq;, quæ etiā sic retenta cum alijs similiter inordinate mouere sunt nata detinentis affectum. Quod si tamē hæc uirtus charitas esse credatur, ut quidam sentire uidētur, nulli dubium, quin hic modus charitatis, cum summa scilicet paupertate perfectior sit habitu dominij rei temporalis in proprio uel cōmuni, ut ex prioribus rationibus palam.

Nunc autem ad principale propositum accedentes, ostendere uolumus, Christum uiatorem summam meritorix paupertatis speciem uel modum seruasse: quoniam primum in unoquoq; aliorum est maximum, Christus autem sub noua lege primus uiatorum me-

ren



rentium uitam æternam : fuit ergo aliorum perfectione maximus, ergo statū hunc ad temporalia obseruauit, cū absq; ipso mereri maxime, secundum legem communem impossibile sit. Rursum si hunc non obseruasset modū paupertatis, fuisset alter uiator, esset uel esse posset Christo secundum cōmunem legem perfectior in merendo, quod nephas est credere. Hoc enim Christus ad perfectionem meriti asseruit pertinere, cū dixit ubi supra. Si uis perfectus esse, omnia quæcunq; habes uende & da pauperibus, nec addit proprium aut cōmune, sed hoc uniuersaliter intellexit, propter quod etiam significatum uniuersale geminauit, dicēs : Omnia quæcūq;. Nam qui habet in communi cum aliquo uel aliquibus dominiū aut reseruationem temporalium extra modum dictum non abdicauit temporalium omne abdicari possibile, nec tot passionibus seculi exponitur, aut commodis priuatur, sicut temporalibus renunciāns utroq; modo, nec sic ab horū solitudine liberatur, nec omnia Christi consilia seruat æqualiter omnimode abdicanti. Post hæc ostendere uolo Christum habuisse aliquid in proprio, & etiā in cōmuni, summam tamen paupertatem seruando. In proprio quidem dicto secundum tertiam significationem per id quod habetur Marci secundo. Erant autem multi qui sequebantur eum scribæ & pharisæi uidentes quia manducauerat cum publicanis & peccatoribus. Certum est autem ipsum licite ac sibi proprium seu singulariter habuisse qd' ori suo applicabat & manducabat. Amplius & uestimenta sibi propria seu singulariter habuit, ut ex Matthæi xxvij. Marci xv. Lucæ xxiij. & Ioannis xix. satis apparet. Vnde in Matthæo ubi supra. Exuerunt eum chlamide, & induerūt eum uestimentis eius. Sic etiā in Marco & Luca, quorum series omittantur propter decurtationem sermonis : Temporalia igitur in proprio Christus habuit licite seu de iure, summam etiam paupertatem obseruans, & talia uoluit habere & uelle debuit, alioquin mortaliter peccaturus, quia uerus homo existens esuriit, ut apparet ex Matthæi xxi. & Marci decimo octauo. Ideoq; cibo indiguit, quem non sumens, sumere potens peccasset grauius, se fame uidelicet perimendo scienter. In cōmuni quoq; Christus habuit licite, summam etiā paupertatem obseruans. Vnde Ioannis xij. Dixit autem hoc Iudas, non quia de egenis pertinebat ab eum, sed quia fur erat & loculos habens, communes scilicet Christo & apostolis, & pauperibus reliquis, quod apparet ex eo quod de his Christus iussit distribui famelcentibus pauperum turbis, ut Matthæi decimo quarto satis apparet. Loculi autem erant repositoria, in quibus pecunia elemosynaria sibi data reser-

» uabatur. Idem rursus eiusdem xiiij. Quidam autem putabāt quia  
 « loculos habebat ludas. Idem etiam glossa super illud Matth. xvij.  
 » Staterem illum sumens, &c. ludas, inquit glossa, communia in lo-  
 culis habebat. Sic etiam apostoli post Christi resurrectionem com-  
 » munia inuicem & cum alijs pauperibus habuerunt, summā pauper-  
 » tatem seruantes. Vnde Actuum quarto. Erant autē illis omnia cō-  
 munia. Propria quoq; similiter habuerunt, uictum scilicet atq; uesti-  
 tum, quos sibi proprie applicuerunt, quemadmodum Christus.

Deinde tanq̄ principale intentum ex hoc & præcedente atque  
 immediate sequēte capitulo inferre uolo per necessitatem Christū  
 uiatorem, summam perfectionis præcipue monstrantem, non ha-  
 buisse dominium aliquod acquisitum, secundum primam uel secun-  
 dam aut tertiam dominij significationem, dictum in proprio uel cū  
 alio in cōmuni rei alicuius temporalis aut eius uis. Quoniam tale  
 dominium sibi assumens non omnia consilia, & præcipue summam  
 paupertatem uiatori possibilem, seruasset, Christus autē hæc omnia  
 perfectissime uiatorum seruauit. Non igitur tale dominium tempo-  
 raliū Christus habuit nec habere uoluit, quod scriptura possessio-  
 » nem plerunq; nominauit, ut in Lucæ xiiij. Qui non renūciat omni-  
 » bus quæ possidet. Sic etiam Matthæi de cimo. Nolite possidere au-  
 » rum, neq; argētum, neq; pecuniā in zonis uestris, id est conseruare  
 nolite, nisi fortasse in casu licito, ea scilicet intentione atq; necessita-  
 » tibus, quas pridem diximus, ut propter impotētes pauperes, quem  
 admodum fecit Paulus, aut temporis uel loci & personæ dispositio-  
 nis necessitate urgente, de quibus in sequenti capitulo amplius ap-  
 » parebit. Quamuis tamen dominium iam dictum etiam in prædi-  
 ctis casibus summe pauperi habere non liceat: quoniam tale domi-  
 nium per necessitatem circa summam paupertatem excludit Chri-  
 sti consilium. Non habuit ergo Christus temporalium dominium  
 iam dictum nec habere potest eius aliquis imitator, summam scili-  
 » cet paupertatem seruare uolens. His consequenter dico quod  
 ex scriptura sacra conuinci non potest Christum quantūcunq; con-  
 descēdentem infirmis, habuisse temporalium iam dictum dominiū  
 seu possessionem in proprio uel cōmuni, q̄uis hoc credantur sens-  
 sisse sanctorum aliqui. Pari nancq; ratione concludi posset, Christū  
 exercuisse omnia permilla, ne statum talia exercentium damnasse  
 uideretur. Sic ergo seculi principatum seu seculare iudicium cōten-  
 tiosum acceptasset ac exercuisset, cuius oppositum ostensum est irre-  
 fragabiliter quarto huius. Sic coniugiū, sic actionem contentiosam  
 coram iudice coactiuo, sic reliqua permilla omnia: Quæ Christum  
 exer

*Christi imita-  
tor.*

*Christi nullius  
dominium ha-  
buisse.*

exercuisse nemo per scripturam conuincere potest, sed oppositum magis. Non enim talia ipsum oportuit aut decuit exercere, ne statū exercentium, quos uocāt infirmos, damnasse uideretur: Quoniam non sequitur, Christus non fuit coniugatus, ergo statum coniugatorum uisus fuit damnare, similiter & in reliquis. Nam ipse sufficienter expressit differentiam inter ea, quæ sunt de necessitate salutis fienda uel omittenda, præcepta uel prohibita, & ea quæ non sunt de necessitate salutis apud sanctos uocata supererogationis. Cū enim interrogatus fuisset à quodam de necessarijs ad salutem æternam, respondit Christus. Si uis ad uitam ingredi, serua mādāta. Interrogāti uero rursum de his quæ sunt supererogationis, non respondit christus, si uis ad uitā ingredi, sed dixit illi, si uis perfectus esse. In quibus uerbis Matth. xix. Lucae. xviij. & Marci x. Christus expresse fecit intelligere, quod obseruatio mandatorū sufficiebat ad uitā æternam, cum de hoc interroganti nil aliud respondit q̄ sua mandata, si uis ad uitam ingredi. Ideo q̄ non omnia permitta Christū oportuit aut decuit exercere, ne statum eiusmodi exercentium damnasse uideretur, quia iam expresse rat ipsos ex solis mādatis seu præceptis, cōmuniter sumendo præceptum affirmatiuum & negatiuum, posse saluari, sed magis decuit ipsum consiliorū exercitium, ut summam paupertatem seruare, coniugium omittere propter talium exercitiū reliquis omnibus præbendū exemplū, quemadmodū ipsum de facto fecisse atq̄ dixisse legimus in scriptura. Nam Matth. viij. Lucae nono de sua paupertate loquens, ait. Vulpes foueas habent, uolucres cæli nidos: filius aut̄ hominis non habet ubi reclinet caput. ubi glossa, Cū ita sim pauper, ut nec hospitium habeā quod meū sit, Tantæ enim paupertatis fuit dominus ut unde daret tributa non haberet, secundū gloss. super illud Matth. xviij. Staterē illū assumēs, da eis p̄ me & te. Nusq̄ tamē legimus ipsum habuisse castra uel agros, aut cumulos thesaurorū, ne statū sic habentiū uisus damnare fuisset.

Quod si tamē Christus exercuisset permitta, potuisset hoc facere nil minus omnibus cōsilijs pariter obseruatis, quoniā ipse qui legislator erat, poterat huiusmodi exercere, ne statū exercitiū reprobare uideret̄, unde talia nō uoluisset simpliciter, quæ admodū uolūt infirmi qui ea uolūt p̄pter suū cōmodū, sed ea Christus uoluisset p̄pter aliud, & ea quodā modo nolens, quia nō p̄pter se, sed p̄pter iam dictam causam. Reliqui uero perfecti tale dominiū nullo modo possunt uelle cōuenienter, summā cōsiliiorū obseruantes. Non enim id possunt uelle, ne statū aliorum damnare uideantur: quoniā ad eos statum approbare uel damnare non pertinet, eo quod legis latores

q̄ iij non

*Obseruatio mā  
datorum suffi  
ciens.*

non fuerunt nec sunt aut erunt. Si ergo tale dominiū uellent, id uel-  
lent quemadmodum infirmi, non tanq̄ perfecti, licuisset ergo Chri-  
sto si uoluisset hæc exercere permissa, summam omnium consiliorū  
obseruans, quod tamen alteri ab ipso minime licere potest propter  
causam iam dictam. Quod si queratur, quis tam perfectus esse  
ualeat, ut nihil simul temporalium uelit habere, nisi sufficiens indi-  
gentiæ præsentī aut immediate instāti, quasi præsentī: Dico, quod  
*Pauci perfecti.* Christus & alij quicunq̄ uolentes, q̄uis tales pauci sunt, quoniā uia  
» hæc arta est & angusta, & pauci ingrediuntur per eam, ut scribitur  
» Matthæi septimo. Et dic mihi tu quæso: Quot sint martyres uolū-  
tarij temporibus his? quot uiri heroici? quot Catones, Scipiones,  
atque Fabritij?

DE QVIBVSDAM INSTANTIIS AD DETERMINATA  
in cap. præcedenti & ipsarū solutionibus, ac cōfirma-  
tione dictorū in eodem capitulo. Cap. XIII.



D dicta uero sic intendentibus obijciat aliquis, quo-  
niam si ministrantes euangelium, statum perfectioris  
etiam seruare uolentes episcopi atq̄ presbyteri nihil  
seruare possint propter suam futuram necessitatem  
supplendam, quin illud firmo proposito uelle debe-  
ant tribuere pauperi, uel pauperibus occurrentibus primum & ma-  
gis indigentibus cum reliquis quæ in descriptione summæ pauper-  
tatis iam diximus. Quo modo poterūt intendere prædicationi uer-  
bi dei, & quotidianam uitam procurare, quod necessarium uidetur  
si nihil illis pro futuro sibi seruare liceat? Videtur enim hic simul fie-  
ri difficilia uel impossibilia quædam. Vnde Actuum sexto. Non est  
» æquum nos derelinquere uerbum dei & ministrare mensis. Innuen-  
tes apostoli quod duo hæc simul fieri nequeunt. Licitum est ergo  
perfectis propter suam necessitatem futuram supplendam tempo-  
ralia reseruare. Amplius ostēditur idem ex alia: quoniam Ioannis  
xiii, super illud. Quia oculos in quibus oblata seruabantur, &c. di-  
cit glossa. In quo forma datur ecclesiæ seruandi necessaria. Cū  
igitur in hoc loco ecclesiæ nomine intelligātur perfectius, præcipue  
sacerdotes & episcopi, uidetur qd' necessaria p̄ futuro sibi licite ser-  
uare possint. Rursum supra illud Matth. vii. Nolite solliciti esse in  
craftinum, dicit glossa. Sed nemo debet scandalizari, si quem iusto-  
rum uiderit hæc necessaria sibi suisq̄ procurare, ne iudicet eum de  
craftino cogitare, quia ille qui hoc præcepit, cui ministrabant ange-  
li

li, propter hoc exemplum dandum, loculos habuit, unde necessaria  
 ulibus præberet. Adhuc firmatur idem ex Ioannis decimo quarto,  
 ubi dicitur sic. Quidam autem putabant quia loculos habebat Iu-  
 das, quod dixisset ei Iesus, Eme ea quæ opus sunt nobis ad diem fe-  
 stum, ergo pecuniam reseruatam habebant Christus & Apostoli,  
 unde talia emere poterant. Adhuc ostenditur idem ex alio, quoniã  
 Matthæi sexto, super illud. Respicite uolatilia cæli. &c. dicit glossa,  
 Non prohibet prouidentiam & laborem, sed sollicitudinem, ut tota  
 spes nostra sit in deo. Perfectis igitur de futuris sibi necessarijs pro-  
 uideri licet. Amplius ostenditur idem ex Matthæi xiiiij. Marci se-  
 xto & octauo, & Lucæ decimo. Dixit enim Christus ad apostolos.  
 Quot panes habetis? Qui dixerunt, septem. Hos autem seruauere-  
 rant extra præsentem necessitatem, ergo perfectis pro futuro sibi  
 temporalia seruare licet. Deinde ostenditur per necessitatem,  
 quod perfecti habeant uel habere possint etiam perfecti manentes,  
 dominium dictum secundum primam aut secundam uel tertiã spe-  
 ciem dominij rerum temporalium uel usus earum in proprio aut cū  
 alio uel alijs in cōmuni, & maxime rerum quæ unico aliquo usu con-  
 sumptibiles sunt. Primum quidem apparet hoc ex Lucæ xxij. cum  
 loquens Christus ad Apostolos ait. Et qui non habet, uendat tuni-  
 cam suam & emat gladium: sed qui emit aut uendit aliud, dominiū  
 rei uel pretij transfert in alterum, nullus autem in alterum transfert  
 quod prius non habuit. Dominium igitur habuerunt Christus &  
 Apostoli supradictum. Deinde ostendo idem ex alio sic: quoniã  
 qui habuit usum licitum alicuius rei ab illius dominio iam dicto inse-  
 parabilem ex necessitate habuit rei dominium, sed Christus & apo-  
 stoli talium rerum habuerunt usum, ergo per necessitatem ipsarum  
 dominium: prima propositio huius deductionis famosa est, secun-  
 da uero probatur, ex eo usu rerum consumptibilium, quem Chri-  
 stus & apostoli habuerunt: Quoniam uel habuerunt usum rei suæ  
 de iure, uel non suæ de iure. Si usum rei suæ de iure, ergo habuerūt  
 simul cum usu rei dominium. Si uero rei non suæ aut ergo alienæ,  
 aut rei quæ in nullius bonis erat ante usum eius. Si rei quæ in nullius  
 bonis erat, cum talis occupanti concedatur de iure: Christus autē  
 & apostoli per necessitatem prius aut simul tempore cum usu rem  
 occupauerunt, ergo ipsius dominium ante usum uel simul cum usu  
 habuerunt. Si uero usus talis fuit in rem alienā, aut fuit hic cōceden-  
 te domino rei, uel nō cōcedente, & maxime in usu rem consumente  
 aut alio quem dominus de iure prohibuisse præsumitur: talis usus  
 esset illicitus, quod nephas esset de Christo aut apostolis dicere. Si  
 uero

uero huiusmodi usus rem aliquam cōsumens, fuerit concedēte domino, aut igitur rei dominus concessit utenti usum solum absq; dominio, aut usum cū dominio simul: Si usum absq; dominio, usus fuisset illicitus, quoniā ex tali usu priuatur dominus dominio rei absque facto suo, quod licite seu de iure fieri non potest. Si uero usum cum dominio cōcessit dominus sic utenti, apparet manifeste quod sic utens, perfectus existens, etiam simul cum usu per necessitatem habuit rei dominium. Amplius, si perfectus nullum haberet rei dominium, sequeretur quod auferēs ab ipso etiam actualiter indigente, rem temporalem licite auferret, quoniā de iure. Nam quæ in nullius bonis sunt licite seu de iure, à quolibet occupari possunt, sed quæ per nullum uendicari possunt in nullius bonis sunt, talia uero sunt quæ habet perfectus, ut ex prioribus hypothefibus satis appa-

*Propter hospitalitatem sacer dotes bona possidere posse.*

ret. Amplius, qui debent hospitalitatem seruare, necessario prouisionem futurorū & aliquorum dominiū oportet habere. Omnes apostolorum successores, episcopi scilicet, ad hospitalitatem tenentur. Vnde primæ ad Timotheum tertio, ad Titum primo, Episcopum oportet hospitalem esse. Adhuc uidentur hoc fecisse sancti patres episcopi, habuerunt enim agros & possessiones in suo dominio saltem in cōmuni cum alijs episcopis atque presbyteris. Vnde Ambrosius in epistola de tradendis basilicis, ait. Agri ecclesiæ soluunt tributum, ergo agros & immobilia possidebāt uiri perfecti, qui etiā ecclesiæ nomine designantur aut designari debent, præcipue sacerdotes.

Ostenditur autem hoc de Christo in speciali primum quidem: quoniam secundum leges etiam humanas, qui aliquem redimit à morte, illius dominus efficitur, & per consequens omnium suorum temporalium, sed Christus nos à morte redemit, non quacunque, sed ab æterna, ergo nostrorum corporum & temporalium acquisiuit dominium. Rursum Apocalypsis decimonono scribitur de ipso, quod habebat scriptum in uestimento, rex regum, & dominus dominantium, Vbi glossa. In uestimento scilicet humanitatis. Cum igitur rex & dominus omnium eorum habeat dominium, apparet quod Christus in rebus temporalibus hoc habuerit.

Ex prius autem diffinitis à nobis de summa paupertate temporalium atq; dominio responderi poterit cōuenienter his quæ obiecta sunt ex præsentis capitulo, secundum Christi tamen & Apostoli sententiam, primum apponentes, quod ministri euangelij, presbyteri seu episcopi, cum reliquis inferioris ordinis, contentari debent alimēto quotidiano, & necessario tegumēto statū perfectionis seu summā paupertatem custodire uolentes. Vnde primæ ad Timoth.

ulti

ultimo. Habentes autem alimenta & quibus tegamur, his contenti  
 simus. Quæ siquidem euangelizantibus ministrare tenentur secun-  
 dum legem diuinam saltem, quibus euangelica prædicatio mini-  
 stratur. Hoc enim figuraliter dictum Deuteronomij xxiiij. Non al-  
 ligabis os bouis trituantis in area fruges tuas. Exponens Paulus  
 primæ ad Corinthios nono, tanquam dictum propter futuros euan-  
 gelij doctores atque ministros, sic ait. Nunquid de bobus cura est  
 deo, an propter nos utiq; dicit? Idem apparet ex Matthæi decimo  
 dum ad hoc & propter hoc propositum dixit Christus. Dignus est  
 operarius cibo suo. Debent ergo suscipientes euangelium, uictum  
 quotidianum, atque uestitum euangelizanti ministrare si possint.  
 Et hoc tanq; debitum ex lege diuina petere possunt euangelizan-  
 tes licite, quamuis non in iudicio coactiuo præsentis seculi, idq; qui-  
 bus euangelium ministratur si possint exhibere recusantes, in legem  
 diuinam cõmittunt. Vnde primæ ad Corinthios nono. Ita & domi-  
 nus ordinauit his qui euangelium enunciant de euangelio uiuere.  
 Sicut qui pascit gregem, de lacte gregis manducat: & qui plantat  
 uineam de fructu eius edit. Ad aliam uero, decimam aut partem ali-  
 quam suorum prouentuum nemo fidelium euangelizantibus, secun-  
 dum scripturam tenetur. Quod si quibus euangelium ministra-  
 tur, tantæ paupertatis essent, ut euangelizantis sufficiētiam, uictus  
 atque uestitus ministrare nequirent: non obligantur ad hoc lege  
 diuina, sed debet ipse aliunde sibi querere necessaria uitæ, ut alia do-  
 ctrina uel arte operatiua si quã nouerit exercere, aut alio quodã ho-  
 nesto & cõueniēti modo. Sic enim faciebat Apostolus, ne pauperi-  
 bus quibus euangelizabat onerosus redderetur. Vnde Actuum  
 xx. de se loquens ait. Aurum & argentum aut uestem nullius concu-  
 piui, ipsi scitis, quoniam ad ea quæ mihi opus erant, & his qui mecū  
 sunt, laborauerunt manus istæ. Idem dixit secundæ ad Theffaloni-  
 censes ultimo. Neq; inquit, panem gratis mādauimus ab aliquo  
 sed in labore & fatigatione, nocte & die operantes, ne quem uestrū  
 grauaremus. Verum aucto iam fideiū deuotoꝝ numero, & præ-  
 cipue tēporibus his, nec laborare manibus neq; mendicare necesse  
 est doctrinæ sacre ministros. Nā statuta sunt & ordinata in fideiū  
 communitatibus, tam per legis humanæ latorem, quàm personas  
 aliquas singulares prouentus quidam, tam ex mobilibus, quàm ex  
 immobilibus, ex quibus sufficienter, quinimò abundāter ministran-  
 tes euangelium sustentari possunt. Interrogabit aut aliquis, cuius  
 aut quorū sit horū temporalium, præcipue immobiliū iam dictū do-  
 miniū seu uendicādi potestas corā iudice coactiuo præsentis seculi,  
 cum

*Decimā sacra-  
 dotibus non den-  
 beri.*

*Paulus gratis  
 euangelium præ-  
 dicauit.*

cum tale dominium ministris euangelicis perfectis existentibus cōuenire non possit, secundū determinationem capituli præcedentis.

*Quorū intersit bona sacerdotū distribuere.* Nos uero dicamus dominiū temporalium, quæ sunt pro ministrorum euāgelicorū sustentatione statuta, legislatoris esse aut eius uel eorum qui per legislatorem ad hoc fuerint deputati, uel per eos qui talia dederunt, si fuerint singulares persone, quæ supradicta temporalia dederint & ordinauerint ex bonis suis ad usum prædictū: qui siquidem sic statuti ad ecclesiasticorū temporalium defensionē & uendicationem uocari solebāt ecclesiarū patroni. Nam antiquitus uiri sancti atq; perfecti ministri euangelici, Christū imitari uolentes, cōtra nullum uoluerunt contendere iudicio. Ideoq; nec temporalium dominiū assumpserūt, sed solū usum necessariū ad suę uitæ præsentis & impotentium pauperū sustentationem. Si enim immobilia tēporalia fuissent in ipsorū potestate alienādi, etiā sine dominio aliquo seu uendicādi proposito, & ea non alienassent ad pauperibus occurrentibus statim distribuendū, minime seruassent Christi cōsiliū, in quo dixit. Vade & uende omnia quæcunq; habes, & da pauperibus. siue talia fuissent ab eis habita in proprio siue etiam in cōmuni. Hoc tamen est opinandū, quod huiusmodi patroni, quos dominos uendicandi talia diximus, habeant potestatem alienādi ea, uel ad usus alios conuertendi, quoniā peccarent in legem diuinam saltem, & in humanam fortasse, quoniā eis non est ad hoc concessum dominiū, sed solummodo prohibendi & uendicandi coram iudice coactiuo ab auferentibus aut auferre uel aliquid contrectare uolentibus. Et propterea si prouentuū custodia distributio cōcedat alicui perfectorum per legislatorem, aut personā singularem, cuius fuerit potestas huiusmodi, dico perfectū summā paupertatem seruādo, licite posse quinimò meritorie hanc curam suscipere propter proximi charitatem, & misericordiā exercēdam in eum. Sed dicet alius perfectū sibi prouidere de crastino aut de crastinis multis, quoniā suum annum uictū, atq; uestitū suscipit & suscipere intendit ex sibi cōcesso prouentu. Et dicendū est quod talia temporalia sic sibi distribuēda conceduntur, ut ex eis referuetur quod sufficiat euangelizanti singulis diebus ad uictum & uestitum decentem, residuum uero illi cōmittitur distribuendum pauperibus. Et quoniā perfectus propter cōmunem fidelium utilitatem ad æternam salutem statutus uel electus est ad euangelizandum super certum populū & in loco certo, seu determinato, in quantum euangelizans proponit conuenienter singulis diebus unicam simul tantū sumere sufficientiam quā deseruit, non aut proponeret simul plures aut successiue sumere ex eadē



re quæ sita simul si posset uacare quæstui quotidiano, & simul euangelizare, sed quia simul his uacare non potest, oportet ipsum ex eadem re intendere plures sufficientias quotidianas cibi & potus sumere, successiue tamen ex eadem re. Nam si quod superest uni suæ sufficientiæ, distribueret pauperibus, non haberet in crastino undesumeret insufficientiam uitæ, quam querere coactus necessario haberet mittere assumptam populi curâ, in quo peccaret mortaliter, faciendo cõmune detrimentũ animarũ. Deinde uero in eo quod aliena distribueret præter, imò contra intentionẽ eorũ qui talia sibi distribuenda cõmiserunt. Quia ergo secundũ decretũ fidelium, quorum est autoritas ordiandi, uisum est expediens, determinatũ populum habere determinatum ministrũ euangelij atq; sacramentorum, qui eis ministrare debẽs in his, alendus est per eos, nõ cõseruat ipse ad crastinum ex intentione propria propter se aliquid quod in sua potestate sit distribuere. Rursum, quoniam non est in dispositione, secundũ quam quotidianam uitam sibi quærere possit propter iam dictam causam, perfectus permanens, potest ex re cõmissa sugcustodiæ plures sufficientias sumere, semper tamen cum proposito id distribuendi quod sibi superest præsentis suæ sufficientiæ, si foret in sua potestate, foretq; ipse in dispositione sibi acquirendi futurum quotidianũ uictum, quemadmodũ etiam dicebatur in summæ paupertatis descriptione. Sufficere debet igitur euangelico ministro uictus atq; uestitus quotidiani sufficiẽtia, quã sibi ministrare tenentur suscipientes illius ministerium. Et hanc iure diuino sibi debitam licite petere potest, quibus nõ humano iure uendicare sibi debeat hæcoram iudice coactiuo, etiã si iure humano id foret præceptũ. Unde in glossa secundũ Augustinũ super eodẽ. ij. ad Timoth. iij. Nemo militans deo, &c. dicitur sic. Hoc ideo dicit Apostolus, scribens Timotheo, ne forte cum indigeret Timotheus, & nollet uictu quotidiano sustentari ab eis quibus euangelium ministrabat, nec in opere corporis laborare posset aliqua negotia sibi quæreret, quibus animus eius implicaretur intentio, ex quo sibi relinquebatur mēdicandum. Ecce ergo, quod si nolissent Timotheo ministrare uictũ, non dixit eos cogendos, nec quod ipse hoc requirere deberet coram iudice coactiuo. Quoniã auferenti tunicam dandũ est & pallium, iuxta Christi consilium, Matth. v. & Lu. vi. potiusq; in iudicio contendendum. Sic etiam dicebat Apostolus secundæ ad Corinth. viij. & nono, pro pauperibus petens ab ipsis, Non quasi imperãs dico: & infra, in hoc consilium do. talem collectam appellans gratiam, propter quod etiam signans eam spontaneã, dixit: Vnusquisq; autem

• prout destinavit in corde suo, nō ex tristitia uel necessitate. Nunc autem restat singulariter dicere ad præmissas instantias: Ad eam ergo primum quæ inducebatur ex Actuum sexto, Non est æquum nos derelinquere uerbum dei, &c. Dicendum est, hoc dixisse apostolos, non quia uellent quicquid sibi acquiri temporalium reseruandum pro futuro, nisi quomodo diximus in summæ paupertatis descriptione, sed quia præsentis aut immediate instans quasi præsentis simul unicam sibi quæri uolebant per aliquos necessitatis sufficientiam, eo quod hoc per seiplos facere non poterāt debentes simul insistere prædicationi euāgelicæ. Ad aliā quæ inducebatur ex glossa super Ioannis xiiij. quod ecclesiæ datur forma seruandi necessaria &c. Dico ecclesiæ, id est uiris perfectis tam in proprio quàm etiam in cōmuni, datam esse formam seruandi, quod superest præsentis aut quasi præsentis sufficientiæ, si superfluum aliquid eis licite adueniat ut datum, aut corporis proprii opere seu labore quæsitum. Et hoc perfectis licitum est ex causa & intentione, quas diximus in summæ paupertatis descriptione, quibus non debeant perfecti ex intentione propter se quicquid superfluum præsentis aut quasi præsentis necessitati quærere: Quod tamen licite aduenit superfluum, potius custodire aut alijs custodiendum & distribuendum cōmittere, quos ad hoc nouerint magis idoneos quàm reijcere debēt. Vnde super id Mat. decimo. Dignus est operarius cibo suo, inquit Hieronymus. Ergo necessaria tantū accipite, ut inde securi æternis melius uacatis. Deinde uero super idem, inquit Augustinus. Illa loquebatur apostolis Christus scilicet, ut securi non possiderent neque portarent huic uitæ necessaria, nec magna nec minima, ostendēs à fidelibus omnia deberi ministris suis nulla superflua requirentibus. Et ideo si decimæ frugum non sint necessariæ ad ipsorum sustentationem sed superflue in toto uel parte, quod ex eis superfluit uirtute uerborum sacræ scripturæ, nequaquam exigere possunt euāgelici ministri, nec ad eius exhibitionē tenentur Christi fideles. Quod autem intellexerit Christus eos posse petere solū quæ sunt præsentis necessitatis, uictus aut uestitus uel quasi præsentis apparet, eodē super id, neque duas tunicas. Vbi beatus Hieronymus. In duabus tunicis duplex mihi uidetur inuere uestimentum, nō quod in locis Scythiæ & glaciali niue rigentibus una quis tunica debeat esse contentus. Sed quod in una tunica uestimentum intelligamus, ne alio uestiti, aliud nobis futurorum timore reseruemus. Prohibet ergo duas tunicas simul, id est duplicia uestimenta, quorum alterū seorsum sufficiat pro tempore. Idemque de uictu & eadem ratione intelligendum secundum determinationes

Frugum decimæ.

nes scripturæ atque sanctorū expositiones in prioribus adductas.

Non conuenit igitur perfectis Christi & apostolorum successoribus in suo dominio sibi referuare agros, ciuitates, aut castra, nec unquam opere seu exemplo Christi aut apostolorum fuit data forma ecclesiæ, id est euangelicis ministris habendi dominiū immobilium nec ipsa referuandi ad futurum in ipsorū existentia potestate. Sed oppositum huius bene reperimus in scriptura ex Christi consilio, dum dixit, Vade & uende. Et rursus, Nolite possidere aurum &c. *Apostolorū successores non habeant ciuitates.*

Amplius & Actuum quarto. Vendētes offerebāt pretia. Datur ergo forma ecclesiæ seruādi acquisita mobilia propter causas iam dictas, immobilia uero nequaquā, quæ in sui dominio uel simplici potestate alienandi fuerint, quin ea debeant alienando cōmutare, cum primum potuerint. Hæc etiam fuit sentētia Bedæ super illud Lucæ xxij. Quando misi uos sine sacculo &c. Non eadē, inquit Beda, uiuendi regula persecutionis, qua pacis tempore discipulos informat. Missis quidem discipulis ad prædicandum, ne quid tollerēt in uia, id est secum portarent, præcepit: ordinans, ut qui euangelium nunciat, de euāgelio uiuat. Instante uero mortis articulo & tota illa gente simul pastorem & gregem persequente, congruam tempori regulam decernit, permittens, ut tollant necessaria uictui, donec sopita persecutorū insania tempus euāgelizandi redeat. Quo scilicet tempore nō indigent tollere seu portare aliqua pro necessitate futura, eo quod à suscipientibus euangelium sustentari debent, & hoc ab ipsis licite quotidie petere possunt. Si ergo quolibet tempore licuisset apostolis & ipsorum successoribus pro futuro quolibet necessaria referuare, frustra & inconuenienter dedisset eis aliam regulam tempore quietis, & aliā in casu, tempore scilicet persecutionis. Et hoc est, quod in summæ paupertatis descriptione iam diximus, perfectis uidelicet nō licere temporalium referuationem, si fuerint in loco, tempore, ac sui dispositione tali, quod quotidianum uictum sibi successiue conuenienter quærere possint. Ad aliam instantiam quæ inducebatur ex glossa super Matth. vij. cum dixit. Sed nemo debet scandalizari &c. Dicendū, quod necessaria & suis ad instantem aut immediate instantem quasi præsentem necessitatem, perfectus licite procurare potest. Residuum uero si quod fuerit ex quæsito pauperibus referuando, absq; tamen omni proposito domini, & hoc magis expediens ac meritorium est quàm illud deperdi sine re, misericordiæ enim opus est hoc & supererogationis, unde Matthæi quinto. Beati misericordes. Et cum subiungitur in eadem glossa, quod Christus habuit oculos, unde necessaria usibus præ-

r ij beret

*Bedæ sententia  
à presbyteris  
notanda.*

beret, concedendū utiq; sed talia in loculis referuari fecit, ut quia loci uel temporis conditio, ac reliquæ adijcientiæ hoc exigebant, uel ut pauperibus occurrentibus inde prouideret. Sicut expresse patet ex glossa super illud Matth. xviij. Staterem illū assumens &c. Tantæ enim, inquit, paupertatis fuit dominus, ut unde daret tributa nō haberet. Iudas quidem cōmunia in loculis habebat, sed res pauperum in suos usus cōuertere nephas dixit. Ecce quod res illę seruatae pauperū erāt, id est propter pauperes, nec intelligas ex pauperibus solos apostolos, sed alios quoscunq;, præcipue fideles, quibus etiā ipse cum apostolis præbebant de referuatis manducare, sicut apparet Matthæi decimo, Marci sexto & viij. ac Ioan. vi. Vnde ait Christus. Date uos illis manducare. Sic etiam, ut ibidem quæ superfuerunt referuari præcepit, ne deperirent, unde Ioannis sexto. Colligite quæ superauerunt fragmenta ne pereant. Collegerūt ergo, apostoli uidelicet & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum.

Ad reliquam uero instantiam ex glossa super Matth. vij. cum dixit. Non prohibet prouidentia & laborem, ad eam quoq; inductā ex Ioannis xiiij. Quidam autem putabant &c. Rursum ad eas quę inducebātur ex Matth. xiiij. Marci sexto & octauo, ac Lucae nono, cum dixit Christus ad apostolos. Quot panes habetis? &c. Dicendum per omnia similiter, quemadmodū ad priorem immediatam instantiam dictum fuit. Ad eas uero instantias quibus deducebatur, perfectum summam paupertatem etiā obseruantem, rerum temporalium habere posse iam dictum dominiū in proprio uel cū alio in cōmuni, dicendū consequenter. Ad earū igitur primā, quæ sumpsit exordium ex Lucae xxij. cum dicebatur. Omnis qui emit & uendit uel emere aut uendere potest aliquid rei alicuius temporalis & eius pretij habet dominium de necessitate: Hęc nego, & cū probat, quia omnis emens aut uendens transfert rei uel pretij alicuius dominium. Hoc nego ab omnibus uiris perfectis, quāuis enim per se rem licite transferant aut cōmutent in pretium aut ecōuerso, non propter hoc transferunt in alios, aut in se suscipiunt dominium rei alicuius, nisi forte secundum accidēs transferre dicantur, ut quia ipsis rem licite transferentibus, domini fiunt in quos transfertur, aliunde tamen per se, ut infra patebit, dominium autem nullo modo suscipiunt, nec suscipere possunt perfecti manentes.

Sed dicet disputans, qui emit rem à perfecto, uel uendit, suscipit quod transfertur à perfecto, & nihil aliud, similiter autē & imperfectum transfert quod habebat, cum igitur emens suscipiat rei quā emit dominiū aut eius quā perfecto uendit, prius habebat & nunc desinat

desinat habere dominium, per necessitatem sequitur perfectum rei uenditæ per ipsum prius habuisse dominium, aut emptæ iam dominium habere posterius. Primam uero propositionem huius paralogismi concedo, si intelligatur per nihil aliud, id est nullam rem aliã. Et similiter quod perfectus suscipit ab alio rem quã transfert, & habere desinit uendens, sed cum additur, Emens suscipit rei dominium, ergo à perfecto transfertur in emetem, cõmittitur figura dictionis, quoniam suscipere rei dominium aut rem cum dominio, non est suscipere quod, sed quomodo. Vnde similis est paralogismus ei quẽ format Arist. in secundo Elenchorũ iuxta locum sophisticũ, qui dicitur figura dictionis. Est autem hic. Quoniã tradidisti mihi solũ denarium, solum denariũ non habuisti, ergo tradidisti quod non habuisti, differt tamen hic ab illo, quoniam in præsentis mutatur quid in aliquid, in eo uero quem format Arist. ecõuerso. Veruntamen ut amplius satisfiat quæstioni, quoniã quærentis sophisma dissolutum est, & propter minus doctos in arte sophistica. Dico quod dũ perfectus rem aliquam uendit, cõmutãdo, rem licite transfert in alterum, quoniam rem sibi iure quæsitam, & contractari lege cõcessam, cuius tamen nunq̃ habuit dominium. Quoniam ex præcedente capitulo monstratum est, quod rei alicuius aut eius usus uel utriusq̃ simul, conuenit habere potestatem licitam seu de iure, primo & secundo modo dicto, etiam rei corruptiuam absq̃ dominio, dicto secundũ tres sæpe dictas significationes. & ideo licitam potestatem habet rem sibi iure quæsitam cõmutandi, dum tamen illa in nullius alterius sit dominio. Tu dices, unde acquirit emens illius dominium? Dico quod iuris primo modo dicti permissione tam humani q̃ diuini. Nam quæ in nullius bonis sunt, occupanti & uolenti cõceduntur quantum ad dominium, quanto ergo magis, quæ sunt in bonis alicuius aliquo modo: ut iure primo & secundo modo dicto, quæuis nõ domino eo concedente ac consentiente possunt accipienti & uolenti acquiri quantum ad dominium iure primo modo dicto, & translatione perfecti, secundum accidens tamen. Sic etiam econuerso dico quod dum perfectus aliquid emit, rei potestatem licitam accipit, non tamen dominium, necq̃ per se, necq̃ secundũ accidens, esto quod dominium desinat in uendente, ac in quolibet alio.

Sed dices, ergo licite res uenalis aut alia quælibet potest auferrì à perfecto, etiam actualiter ipsa indigente, quoniam in nullius bonis est, ex quo in nullius dominio, seu uendicandi potestate, similiter autem pretium aut res emptæ per ipsum, quod absurdum uidetur. Ad hoc dicendum, quod res in nullius bonis existens, occupati iure

conceditur : & cum dicitur rem quam habet seu tenet perfectus, in nullius bonis esse, quoniã in nullius dominio de iure præsertim humano. In hoc cõmittit̃ paralogismus cõsequentis, quoniã nõ sequitur, hoc non est in dominio alicuius de iure, ergo non est in bonis alicuius de iure : potest enim ut diximus, aliquid acquiri alteri iure primo modo dicto, absq; omni iam dicto dominio. Quod si tamen humana iura hoc permetterent, uidelicet ut res quæ in nullius est dominio iam dicto, in nullius bonis intelligatur, & cõsequenter quod iure occupanti concedatur : Dico, quod rem quamcunq; apud perfectum existentem potest quilibet capax occupare, ac suam facere licite secundum ius humanum primo modo dictum, quod apparet ex liciti diffinitione, q̃uis ipsam non consentiente perfecto, præsertim indigente, licite secundum ius diuinum illam nequeat occupare aut suã facere, quinimò peccat sic faciens mortaliter, cõmittēs lege diuina prohibitum sub pœna damnationis æternæ. Possunt autē hæc simul contingere, ut secundū unam legem scilicet aliquid liceat quod secundum alteram prohibitum est. Sunt enim fornicationes solutorū humana lege permissæ, ppter aliquid maius inconueniēs declinandū, quæ tamen lege diuina prohibitæ sunt cū pœna iam dicta. Ad aliam instantiã qua dicebatur : qui habuit licitū usum alicuius rei à domino eius inseparabilem, per necessitatem habuit rei dominium. Hæc concedenda est si referatur inseparabilitas dominij ab usu in personam utentis, quo modo dominium a c̃tiue dicitur, ut uidelicet quod ad omnem utentem sequatur dominium. Si uero hæc inseparabilitas referatur ad rem quo modo passiuè dicitur, eiusdem rei omnino potest esse usus & dominium, non tamen propter idem est dominus & utens. Potest enim aliquis licite uti re non sua consentiente domino rei, ut ex præcedente capitulo palàm fuit, & ideo in hoc sensu neganda est. Secundū primum ergo sensum concessa propositione, sicut etiam uidetur intendere disputās, ad minorem qua dicitur Christū & apostolos quarundam rerum habuisse usum licitum, quarū dominium non separabatur ab usu in utēte scilicet: hanc nego tanq̃ hæreticã, sumēdo dominium secundū tres priores iam dictas significationes. Et cum additur, aut habuerūt usum rei suæ de iure, aut non suæ de iure : dico, quod utrarunq; ut quandoq; suarum de iure, quandoq; alienarum consentientibus earum dominis. Et cum dicitur, si suarum de iure, cum usu igitur earum habuerunt dominium : paralogismus cõsequentis cõmittitur hic, ut prius diximus. Non enim sequitur, hoc est alicui iure quæsitum uel eius usus, ergo ipsius est dominium, quamuis bene sequatur, domi-

nium

nium rei, aut dominiū usus eius est alicui iure quæsitum, ergo res uel ipsius usus sua seu sibi iure quæsitus est. Et cū ulterius dicitur, si re non sua utitur, aut ergo aliena uel ea quæ in nullius bonis est. Dico quod utraq; licite potest uti, aut simul aut successiue. Et cū destruitur utraq; pars consequētis dicēdo primo, quod re in nullius bonis existente perfectum uti non posse sine dominio, eo quod prius aut simul cum usu oportet ipsum rem occupare, & sic ipsius habere dominium. Dico perfectum eiusmodi rem prius occupare, cum uero infertur, ergo eius fit dominus. Paralogismus consequentis est ut prius: posset enim piscem capere perfectus atque comedere, cum expresso tamen prius uoto, nunquam prædictum piscem aut rem aliquam temporalem uendicandi contentiose coram iudice coacti uo. Tu dices, occupanti conceditur rei dominium: dico quod uerum est uolenti, non uolenti autem non, quia spernere dominium unicuique permissum est lege diuina & etiam humana, ut ex priori capitulo palam. Deinde ad alteram partem consequentis, uidelicet, quod in rem alienam non conueniat usus perfectus absque re iam dicto dominio: Quoniam dicet aliquis disputans, aut concedente domino rei seu consentiente uel non: Dicendum, quod consentiente domino, aliter enim illicitus esset usus, maxime si dissentiret tacite uel expresse: Si uero consentiente domino, dicet disputans, aut ipso concedente dominium ipsi perfectus uel non concedente: Dico quod utroque modo licite contingere potest, etiam in re unico usu consumptibili. Esto quidem igitur usum concessum alicui perfectus, quem exercet in rem, esse usum, rem consumentem, si concessio sibi dominio rei cum usu utatur, ergo cum usu habet perfectus iam dictum dominium. Dico paralogismus consequentis committi ut prius, quoniam non sequitur: hic concedit alicui usum & dominium alicuius rei, ergo cui conceditur efficitur dominus rei, quia potest unum acceptare, ut potestatem licitam usus, & alterum renuere, aut dudum renuisse per uotum, puta dominiū. Dicet ergo disputans aliquis, cuius est ergo rei dominium? Dico quod domini cuius erat ante concessionem expressam quam fecerat perfectus, non uolenti suscipere, uel nullius: si tali expressa concessione, priuetur dominus de iure humano rei dominio, potest tamē nihilominus perfectus re uti usu etiā consumente & licite tanquam sibi iure quæsitus, quæ illius dominio in nullius bonis existente. Quod si dicatur dominū rei perfectus alicui concessisse usum rei suæ etiam cōsumentem absq; dominio, Adhuc dico Christū & apostolos & unūquēq;

uabatur. Idem rursus eiusdem xiiij. Quidam autem putabāt quia  
 oculos habebat ludas. Idem etiam glossa super illud Matth. xvij.  
 Staterem illum sumens. &c. Judas, inquit glossa, communia in lo-  
 culis habebat. Sic etiam apostoli post Christi resurrectionem com-  
 munia inuicem & cum alijs pauperibus habuerunt, summā pauper-  
 tatem seruantes. Vnde Actuum quarto. Erant autē illis omnia cō-  
 munia. Propria quoq; similiter habuerunt, uictum scilicet atq; uesti-  
 tum, quos sibi proprie applicuerunt, quemadmodum Christus.

Deinde tanq̄ principale intentum ex hoc & præcedente atque  
 immediate sequēte capitulo inferre uolo per necessitatem Christi  
 uiatorem, summam perfectionis præcipue monstrantem, non ha-  
 buisse dominium aliquod acquisitum, secundum primam uel secun-  
 dam aut tertiam dominij significationem, dictum in proprio uel cū  
 alio in cōmuni rei alicuius temporalis aut eius usus. Quoniam tale  
 dominium sibi assumens non omnia consilia, & præcipue summam  
 paupertatem uiatori possibilem, seruasset, Christus autē hæc omnia  
 perfectissime uiatorum seruauit. Non igitur tale dominium tempo-  
 raliū Christus habuit nec habere uoluit, quod scriptura possessio-  
 nem plerunq; nominauit, ut in Lucæ xiiij. Qui non renūciat omni-  
 bus quæ possidet. Sic etiam Matthæi de cimo. Nolite possidere au-  
 rum, neq; argētum, neq; pecuniā in zonis uestris, id est conseruare  
 nolite, nisi fortasse in casu licito, ea scilicet intentione atq; necessita-  
 tibus, quas pridem diximus, ut propter impotētes pauperes, quem  
 admodum fecit Paulus, aut temporis uel loci & personæ dispositio-  
 nis necessitate urgente, de quibus in sequenti capitulo amplius ap-  
 parebit. Quamuis tamen dominium iam dictum etiam in prædi-  
 ctis casibus summe pauperi habere non liceat: quoniam tale domi-  
 nium per necessitatem circa summam paupertatem excludit Chri-  
 sti consilium. Non habuit ergo Christus temporalium dominium  
 iam dictum nec habere potest eius aliquis imitator, summam scili-  
 cet paupertatem seruare uolens. His consequenter dico quod  
 ex scriptura sacra conuinci non potest Christum quantūcunq; con-  
 descēdentem infirmis, habuisse temporalium iam dictum dominiū  
 seu possessionem in proprio uel cōmuni, quibus hoc credantur sen-  
 sisse sanctorum aliqui. Pari nancq; ratione concludi posset, Christū  
 exercuisse omnia permissa, ne statum talia exercentium damnasse  
 uideretur. Sic ergo seculi principatum seu seculare iudicium cōten-  
 tiosum acceptasset ac exercuisset, cuius oppositum ostensum est irre-  
 fragabiliter quarto huius. Sic coniugiū, sic actionem contentiosam  
 coram iudice coactiuo, sic reliqua permissa omnia: Quæ Christum  
 exer

*Christi imita-  
tor.*

*Christū nullius  
dominium ha-  
buisse.*



exercuisse nemo per scripturam conuincere potest, sed oppositum magis. Non enim talia ipsum oportuit aut decuit exercere, ne statum exercentium, quos uocant infirmos, damnasse uideretur: Quoniam non sequitur, Christus non fuit coniugatus, ergo statum coniugatorum uisus fuit damnare, similiter & in reliquis. Nam ipse sufficienter expressit differentiam inter ea, quæ sunt de necessitate salutis fienda uel omittenda, præcepta uel prohibita, & ea quæ non sunt de necessitate salutis apud sanctos uocata supererogationis. Cū enim interrogatus fuisset à quodam de necessarijs ad salutem æternam, respondit Christus. Si uis ad uitam ingredi, serua madata. Interrogati uero rursus de his quæ sunt supererogationis, non respondit christus, si uis ad uitam ingredi, sed dixit illi, si uis perfectus esse. In quibus uerbis Matth. xix. Lucæ. xviij. & Marci x. Christus expresse fecit intelligere, quod obseruatio mandatorum sufficiebat ad uitam æternam, cum de hoc interroganti nil aliud respondit quæ sua mandata, si uis ad uitam ingredi. Ideo quæ non omnia permittenda Christum oportuit aut decuit exercere, ne statum eiusmodi exercentium damnasse uideretur, quia iam expresserat ipsos ex solis madata seu præceptis, cõmuniter sumendo præceptum affirmatiuum & negatiuum, posse saluari, sed magis decuit ipsum consiliorum exercitium, ut summam paupertatem seruare, coniugium omittere propter talium exercitij reliquis omnibus præbendum exemplum, quemadmodum ipsum de facto fecisse atque dixisse legimus in scriptura. Nam Matth. viij. Lucæ nono de sua paupertate loquens, ait. Vulpes foueas habent, uolucres cæli nidus: filius autem hominis non habet ubi reclinet caput. ubi glossa, Cū ita sim pauper, ut nec hospitium habeam quod meum sit, Tantæ enim paupertatis fuit dominus ut unde daret tributa non haberet, secundum gloss. super illud Matth. xviij. Staterem illum assumens, datis eis pro me & te. Nusquam tamē legimus ipsum habuisse castra uel agros, aut cumulos thesaurorum, ne statum sic habentium uisus damnare fuisset.

Quod si tamē Christus exercuisset permittenda, potuisset hoc facere nil minus omnibus consilijs pariter obseruatis, quoniam ipse qui legislator erat, poterat huiusmodi exercere, ne statum exercitium reprobare uideretur, unde talia non uoluisset simpliciter, quemadmodum uolunt infirmi qui ea uolunt propter suum cõmodum, sed ea Christus uoluisset propter aliud, & ea quodam modo nolens, quia non propter se, sed propter iam dictam causam. Reliqui uero perfecti in tale dominium nullo modo possunt uelle cõuenienter, summam consiliorum obseruantes. Non enim id possunt uelle, ne statum aliorum damnare uideantur: quoniam ad eos statum approbare uel damnare non pertinet, eo quod legislatores

q iij non

*Observatio mandatorum sufficientis.*

non fuerunt nec sunt aut erunt. Si ergo tale dominiū uellent, id uellent quemadmodum infirmi, non tanquā perfecti, licuisset ergo Christo si uoluisset hæc exercere permitta, summam omnium consiliorū obseruans, quod tamen alteri ab ipso minime licere potest propter causam iam dictam. Quod si queratur, quis tam perfectus esse ualeat, ut nihil simul temporalium uelit habere, nisi sufficiens indigentiaæ præsentis aut immediate instati, quasi præsentis: Dico, quod *pauci perfecti.* Christus & alij quicumque uolentes, quibus tales pauci sunt, quoniā uia hæc arcta est & angusta, & pauci ingrediuntur per eam, ut scribitur Matthæi septimo. Et dic mihi tu quæso: Quot sint martyres uoluntarij temporibus his? quot uiri heroici? quot Catones, Scipiones, atque Fabritij?

DE QVIBVSDAM INSTANTIIS AD DETERMINATA  
in cap. præcedenti & ipsarū solutionibus, ac cōfirmatione dictorū in eodem capitulo. Cap. XIII.



D dicta uero sic intendentibus obijciat aliquis, quoniam si ministrantes euangelium, statum perfectioris etiam seruare uolentes episcopi atque presbyteri nihil seruare possint propter suam futuram necessitatem supplendam, quin illud firmo proposito uelle debeant tribuere pauperi, uel pauperibus occurrentibus primum & magis indigentibus cum reliquis quæ in descriptione summæ paupertatis iam diximus. Quo modo poterūt intendere prædicationi uerbi dei, & quotidianam uitam procurare, quod necessarium uidetur si nihil illis pro futuro sibi seruare liceat. Videtur enim hic simul fieri difficilia uel impossibilia quædam. Vnde Actuum sexto. Non est æquum nos derelinquere uerbum dei & ministrare mensis. Innuentes apostoli quod duo hæc simul fieri nequeunt. Licitum est ergo perfectis propter suam necessitatem futuram supplendam temporalia reseruare. Amplius ostenditur idem ex alia: quoniam Ioannis xiiij. super illud. Quia oculos in quibus oblata seruabantur, &c. dicit glossa. In quo forma datur ecclesie seruandi necessaria. Cū igitur in hoc loco ecclesie nomine intelligantur perfectius, precipue sacerdotes & episcopi, uidetur quod necessaria pro futuro sibi licite seruare possint. Rursum supra illud Matth. viij. Nolite solliciti esse in crastinum, dicit glossa. Sed nemo debet scandalizari, si quem iusto uiderit hæc necessaria sibi suisque procurare, ne iudicet eum de crastino cogitare, quia ille qui hoc præcepit, cui ministrabant ange  
li

li, propter hoc exemplum dandum, loculos habuit, unde necessaria  
 ulibus præberet. Adhuc firmatur idem ex Ioannis decimo quarto,  
 ubi dicitur sic. Quidam autem putabant quia loculos habebat Iu-  
 das, quod dixisset ei Iesus, Eme ea quæ opus sunt nobis ad diem fe-  
 stum, ergo pecuniam referuatam habebant Christus & Apostoli,  
 unde talia emere poterant. Adhuc ostenditur idem ex alio, quoniã  
 Matthei sexto, super illud. Respiciite uolatilia cæli. &c. dicit glossa,  
 Non prohibet prouidentiam & laborem, sed sollicitudinem, ut tota  
 spes nostra sit in deo. Perfectis igitur de futuris sibi necessarijs pro-  
 uidere licet. Amplius ostenditur idem ex Matthæi xiiij. Marci se-  
 xto & octauo, & Lucæ decimo. Dixit enim Christus ad apostolos.  
 Quot panes habetis? Qui dixerunt, septem. Hos autem seruaue-  
 rant extra præsentem necessitatem, ergo perfectis pro futuro sibi  
 temporalia seruare licet. Deinde ostenditur per necessitatem,  
 quod perfecti habeant uel habere possint etiam perfecti manentes,  
 dominium dictum secundum primam aut secundam uel tertiã spe-  
 ciem dominij rerum temporalium uel usus earum in proprio aut cū  
 alio uel alijs in cōmuni, & maxime rerum quæ unico aliquo usu con-  
 sumptibiles sunt. Primum quidem apparet hoc ex Lucæ xxij. cum  
 loquens Christus ad Apostolos ait. Et qui non habet, uendat tuni-  
 cam suam & emat gladium: sed qui emit aut uendit aliud, dominiū  
 rei uel pretij transfert in alterum, nullus autem in alterum transfert  
 quod prius non habuit. Dominium igitur habuerunt Christus &  
 Apostoli supradictum. Deinde ostendo idem ex alio sic: quoniã  
 qui habuit usum licitum alicuius rei ab illius dominio iam dicto inse-  
 parabilem ex necessitate habuit rei dominium, sed Christus & apo-  
 stoli talium rerum habuerunt usum, ergo per necessitatem ipsarum  
 dominium: prima propositio huius deductionis famosa est, secun-  
 da uero probatur, ex eo usu rerum consumptibilium, quem Chri-  
 stus & apostoli habuerunt: Quoniam uel habuerunt usum rei suæ  
 de iure, uel non suæ de iure. Si usum rei suæ de iure, ergo habuerūt  
 simul cum usu rei dominium. Si uero rei non suæ aut ergo alienæ,  
 aut rei quæ in nullius bonis erat ante usum eius. Si rei quæ in nullius  
 bonis erat, cum talis occupanti concedatur de iure: Christus autē  
 & apostoli per necessitatem prius aut simul tempore cum usu rem  
 occupauerunt, ergo ipsius dominium ante usum uel simul cum usu  
 habuerunt. Si uero usus talis fuit in rem alienã, aut fuit hic cōceden-  
 te domino rei, uel nō cōcedente, & maxime in usu rem consumente  
 aut alio quem dominus de iure prohibuisse præsumitur: talis usus  
 esset illicitus, quod nephas esset de Christo aut apostolis dicere. Si  
 uero

uero huiusmodi usus rem aliquam cōsumens, fuerit concedēte domino, aut igitur rei dominus concessit utenti usum solum absq̄ dominio, aut usum cū dominio simul : Si usum absq̄ dominio, usus fuisset illicitus, quoniā ex tali usu priuatur dominus dominio rei absque facto suo, quod licite seu de iure fieri non potest . Si uero usum cum dominio cōcessit dominus sic utenti, apparet manifeste quod sic utens, perfectus existens, etiam simul cum usu per necessitatem habuit rei dominium. Amplius, si perfectus nullum haberet rei dominium, sequeretur quod auferēs ab ipso etiam actualiter indigente, rem temporalem licite auferret, quoniā de iure. Nam quę in nullius bonis sunt licite seu de iure, à quolibet occupari possunt, sed quę per nullum uendicari possunt in nullius bonis sunt, talia uero sunt quę habet perfectus, ut ex prioribus hypothefibus satis apparet. Amplius, qui debent hospitalitatem seruare, necessario provisionem futuroꝝ & aliquorum dominiū oportet habere. Omnes apostolorum successores, episcopi scilicet, ad hospitalitatem tenentur. Vnde primæ ad Timotheum tertio, ad Titum primo, Episcopum oportet hospitalem esse. Adhuc uidentur hoc fecisse sancti patres episcopi, habuerunt enim agros & possessiones in suo dominio saltem in cōmuni cum alijs episcopis atque presbyteris. Vnde Ambrosius in epistola de tradendis basilicis, ait . Agri ecclesię soluunt tributum, ergo agros & immobilia possidebāt uiri perfecti, qui etiā ecclesię nomine designantur aut designari debent, præcipue sacerdotes . Ostenditur autem hoc de Christo in speciali primum quidem : quoniam secundum leges etiam humanas, qui aliquem redimit à morte, illius dominus efficitur, & per consequens omnium suorum temporalium, sed Christus nos à morte redemit, non quacunque, sed ab æterna, ergo nostrorum corporum & temporalium acquisiuit dominium. Rursum Apocalypsis decimonono scribitur de ipso, quod habebat scriptum in uestimento, rex regum, & dominus dominantium, Vbi glossa. In uestimento scilicet humanitatis. Cum igitur rex & dominus omnium eorum habeat dominium, apparet quod Christus in rebus temporalibus hoc habuerit.

Ex prius autem diffinitis à nobis de summa paupertate temporalium atq̄ dominio responderi poterit cōuenienter his quę obiecta sunt ex præsentis capitulo, secundum Christi tamen & Apostoli sententiam, primum apponentes, quod ministri euangelij, presbyteri seu episcopi, cum reliquis inferioris ordinis, contentari debent alimēto quotidiano, & necessario tegumēto statū perfectionis seu summā paupertatem custodire uolentes. Vnde primę ad Timoth.

*Propter hospitalitatem sacerdotum bona possidere posse.*

ultimo. Habentes autem alimenta & quibus tegamur, his contenti  
 simus. Quæ siquidem euangelizantibus ministrare tenentur secun-  
 dum legem diuinam saltem, quibus euangelica prædicatio mini-  
 stratur. Hoc enim figuraliter dictum Deuteronomij xxiiij. Non al-  
 ligabis os bouis triturantis in area fruges tuas. Exponens Paulus  
 primæ ad Corinthios nono, tanquam dictum propter futuros euan-  
 gelij doctores atque ministros, sic ait. Nunquid de bobus cura est  
 deo, an propter nos utiq; dicit? Idem apparet ex Matthæi decimo  
 dum ad hoc & propter hoc propositum dixit Christus. Dignus est  
 operarius cibo suo. Debent ergo suscipientes euangelium, uictum  
 quotidianum, atque uestitum euangelizanti ministrare si possint.  
 Et hoc tanq; debitum ex lege diuina petere possunt euangelizan-  
 tes licite, quamuis non in iudicio coactiuo præsentis seculi, idq; qui-  
 bus euangelium ministratur si possint exhibere recusantes, in legem  
 diuinam cõmittunt. Vnde primæ ad Corinthios nono. Ita & domi-  
 nus ordinauit his qui euangelium enunciant de euangelio uiuere.  
 Sicut qui pascit gregem, de lacte gregis manducat: & qui plantat  
 uineam de fructu eius edit. Ad aliam uero, decimam aut partem ali-  
 quam suorum prouentuum nemo fidelium euangelizantibus, secun-  
 dum scripturam tenetur. Quod si quibus euangelium ministra-  
 tur, tantæ paupertatis essent, ut euangelizantis sufficiētiam, uictus  
 atque uestitus ministrare nequirent: non obligantur ad hoc lege  
 diuina, sed debet ipse aliunde sibi querere necessaria uite, ut alia do-  
 ctrina uel arte operatiua si quã nouerit exercere, aut alio quodã ho-  
 nesto & cõueniēti modo. Sic enim faciebat Apostolus, ne pauperi-  
 bus quibus euangelizabat onerosus redderetur. Vnde Actuum  
 xx. de se loquens ait. Aurum & argentum aut uestem nullius concu-  
 piui, ipsi scitis, quoniam ad ea quæ mihi opus erant, & his qui mecum  
 sunt, laborauerunt manus istæ. Idem dixit secundæ ad Thessaloni-  
 censes ultimo. Neq; inquit, panem gratis mādūcauimus ab aliquo  
 sed in labore & fatigatione, nocte & die operantes, ne quem uestrum  
 grauaremus. Verum aucto iam fideiū deuotoꝝ numero, & præ-  
 cipue tēporibus his, nec laborare manibus necq; mendicare necesse  
 est doctrinæ sacre ministros. Nā statuta sunt & ordinata in fideiū  
 communitatibus, tam per legis humanæ latorem, quàm personas  
 aliquas singulares prouentus quidam, tam ex mobilibus, quàm ex  
 immobilibus, ex quibus sufficienter, quinimò abundāter ministran-  
 tes euangelium sustentari possunt. Interrogabit aut aliquis, cuius  
 aut quorū sit horū temporalium, præcipue immobiliū iam dictū do-  
 miniū seu uendicādi potestas corā iudice coactiuo præsentis seculi,  
 cum

*Decimā sacra-  
 dotibus non den-  
 beri.*

*Paulus gratis  
 euangelium præ-  
 dicauit.*

cum tale dominium ministris euangelicis perfectis existentibus cōuenire non possit, secundū determinationem capituli præcedentis.

*Quorū intersit  
bona sacerdotū  
distribuere.*

*Ecclesiarum  
patroni*

Nos uero dicamus dominium temporalium, quæ sunt pro ministrorum euangelicorum sustentatione statuta, legislatoris esse aut eius uel eorum qui per legis latorem ad hoc fuerint deputati, uel per eos qui talia dederunt, si fuerint singulares personæ, quæ supradicta temporalia dederint & ordinauerint ex bonis suis ad usum prædictum: qui siquidem sic statuti ad ecclesiasticorum temporalium defensionem & uendicationem uocari solebāt ecclesiarum patroni. Nam antiquitus uiri sancti atque perfecti ministri euangelici, Christum imitari uolentes, contra nullum uoluerunt contendere iudicio. Ideoque nec temporalium dominium assumpserunt, sed solum usum necessarium ad suæ uitæ præsentis & impotentium pauperum sustentationem. Si enim immobilia temporalia fuissent in ipsorum potestate alienandi, etiã sine dominio aliquo seu uendicandi proposito, & ea non alienassent ad pauperibus occurrentibus statim distribuendum, minime seruassent Christi consilium, in quo dixit. Vade & uende omnia quæcumque habes, & da pauperibus. siue talia fuissent ab eis habita in proprio siue etiam in cōmuni. Hoc tamen est opinandum, quod huiusmodi patroni, quos dominos uendicandi talia diximus, habeant potestatem alienandi ea, uel ad usus alios conuertendi, quoniã peccarent in legem diuinam saltem, & in humanam fortasse, quoniã eis non est ad hoc concessum dominium, sed solummodo prohibendi & uendicandi coram iudice coactiuo ab auferentibus aut auferre uel aliquid contrectare uolentibus. Et propterea si prouentu custodia distributio cōcedat alicui perfectorum per legis latorem, aut personam singularem, cuius fuerit potestas huiusmodi, dico perfectum summam paupertatem seruando, licite posse quinimò meritorie hanc curam suscipere propter proximi charitatem, & misericordiam exercendam in eum. Sed dicet alius perfectum sibi providere de crastino aut de crastinis multis, quoniã suum annum uictum, atque uestitum suscipit & suscipere intendit ex sibi cōcesso prouentu. Et dicendum est quod talia temporalia sic sibi distribuenda conceduntur, ut ex eis reseruetur quod sufficiat euangelizanti singulis diebus ad uictum & uestitum decentem, residuum uero illi cōmittitur distribuendum pauperibus. Et quoniã perfectus propter cōmunem fidelium utilitatem ad æternam salutem statutus uel electus est ad euangelizandum super certum populum & in loco certo, seu determinato, in quantum euangelizans proponit conuenienter singulis diebus unicam simul tantum sumere sufficientiam quam deseruit, non autem proponeret simul plures aut successiue sumere ex eadem

re quaesita simul si posset uacare quaestui quotidiano, & simul euangelizare, sed quia simul his uacare non potest, oportet ipsum ex eadem re intendere plures sufficientias quotidianas cibi & potus sumere, successiue tamen ex eadem re. Nam si quod superest uni suae sufficientiae, distribueret pauperibus, non haberet in crastino unde sumeret insufficientiam uitae, quam querere coactus necessario haberet mittere assumptam populi curam, in quo peccaret mortaliter, faciendo commune detrimentum animarum. Deinde uero in eo quod aliena distribueret praeter, imò contra intentionem eorum qui talia sibi distribuenda commiserunt. Quia ergo secundum decretum fidelium, quorum est autoritas ordiandi, uisum est expediens, determinatum populum habere determinatum ministrum euangelij atque sacramentorum, qui eis ministrare debent in his, alendus est per eos, non conseruat ipse ad crastinum ex intentione propria propter se aliquid quod in sua potestate sit distribuere. Rursum, quoniam non est in dispositione, secundum quam quotidianam uitam sibi quaerere possit propter iam dictam causam, perfectus permanens, potest ex re commissa sugcustodiae plures sufficientias sumere, semper tamen cum proposito id distribuendi quod sibi superest praesenti suae sufficientiae, si foret in sua potestate, foretque ipse in dispositione sibi acquirendi futurum quotidianum uictum, quemadmodum etiam dicebatur in summæ paupertatis descriptione. Sufficere debet igitur euangelico ministro uictus atque uestitus quotidiani sufficientia, quam sibi ministrare tenentur suscipientes illius ministerium. Et hanc iure diuino sibi debitam licite petere potest, quæuis non humano iure uendicare sibi debeat hæc coram iudice coactiuo, etiam si iure humano id foret præceptum. Unde in glossa secundum Augustinum super eodē. ij. ad Timoth. iij. Nemo militans deo, &c. dicitur sic. Hoc ideo dicit Apostolus, scribens Timotheo, ne forte cum indigeret Timotheus, & nollet uictu quotidiano sustentari ab eis quibus euangelium ministrabat, nec in opere corporis laborare posset aliqua negotia sibi quereret, quibus animus eius implicaretur intentio, ex quo sibi relinquebatur medicandum. Ecce ergo, quod si nolissent Timotheo ministrare uictum, non dixit eos cogendos, nec quod ipse hoc requirere deberet coram iudice coactiuo. Quoniam auferenti tunicam dandum est & pallium, iuxta Christi consilium, Matth. v. & Lu. vi. potiusque in iudicio contendendum. Sic etiam dicebat Apostolus secundæ ad Corinth. viij. & nono, pro pauperibus petens ab ipsis, Non quasi imperas dico: & infra, in hoc consilium do. talem collectam appellans gratiam, propter quod etiam signans eam spontaneam, dixit: Vnusquisque autem

prout destinavit in corde suo, nō ex tristitia uel necessitate. Nunc autem restat singulariter dicere ad præmissas instantias : Ad eam ergo primum quæ inducebatur ex Actuum sexto, Non est æquum nos derelinquere uerbum dei, &c. Dicendum est, hoc dixisse apostolos, non quia uellent quicquid sibi acquiri temporalium reseruandum pro futuro, nisi quomodo diximus in summæ paupertatis descriptione, sed quia præsentis aut immediate instans quasi præsentis simul unicam sibi quæri uolebant per aliquos necessitatis sufficientiam, eo quod hoc per seipso facere non poterāt debentes simul insistere prædicationi euāgelicæ. Ad aliā quæ inducebatur ex glossa super Ioannis xiiij. quod ecclesiæ datur forma seruandi necessaria &c. Dico ecclesiæ, id est uiris perfectis tam in proprio quàm etiam in cōmuni, datam esse formam seruandi, quod superest præsentis aut quasi præsentis sufficientiæ, si superfluum aliquid eis licite adueniat ut datum, aut corporis proprii opere seu labore quæsitum. Et hoc perfectis licitum est ex causa & intentione, quas diximus in summæ paupertatis descriptione, quibus non debeant perfecti ex intentione propter se quicquid superfluum præsentis aut quasi præsentis necessitati quærere : Quod tamen licite aduenit superfluum, potius custodire aut alijs custodiendum & distribuendum cōmittere, quos ad hoc nouerint magis idoneos quàm reijcere debēt. Vnde super id Mat. decimo. Dignus est operarius cibo suo, inquit Hieronymus. Ergo necessaria tantū accipite, ut inde securi æternis melius uacatis. Deinde uero super idem, inquit Augustinus. Illa loquebatur apostolis Christus scilicet, ut securi non possiderent neque portarent huic uitæ necessaria, nec magna nec minima, ostendēs à fidelibus omnia deberi ministris suis nulla superflua requirentibus. Et ideo si decimæ frugum non sint necessarię ad ipsorum sustentationem sed superflue in toto uel parte, quod ex eis superfluit uirtute uerborum sacre scripturæ, nequaquam exigere possunt euāgelici ministri, nec ad eius exhibitionē tenentur Christi fideles. Quod autem intellexerit Christus eos posse petere solū quæ sunt præsentis necessitatis, uictus aut uestitus uel quasi præsentis apparet, eodē super id, neque duas tunicas. Vbi beatus Hieronymus. In duabus tunicis duplex mihi uidetur inuere uestimentum, nō quod in locis Scythiæ & glaciali niue rigentibus una quis tunica debeat esse contentus. Sed quod in una tunica uestimentum intelligamus, ne alio uestiti, aliud nobis futurorum timore reseruemus. Prohibet ergo duas tunicas simul, id est duplicia uestimenta, quorū alterū seorsum sufficiat pro tempore. Idemque de uictu & eadem ratione intelligendum secundum determinationes

*Frugum decimæ.*



nes scripturæ atque sanctorū expositiones in prioribus adductas.

Non conuenit igitur perfectis Christi & apostolorum successoribus in suo dominio sibi reseruare agros, ciuitates, aut castra, nec unquam opere seu exemplo Christi aut apostolorum fuit data forma ecclesiæ, id est euangelicis ministris habendi dominiū immobilium nec ipsa reseruandi ad futurum in ipsorū existentia potestate. Sed oppositum huius bene reperimus in scriptura ex Christi consilio, dum dixit. Vade & uende. Et rursus. Nolite possidere aurum &c. Amplius & Actuum quarto. Vendētes offerebāt pretia. Datur ergo forma ecclesiæ seruādi acquisita mobilia propter causas iam dictas, immobilia uero nequaquā, quæ in sui dominio uel simplici potestate alienandi fuerint, quin ea debeant alienando cōmutare, cum primum potuerint. Hæc etiam fuit sentētia Bedæ super illud Lucæ xxij. Quando misi uos sine sacculo &c. Non eadē, inquit Beda, uiuendi regula persecutionis, qua pacis tempore discipulos informat. Missis quidem discipulis ad prædicandum, ne quid tollerēt in uia, id est secum portarent, præcepit: ordinans, ut qui euangelium nunciat, de euāgelio uiuat. Instante uero mortis articulo & tota illa gente simul pastorem & gregem persequente, congruam temporis regulam decernit, permittens, ut tollant necessaria uictui, donec sopita persecutorū insania tempus euāgelizandi redeat. Quo scilicet tempore nō indigent tollere seu portare aliqua pro necessitate futura, eo quod à suscipientibus euāgelium sustentari debent, & hoc ab ipsis licite quotidie petere possunt. Si ergo quolibet tempore licuisset apostolis & ipsorum successoribus pro futuro quolibet necessaria reseruare, frustra & inconuenienter dedisset eis aliam regulam tempore quietis, & aliā in casu, tempore scilicet persecutionis. Et hoc est, quod in summæ paupertatis descriptione iam diximus, perfectis uidelicet nō licere temporalium reseruationem, si fuerint in loco, tempore, ac sui dispositione tali, quod quotidianum uictum sibi successiue conuenienter quærere possint. Ad aliam instantiam quæ inducebatur ex glossa super Matth. vij. cum dixit. Sed nemo debet scandalizari &c. Dicendū, quod necessaria & suis ad instantem aut immediate instantem quasi præsentem necessitatem, perfectus licite procurare potest. Residuum uero si quod fuerit ex quæsito pauperibus reseruando, absq; tamen omni proposito dominij, & hoc magis expediens ac meritorium est quàm illud deperdi sine re, misericordiæ enim opus est hoc & supererogationis. unde Matthei quinto. Beati misericordes. Et cum subiungitur in eadem glossa, quod Christus habuit oculos, unde necessaria usibus præ-

*Apostolorū successoribus non habent ciuitates.*

*Bedæ sententiæ à presbyteris notanda.*

beret, concedendū utiq; sed talia in loculis referuari fecit, ut quia loci uel temporis conditio, ac reliquæ adijcientiæ hoc exigebant, uel ut pauperibus occurrentibus inde prouideret. Sicut expresse patet ex glossa super illud Matth. xviij. Staterem illū assumens &c. Tantæ enim, inquit, paupertatis fuit dominus, ut unde daret tributa nō haberet. Iudas quidem cōmunia in loculis habebat, sed res pauperum in suos usus cōuertere nephas dixit. Ecce quod res illę seruatae pauperū erāt, id est propter pauperes, nec intelligas ex pauperibus solos apostolos, sed alios quoscuncq; præcipue fideles, quibus etiā ipse cum apostolis præbebant de referuatis manducare, sicut apparet Matthæi decimo, Marci sexto & viij, ac Ioan. vi. Vnde ait Christus. Date uos illis manducare. Sic etiam, ut ibidem quæ superfuerunt referuari præcepit, ne deperirent, unde Ioannis sexto. Colligite quæ superauerunt fragmenta ne pereant. Collegerūt ergo, apostoli uidelicet & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum.

Ad reliquam uero instantiam ex glossa super Matth. viij. cum dixit. Non prohibet prouidentia & laborem, ad eam quoq; inductā ex Ioannis xiiij. Quidam autem putabant &c. Rursum ad eas quę inducebātur ex Matth. xiiij. Marci sexto & octauo, ac Lucae nono, cum dixit Christus ad apostolos. Quot panes habetis? &c. Dicendum per omnia similiter, quemadmodū ad priorem immediatam instantiam dictum fuit. Ad eas uero instantias quibus deducebatur, perfectum summam paupertatem etiā obseruantem, rerum temporalium habere posse iam dictum dominiū in proprio uel cū alio in cōmuni, dicendū consequenter. Ad earū igitur primā, quæ sumpsit exordium ex Lucae xxij. cum dicebatur. Omnis qui emit & uendit uel emere aut uendere potest aliquid rei alicuius temporalis & eius pretij habet dominium de necessitate: Hęc nego, & cū probat, quia omnis emens aut uendens transfert rei uel pretij alicuius dominium. Hoc nego ab omnibus uiris perfectis, quāuis enim per se rem licite transferant aut cōmutent in pretium aut ecōuerso, non propter hoc transferunt in alios, aut in se suscipiunt dominium rei alicuius, nisi forte secundum accidēs transferre dicantur, ut quia ipsis rem licite transferentibus, domini fiunt in quos transfertur, aliunde tamen per se, ut infra patebit, dominium autem nullo modo suscipiunt, nec suscipere possunt perfecti manentes.

Sed dicet disputans, qui emit rem à perfecto, uel uendit, suscipit quod transfertur à perfecto, & nihil aliud, similiter autē & imperfectum transfert quod habebat, cum igitur emens suscipiat rei quā emit dominiū aut eius quā perfecto uendit, prius habebat & nunc desinat

desinat habere dominium, per necessitatem sequitur perfectum rei uenditæ per ipsum prius habuisse dominium, aut emptæ iam dominium habere posterius. Primam uero propositionem huius paralogismi concedo, si intelligatur per nihil aliud, id est nullam rem aliã. Et similiter quod perfectus suscipit ab alio rem quã transfert, & habere desinit uendens, sed cum additur. Emens suscipit rei dominiũ, ergo à perfecto transfertur in emẽtem, cõmittitur figura dictionis, quoniam suscipere rei dominium aut rem cum dominio, non est suscipere quod, sed quomodo. Vnde similis est paralogismus ei quẽ format Arist. in secundo Elenchorũ iuxta locum sophisticũ, qui dicitur *Figura dictionis.* figura dictionis. Est autem hic. Quoniã tradidisti mihi solũ denarium, solum denariũ non habuisti, ergo tradidisti quod non habuisti, differt tamen hic ab illo, quoniam in præsentem mutatur quid in aliquid, in eo uero quem format Arist. ecõuerso. Veruntamen ut amplius satisfiat quæstioni, quoniã quærentis sophisma dissolutum est, & propter minus doctos in arte sophistica. Dico quod dũ perfectus rem aliquam uendit, cõmutãdo, rem licite transfert in alterum, quoniam rem sibi iure quæsitam, & contrectari lege cõcessam, cuius tamen nunc habuit dominium. Quoniam ex præcedente capitulo monstratum est, quod rei alicuius aut eius usus uel utriusq; simul, conuenit habere potestatem licitam seu de iure, primo & secundo modo dicto, etiam rei corruptiuam absq; dominio, dicto secundũ tres sæpe dictas significationes. & ideo licitam potestatem habet rem sibi iure quæsitam cõmutandi, dum tamen illa in nullius alterius sit dominio. Tu dices, unde acquirit emens illius dominiũ? Dico quod iuris primo modo dicti permissione tam humani quã diuini. Nam quæ in nullius bonis sunt, occupanti & uolenti cõceduntur quantum ad dominium, quanto ergo magis, quæ sunt in bonis alicuius aliquo modo? ut iure primo & secundo modo dicto, quibus nõ domino eo concedente ac consentiente possunt accipienti & uolenti acquiri quantum ad dominium iure primo modo dicto, & translatione perfecti, secundum accidens tamen. Sic etiam econuerso dico quod dum perfectus aliquid emit, rei potestatem licitam accipit, non tamen dominiũ, neq; per se, neq; secundũ accidens, esto quod dominium desinat in uendente, ac in quolibet alio.

Sed dices, ergo licite res uenalis aut alia quælibet potest auferrì à perfecto, etiam actualiter ipsa indigente, quoniam in nullius bonis est, ex quo in nullius dominio, seu uendicandi potestate, similiter autem pretium aut res emptæ per ipsum, quod absurdum uidetur. Ad hoc dicendum, quod res in nullius bonis existens, occupãti iure

conceditur : & cum dicitur rem quam habet seu tenet perfectus, in nullius bonis esse, quoniã in nullius dominio de iure præsertim humano. In hoc cõmittit̃ paralogismus cõsequentis, quoniã nõ sequitur, hoc non est in dominio alicuius de iure, ergo non est in bonis alicuius de iure : potest enim ut diximus, aliquid acquiri alteri iure primo modo dicto, absq; omni iam dicto dominio. Quod si tamen humana iura hoc permitterent, uidelicet ut res quæ in nullius est dominio iam dicto, in nullius bonis intelligatur, & cõsequenter quod iure occupanti concedatur : Dico, quod rem quamcunq; apud perfectum existentem potest quilibet capax occupare, ac suam facere licite secundum ius humanum primo modo dictum, quod apparet ex liciti diffinitione, quæ ipsam non consentiente perfecto, præsertim indigente, licite secundum ius diuinum illam nequeat occupare aut suã facere, quinimò peccat sic faciens mortaliter, cõmittens lege diuina prohibitum sub pœna damnationis æternæ. Possunt autẽ hæc simul contingere, ut secundũ unam legem scilicet aliquid liceat quod secundum alteram prohibitum est. Sunt enim fornicationes solutorũ humana lege permissæ, ppter aliquid maius inconueniẽs declinandũ, quæ tamen lege diuina prohibitæ sunt cũ pœna iam dicta. Ad aliam instantiã qua dicebatur : qui habuit licitũ usum alicuius rei à domino eius inseparabilem, per necessitatem habuit rei dominium. Hæc concedenda est si referatur inseparabilitas dominij ab usu in personam utentis, quo modo dominium actiue dicitur, ut uidelicet quod ad omnem utentem sequatur dominiũ. Si uero hæc inseparabilitas referatur ad rem quo modo passiuè dicitur, eiusdem rei omnino potest esse usus & dominiũ, non tamen propter idem est dominus & utens. Potest enim aliquis licite uti re non sua consentiente domino rei, ut ex præcedente capitulo palàm fuit, & ideo in hoc sensu neganda est. Secundũ primum ergo sensum concessa propositione, licet etiam uidetur intendere disputas, ad minorem qua dicitur Christũ & apostolos quarundam rerum habuisse usum licitum, quarũ dominium non separabatur ab usu in utẽte scilicet: hanc nego tanq; hæreticã, sumẽdo dominiũ secundũ tres priores iam dictas significationes. Et cum additur, aut habuerũt usum rei suæ de iure, aut non suæ de iure : dico, quod utrarunq; ut quandoq; suarum de iure, quandoq; alienarum consentientibus earum dominis. Et cum dicitur, si suarum de iure, cum usu igitur earum habuerunt dominiũ : paralogismus cõsequentis cõmittitur hic, ut prius diximus. Non enim sequitur, hoc est alicui iure quæsitum uel eius usus, ergo ipse est dominium, quamuis bene sequatur, dominiũ

nium rei, aut dominiū usus eius est alicui iure quæsitum, ergo res  
 uel ipsius usus sua seu sibi iure quæsitum est. Et cū ulterius dicitur, si re  
 non sua utitur, aut ergo aliena uel ea quæ in nullius bonis est. Dico  
 quod utraq; licite potest uti, aut simul aut successiue. Et cū destrui  
 tur utraq; pars consequētis dicēdo primo, quod re in nullius bonis  
 existente perfectum uti non posse sine dominio, eo quod prius aut  
 simul cum usu oportet ipsum rem occupare, & sic ipsius habere do  
 minium. Dico perfectum eiusmodi rem prius occupare, cum uero  
 infertur, ergo eius fit dominus. Paralogismus consequentis est ut  
 prius: posset enim piscem capere perfectus atque comedere, cum  
 expresso tamen prius uoto, nunquam prædictum piscem aut rem  
 aliquam temporalem uendicandi contentiose coram iudice coacti  
 uo. Tu dices, occupanti conceditur rei dominium: dico quod ue  
 rum est uolenti, non uolenti autem non, quia spernere dominium  
 unicuique permissum est lege diuina & etiam humana, ut ex priori  
 capitulo palám. Deinde ad alteram partem consequentis, uidelicet,  
 quod in rem alienam non conueniat usus perfectus absque rei  
 iam dicto dominio: Quoniam dicit aliquis disputans, aut conce  
 dente domino rei seu consentiente uel non: Dicendum, quod consen  
 sentiente domino, aliter enim illicitus esset usus, maxime si dissen  
 taret tacite uel expresse: Si uero consentiente domino, dicit disputa  
 tans, aut ipso concedente dominium ipsi perfectus uel non conce  
 dente: Dico quod utroque modo licite contingere potest, etiam in  
 re unico usu consumptibili. Esto quidem igitur usum concessum ali  
 cui perfectus, quem exercet in rem, esse usum, rem consumentem, si  
 concessio sibi dominio rei cum usu utatur, ergo cum usu habet per  
 fectus iam dictum dominium. Dico paralogismum consequentis  
 committi ut prius, quoniam non sequitur: hic concedit alicui usum  
 & dominium alicuius rei, ergo cui conceditur efficitur dominus rei,  
 quia potest unum acceptare, ut potestatem licitam usus, & alterum  
 renuere, aut dudum renuisse per uotum, puta dominiū. Dicit ergo  
 disputans aliquis, cuius est ergo rei dominium? Dico quod domi  
 ni cuius erat ante concessionem expressam quam fecerat perfectus,  
 non uolenti suscipere, uel nullius: si tali expressa concessione, priue  
 tur dominus de iure humano rei dominio, potest tamē nihilominus  
 perfectus re uti usu etiā consumente & licite tanquam sibi iure quæ  
 sita, quæuis illius dominio in nullius bonis existente. Quod si dicatur  
 dominiū rei perfectus alicui concessisse usum rei suæ etiam cōsumen  
 tem absq; dominio, Adhuc dico Christū & apostolos & unūquēq;

perfectū in summa paupertate manentem, licite posse in rem illam exercere usum eam consumentem & destruentē. Et cū dicitur usum licitū fieri, quia priuat dominū sine facto suo, rei suæ dominio. Hic attendendū, qđ dominus rei alicuius unico cōsumptibilis usu, perfecto cōcedit, usum & cōcedere potest licite cū pposito sibi retinendi rei dominiū q̄ diu res extat, sed q̄ cito desinit siue in fieri, siue in facto esse, nō intendit sibi seruare dominiū, sed illi renūciat ex nunc prout extunc solū non antea, quod etiam faciunt concedentes elemosynam perfectis, ne aliqui maligni ab ipsis auferāt, eo quod potestate talia repetendi contentiose seu corā iudice coactiuo priuati sunt, q̄ quis sponte perfecti. Si enim dominus rei semper rei suæ dominium intenderet habere, nunq̄ concederet aut concedere deberet perfecto usum destruentem eam nisi esset insanus: Quoniā rei nō existentis, nemo dominus esse potest. Similiter etiam perfectus talem usum concessionem non susciperet, si hanc domini fore noscet intentionem. Et ideo dico, quod rei dominus facto suo priuatur rei dominio in fieri uel facto esse, dum res consumitur aut perfecte cōsumpta est, quia sic priuari uult & exprimit. Et ideo nullam patitur iniuriam, propter quod etiam usus perfectorū in res alienas, sic uolentibus rerū dominis, nequa q̄ illicitus est, quinimō sanctus & honestus, & tamen sic eis licite utuntur absq̄ iam dicto dominio.

Ad sequentem uero instantiā iam perfecte dictū est in solutione primæ instantiæ circa finem. Ad aliam instantiā sumentem originem ex primæ ad Timoth. iij. & ad Titū secūdo, quod oportet episcopum hospitalem esse. Supponendo semper & ubiq̄ episcopum summe pauperem seu perfectū esse debere, si Christi & apostolorū imitator perfectus existat, dico, quod oportet uel necesse est episcopum &c. potest dupliciter intelligi, & secundum mentem Apostoli. Vno modo necessitate simpliciter & absolute. Alio modo ex conditione. Rursum uel quantum ad affectum seu firmum propositum, uel quantum ad affectū & exteriorem effectū. Si ergo intelligatur necessitate absoluta, quod oportet episcopū hospitem esse secundum affectum, dico uerum esse, sicq̄ Apostolum intellexisse. Si uero intelligatur, quod oportet &c. quantum ad exteriorem effectū, dico quod oportet siue debet non absolute, sed ex conditione, ut si habuerit unde possit hospitalitatem exhibere. Quod si ad hospitalitatem tantū ad exteriorē effectū teneretur episcopus absolute per necessitatē oporteret ipsum habere atq̄ intēdere cōseruare temporalia, & per cōsequens sibi uēdicare contentiose atq̄ talibus dominari, sed nō tenetur ad hoc absolute, sed ex cōditione. Nā summus pon

pontificum secundum exteriorem effectum quandoque hospitalitatem non tenuit, cum dixit. Filius hominis non habet ubi reclinet caput, & quoniam ut supra induximus, Tantæ paupertatis fuit dominus, ut unde daret tributum non haberet. De quo igitur & in quo tunc seruasset hospitalitatem secundum exteriorem effectum, quis secundum interiorem affectum illam semper obseruauerit. Et ideo ad maiorem syllogismi dicendum, quod qui ex conditione debet hospitalitatem exteriorem uel absolute interiorem, non oportet fieri dominum alicuius rei temporalis, prouisorem autem futurorum aut reseruatorem omnem episcopum esse oportet ex conditione si potuerit, non tamen propter se, sed propter pauperes, sicut apparet ex glossa super illud Ioannis xxi. Pasce oues meas. Ad aliam cum dicebatur, episcopos sanctos immobilium habuisse dominium, ut ex epistola beati Ambrosij de tradendis basilicis supra inductum est, Dico quod sancti episcopi, ut Ambrosius & alij, agros & reliqua quæ dixerunt ecclesiæ, non dixerunt ecclesiæ, quia in dominio uendendi, alienandi, aut uendicandi potestate fuerit episcoporum in proprio uel communi, qui ecclesiæ nomine signantur per sæpe, si statum summæ paupertatis obseruauerunt, quod ad presens supponimus, sed pro tanto dicti sunt agri ecclesiæ, quoniam prouentus inde ueniens, ad cultum dei & sustentationem ministrorum euangelicorum atque templorum statutus erat per legis latorem aut alium donatorem, in quorum scilicet statuendum remanebat dominium defendendi & uendendi, à quocumque aliter talia contractare uolenti, quemadmodum dictum est circa principium huius. Et hæc erat intentio prædictorum sanctorum, unde Amb. eadem epistola post præinducta uerba, sic ait. Si agros desiderat Imperator, potestatem habet uendicandorum. Nemo nostrum, id est presbyterorum seu episcoporum, interuenit, potest pauperibus collatio populi redundare, non faciat de agris inuidiam, tollat eos si libitum est: Imperatori non dono, sed non nego. Non sic autem dicerent episcopi modernorum, & tamen si sciuisset se peccare mortaliter in non defendendo seu non negando agros: Imperatori certum est quod ipsos sibi negasset, præcipue si ad hospitalitatem exteriorem fuisset simpliciter obligatus, quemadmodum quidam somniasse uidetur, qui tamē in israel magistri sunt, nec talia ignorare deberent, nec fortasse ignorat, sed magis homini quam deo placere student. Quod autem ostendebatur de Christo in speciali, eo quod secundum leges humanas, qui aliquem redimit à morte, illius dominus efficitur ac suorum temporalium: Christus autem omnes homines à morte redemit, Dico ad primam propositionem, quod non est uniuersaliter uera, etiā secundum leges ciuiles

*Agri ecclesiæ.*

*Christus nō est  
dominus tem-  
poralium.*

les, nisi apponatur uolens. Esto namq; iure permissum omni redemptori alterius fieri dominū eius, qui à morte redimitur & suorū temporalium. Dico quod redimens aliquem à morte nō necessario fit eius dominus, uerbi gratia si nō uoluerit aut renūciauerit, ppter qd' etiam esto Christum omnes homines sic à morte redemisse, ut dicūt humanæ leges, & per consequens omnium posse dominum effici. Dico tamen quod Christus perfectus existēs, dominus nō fuit temporalis, maxime humano seu etiā acquisito dominio, eo quod omni tali dominio Christus renunciauit, tam in personis q̄ in rebus, ut ex quarto huius, & etiam immediate præcedenti capitulo satis apparet. Vel dicendū, quod Christus pro eo statu omnium dominus efficitur, pro quo nos à morte redemit: hoc autem est pro statu alterius seculi & non præsentis, non enim redemit nos à morte huius seculi, de qua etiam leges humanæ loquuntur. Et ideo pro statu seculi huius ex sua redemptione nō acquisiuit dominium hominū, nec suorū temporalium. Quo enim modo dixisset uerū Christus, dū dixit de seipso Matth. viij. & Lucæ nono. Filius autem hominis non habet ubi reclinet caput, si dominus erat omnium humanorum temporalium? Et ideo uel nunq; acquisiuit tale dominium, ut in secunda solutione dicitur, uel si acquirere potuisset, noluit & renūciauit, quemadmodum facere posset etiam quilibet alter perfectus. Aut apertū dixisset mendacium, quod nephas est credere. Ad ultimam instantiā, ex Apoc. xix. ubi accipiebatur de Christo, qd' habebat scriptum in uestimēto, Rex regū &c. & hoc in uestimēto humanitatis secundū gloss. Dico quod scriptū habuit hoc Christus in uestimento humanitatis, quia uerbū dei iunctū fuit cū pelle humana, ratiōe cuius illud dominiū sibi debebatur sicut uerbū scriptū est cū pelle uina similitudinarie ratione cuius, pellis aliquid habet uenerandū, ut disciplinam signare, aut aliam ueritatem quamcunq;. Vel dicendū quod de tali dominio scilicet temporali, non sensit ibi beatus Ioannes imò de dominio regni æterni, uel quātum ad regnum æternū. Vnde glossa subdit, Rex regū, id est super omnes sanctos. Non igitur erret, nec secū alios errare faciat Rom. papa uel alter episcopus, quoniā si temporalia possidere querit hisq; dominari, hoc licite fortasse potest, etiam in statu salutis existens, non tamen summæ paupertatis seu perfectionis, instar Christi & apostolorū statum obseruans. Quid quidem igitur sit paupertas meritoria, quis ue summus eius modus seu perfectissima species, & qd' hunc Christus, ipsumq; imitantes apostoli seruauerint in uia, ex dictis sufficienter determinasse putamus.



VICVM III. SECUNDA DICTIO SEV PARS.  
DE SACERDOTALIS OFFICII, PER ESSENTIALEM ET  
accidentalem, separabilem & inseparabilem autoritatē  
diuisione, & quod in essentiali dignitate quicumq;  
presbyter episcopo non sit inferior, sed in ac-  
cidentalitantummodo. Cap. XV.



St autem his habita quæstio difficilis, & ad confide-  
randum necessaria ualde. Dictū est enim nobis xv.  
primæ, & æqualiter rememoratū octauo huius in fi-  
ne, legis latorem humanū ipsum secūdum se aut per  
partem principantem, causam agentem esse institu-  
tionis omniū officiorū seu partium ciuitatis, cum his quoq; memini-  
mus nos dixisse in ultimo primæ, Sacerdotium seu sacerdotale offi-  
cium nouæ legis à solo Christo primum institutum fuisse, quē tamē  
omnem seculi principatum, omnēq; temporalium dominium abdi-  
casse monstrauius quarto & xi. xij. & xiiij. huius, & neque huma-  
num legis latorem fuisse duodecimo & xij. primæ: qua propter nō  
eundem esse cuiuslibet officij ciuitatis institutorem, & humanum le-  
gis latorem aut principem, dixisse uidemur: unde merito dubitabit  
aliquis ex his, cuius quidem sit autoritas instituendi sacerdotium, &  
in communitatibus fidelium maxime, quoniam inuicem iam dicta  
de hoc repugnare uidentur. Hanc itaq; dictorum apparentem  
contrarietatem amouere tentantes, rememorabimus primum eorū  
quæ diximus sexto & septimo primæ, uidelicet alteras esse cau-  
sas cuiuslibet officiorū ciuitatis, secūdū quod officia nominant ha-  
bitus animæ, alterasq; ipsorū secūdū quod partes sunt ciuitatis in-  
stitutæ propter sufficientias habendas ex his, quod etiā pportiona-  
liter oportet attendere in sacerdotio, quemadmodū in reliquis offi-  
cijs ciuitatis. Nam sacerdotij secūdū quod animæ nominat habi-  
tum quendam, quem characterē uocant sacræ scripturæ doctores  
causa efficiens per se immediata seu per se factor est deus, hunc im-  
primens in animam, humano tamen quodam præuio ministerio,  
quasi præparante. Cuius exordiū in noua lege fuit à Christo: ipse  
enim qui uerus deus & uerus homo fuit in quantum humanus sa-  
cerdos ministerium exhibuit, quod subsequentes nunc exhibent  
sacerdotes: In quantum uero deus characterem impressit in ani-  
mas eorum, quos sacerdotes instituit, quo modo primum sanctos  
apostolos instituit tanquam successores suos immediatos, sicq; con-  
sequenter reliquos sacerdotes omnes, per ministerium tamen apo-  
stolorum, & reliquorum sibi succedentium in hoc officio. Nam  
apo

*Sacerdotij insti-  
tutio.*

apostolis aut reliquis sacerdotibus manum alijs imponentibus, & debita uerba seu orationes ad hæc proferentibus, Christus in quantum deus hunc habitum seu characterem sacerdotalem digne suscipere uolentibus, imprimit. Et similiter opinandum est in reliquorū ordinum collatione, ex quibus character aliquis imprimitur in animam susipientis. Hic siquidem character sacerdotalis sit unus aut plures, potestas est, per quam sacerdos consecrare potest ex pane & uino, corpus & sanguinem Christi benedictum cum certa uerborū pronuntiatione ac reliqua ecclesiastica sacramenta ministrare, per quem etiam soluere potest & ligare homines à peccatis.

*Character sacerdotalis.*

Hunc autem characterem seu potestatem susceperunt apostoli secundum quorundā sententiam, cum dixit eis Christus, quod scriptum est Matth. xvi. Marci xiii. & Lu. xxi. Quod quia series huius perfectius apparet in Luca, ipsam adducamus ibidem, ut habetur sic, Accepto pane, gratias egit & fregit, Christus scilicet, & dedit

*Quando apostoli characterem susceperint.*

eis, apostolis uidelicet, dicens, Hoc est corpus meum, quod pro uobis datur, hoc facite in meam cōmemorationē: hoc facite, id est hoc faciendi potestatem habete. Quibusdam uero uisum est, hanc auctoritatem apostolis fuisse datam, per id quod scriptum est Ioannis xx. dum dixit Christus ad eos, Accipite spiritū sanctū: & quorū remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorū retinueritis, retenta sunt.

Alij autem dicunt hoc factū fuisse per id quod habetur Math. xvi. dū dixit Christus ad eos in persona Petri. Tibi dabo claves regni cælorū &c. Vel per id quod dictum est eis à Christo, eiusdem xvij.

Amen dico uobis: quæcunq; alligaueritis super terram, erunt ligata & in cælo: & quæcunq; solueritis super terram, soluta erunt & in cælo. Alij uero rursus dicunt, duas esse potestates seu auctoritates sacerdotales prædictas: Vnam quidem, qua sacramentum eucharistiæ cōficere possunt: Reliqua uero, qua ligare uel absolueri possunt homines à peccatis. Quas siquidem etiā diuersis temporibus & Christi sermonibus dicunt apostolis fuisse collatas. Quod tamē horum probabilius existat, non refert ad præsentem intentionem.

*Potestates sacerdotū due.*

Nam qualitercunq; aut quodocunq; huius officij facta fuerit institutio in apostolos, constat, ipsis per Christū hanc potestatem fuisse traditam: sic quoq; ipsorū ministerio iam dicto, & suorū successorum conferri cæteris, qui ad hoc officium assumuntur. Vnde primū

ad Timoth. iij. Noli negligere gratiam quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiā, per impositionem manuum presbyteri. Eodemq; modo, suū quendā characterem recipiunt diaconi per impositionē manuum presbyteri. De quibus Actū sexto, Hos, scilicet diaconos

futuros,

futuros, statuerunt ante cōspectum apostolorum, & orantes impo-  
 fuerunt eis manus. Hunc siquidem sacerdotalem characterem  
 siue unum siue plures, quem diximus potestatem conficiendi sacra-  
 mentum eucharistiæ seu corporis & sanguinis Christi, ac potestātē  
 soluendi atq; ligandi homines à peccatis, & quem etiam deinceps  
 appellabimus auctoritatem essentialē seu inseparabilem presby-  
 tero, inquātū presbyter est: probabiliter mihi uidetur, quod omnes  
 sacerdotes habent eundem specie, nec ampliorem habet hunc Ro-  
 episcopus, aut alter aliquis q̄ simplex dictus sacerdos quicūq;. Nā  
 in hac autoritate siue una siue plures extent, episcopus à sacerdote  
 non differt, teste Hieronymo, imò uerius Apostolo, cuius etiam est  
 aperta sententiā, ut infra patebit. Inquit enim Hierony. super illud  
 Matth. xvi. Et quodcūq; ligaueris super terrā &c. Habent quidē  
 eandem iudiciariam potestatem alij apostoli, supple, quam habuit  
 Petrus, quibus post resurrectionem ait, Christus scilicet, Accipite  
 spiritum sanctū, quorū remiseritis peccata, remittuntur eis, &c. Ha-  
 bet omnis ecclesia, presbyteris & episcopis preponens in hoc pres-  
 byteros, quoniā autoritas hæc debetur presbytero inquantū pres-  
 byter primo & secundū quod ipsum. De potestate uero sacramēti  
 eucharistiæ nemo cōtendit quin æqualis sit in quouis sacerdote illi  
 quæ Romani pontificis. Ideoq; mirandū est, cur contendat aliqui  
 pertinaciter asserentes, minus tamen rationabiliter, Romanū pon-  
 tificem reliquis sacerdotibus ampliorem clauium à Christo potesta-  
 tem habere, cum id ex scriptura conuinci nequeat, sed oppositū ma-  
 gis. Propter quæ etiā euidentius intuenda, debet uos nō latere,  
 qd hæc nomina presbyter & episcopus in primitiua ecclesia fuerūt  
 synonyma, q̄uis à diuersis proprietatibus eidē imposta fuerint. Nā  
 presbyter ab ætate nomen impositū est, quasi senior, episcopus ue-  
 ro à dignitate seu cura super alios, quasi superintendēs. Vnde Hie-  
 ronymus in epistola quadam ad Euandrū presbyterum, quæ intitu-  
 lari solet, qualiter presbyter & diaconus differāt, inquit sic. Preby-  
 ter & episcopus aliud ætatis, aliud dignitatis est nomen. Vnde &  
 ad Titum & ad Timotheū de ordinatione episcopi & diaconi dici-  
 tur, de presbyteris omnino recitetur, quia in episcopo presbyter cō-  
 tinetur. Hoc etiā manifeste apparet per apostolū ad Philippenses  
 primo, cū dixit. Omnibus sanctis in Christo Iesu, qui sunt Philippis  
 cum episcopis & diaconibus. Ecce quod sacerdotes non aliter no-  
 minauit q̄ episcopos. Certum enim est, quod episcopi plures in uni-  
 ca ciuitate nō aliter erant, nisi quia plures sacerdotes. Idem rursum  
 palam per eundem ad Titum primo, cum dixit. Huius rei gratia re-  
 liqui

*Sacerdos ean-  
dem cum papa  
potestātē habet*

*Presbyter.  
Episcopus.*

*Sacerdos idem  
qui episcopus.*

- liqui te Cretæ, ut ea que defunt corrigas, & constituas per ciuitates
- presbyteros, sicut ego tibi disposui, si quis sine crimine est. Et immediate subiungens constituendorū presbyterorum qualitatem ait.
- Oportet enim episcopum sine crimine esse, sicut dei dispensatorem. Ecce quod constituendum presbyterū nō nisi episcopum uocauit. Idem Actū xx. loquens ad unius ecclesiæ sacerdotes, Ephesi uidelicet, inquit. Attendite uobis & uniuerso gregi, in quo uos spiritus sanctus posuit episcopos regere ecclesiā dei, quam acquisiuit sanguine suo. Ecce quod in ecclesia unius municipij, uidelicet Ephesi, plures allocutus est apostolus tanquam episcopos, quod nō fuit nisi propter sacerdotum pluralitatem, qui omnes episcopi dicebantur, propter hoc quod superintendentes esse debebant populo, quibus hoc nomen in posteriori ecclesia sibi solum retinuerit qui primus sacerdotū eiusdem ciuitatis aut loci, per reliquos sacerdotes & populum iustituebatur.
- Vocabat autem Apostolus eos magis episcopos quam presbyteros, ut ad eorum memorias reduceret, curam & sollicitudinem quā habere debent reliquorū fidelium. Se ipsum presbyterum uocabat, non episcopū propter humilitatem, ut apparet ex præinducta serie primæ ad Timotheū quarto, cum dixit. Noli negligere gratiam &c. Sic etiam Petrus atque Ioannes se uocarunt seniores, id est presbyteros, quoniā nomen hoc ab ætate impositū fuit. Vnde primæ Petri quinto. Seniores ergo qui in uobis sunt obsecro consenior, & testis Christi passionum. Et. ij. Ioannis primo. Senior electæ doming & natis eius. Et rursum eiusdem iij. primo. Senior Caio charissimo. Verum ubi cōmunis litera canonis habet senior aut cōsenior, beatus Hieronymus in epistola prædicta ubique habet presbyter aut cōpresbyter, quoniam his nominibus tanquam synonymis utebantur apostoli. Post hæc autem apostolorum tempora numero sacerdotū notabiliter aucto, ad scandalum & schisma euitandū elegerunt sacerdotes unum ex ipsis, qui alios dirigeret & ordinaret quantum ad ecclesiasticum officium & seruitiū exercendum, & oblata distribuendū, ac reliqua disponendum conuenientiori modo, ne istud quolibet prolibito faciente iconomia & seruitium templorū turbaretur, propter affectionū diuersitates. Hic siquidem electus ad alios sacerdotes regulandos, ex posteriorū consuetudine retinuit sibi soli nomen episcopi quasi superintendētis, eo quod nō solum fideli populo superintendens erat, propter quod omnes sacerdotes in ecclesia primitiua dicebantur episcopi, uerū etiam quia superintēdebat reliquis cum presbyteris suis, propter quod talis Antiochiæ sibi soli nomen episcopi retinuit, cæteris sibi postmodū simplex nomen retinētibus sacer

*Quare Paulus sacerdotes uocat episcopos.*

*Quando episcopi instituti.*

cerdotis. Verū iam dicta electio seu institutio per hominem, sic electio nihil amplioris meriti essentialis seu sacerdotalis autoritatis, aut prius dictæ potestatis tribuit, sed solum ordinationis iconomicæ in domo dei seu templo potestatem quandam, alios sacerdotes, diacones, & officiales reliquos ordinandi & regulandi quomodo Priori datur potestas in monachos temporibus his, potestas inquam non coactiua cuiusq̃, nisi quantū de hoc sic electo cōcessum fuerit per legis latorem humanū, ut quarto huius & octauo demonstratum est, & in sequenti capitulo amplius apparebit, neq̃ aliqua intrinseca dignitas alia siue potestas. Hoc etiā modo militantes in *Imperator.* bellicis sibi eligunt capitaneū quē præceptorē seu imperatorē antiquitus solebāt dicere, quōuis nomē hoc, Imperator scilicet, ad regalis monarchiæ modū quendā aut speciē, aliarū quasi supremā translatum fuerit, & taliter his temporibus usitentur. Sic quoq̃ diaconi ex *Archidiaconus* ipsis archidiaconū eligūt, cui meritū essentialē seu sacrum ordinem diaconatu ampliorem talis electio minime tribuit, sed solū qualem quandā, ut diximus, humanā potestatem ordinandi seu regulandi diaconos reliquos. Vnde non plus sacerdotalis autoritatis essentialis habet Ro. episcopus quā alter sacerdos quilibet, sicut neq̃ beatus Petrus amplius ex hac habuit ceteris apostolis. Omnes enim hanc eandem autoritatem à Christo susceperunt æqualiter & immediate, ut dictum est prius autoritate Hieronymi super illud Matth. xvi. Et tibi dabo clauēs regni cælorū, & amplius declarabitur capitulo consequenti. Fuit autem hæc aperte sententia beati Hieronymi epistola supradicta, in qua postq̃ ex multis apostolorū prædictorum autoritatibus demonstrauerat eundem esse penitus in essentiali dignitate à Christo data presbyterum & episcopū in ecclesia primitiua seu apostolorū tempore, reddens causam dictorum, inquit. Quod autem unus electus est, qui ceteris præponeretur, in schismatis remedium factum est, ne unusquisq̃ ad se trahens, Christi ecclesiam rumperet. Nam & Alexandria à Marco euangelista usque ad Hereidam & Dionysium episcopos presbyteri semper unum de se electum in excelsiori gradu collocatum, episcopum nominabant, quomodo, si exercitus Imperatorem faciat, id est præceptorem seu capitaneum secundum modernum usum, nō quidem secundum quod Imperator modum monarchiæ dicit usu moderno: Aut eligant diaconi de se quem industrium nouerint & archidiaconum uocent, quid enim facit excepta ordinatione episcopus, quod presbyter non faceret? quantum scilicet ad actus essentialis autoritatis: Nō enim intellexit ibi Hieronymus per ordinationem potestatem

conferendi, seu collationem sacrorū ordinū, quoniam præter hanc multa faciunt, & faciebant etiam suis temporibus episcopi, quæ nõ faciunt sacerdotes, quãcũq; ad omnia sacramenta conferenda diuina potestate sic possit sacerdos quilibet sicut episcopus. Sed intellexit ibi per ordinationem potestatē iconomicā, de qua diximus prius, ab homine uel hominibus sibi datam immediate, quod etiam confirmo ratione cū eiusdē Hiero. autoritate: Ratione quidē, quoniã iam multi fuerūt electi episcopi à tota plebe, sicut beatus Clemens, beatus Grego. beatus Nicolaus, & reliqui multi sanctorum, quibus constat per plebem aut etiã sibi cõpresbyteros maiorem sacrū ordinem non fuisse collatum, aut intrinsecum characterem aliquem: sed solam potestatem ordinandi ecclesiæ ritum, atq; personas regulandi, quantum ad exercitium diuini cultus in templo seu domo dei: propter quod etiam tales electi ad alios sacerdotes dirigendū in templo, & populum instruendum in his quæ sunt fidei uocati episcopi, ab antiquis legum latoribus, ut à Iustiniāno & Romano populo, tunc uocabantur iconomi reuerendi, quorū etiam supremus uocatus est iconomus reuerendissimus ab eisdem. Et ideo secundū ueritatem & intentionem Hieronymi non aliud est episcopus quàm archipresbyter. Quod autem non altera sit essentialis dignitas episcopi quàm sacerdotis, neque inuicem episcoporum seu sacerdotū amplior, expressit etiam Hieronymus epistola prædicta, cū dixit. Nec altera Romanæ urbis ecclesia, & altera totius orbis existimanda est, & Gallia, & Britannia, & Africa, Et Persis, & Oriens, & India, & omnes barbaræ nationes unum Christum adorāt, unam obseruant regulam ueritatis: Si autoritas queritur, orbis maior est urbe. Vbicunq; fuerit episcopus siue Romæ, siue Eugobij, siue Constantinopolis, siue Regij, siue Alexandria, siue Rachenis: eiusdem sunt meriti, eiusdem sunt sacerdotij. Potētia diuitiarum, & paupertatis humilitas uel sublimiorem uel inferiorem episcopum facit, cæterum omnes apostolorum successores sunt. Alia uero quedam aut aliæ sunt sacerdotalium officiorum institutiones non essentielles, qualem quãdam iam dictam electionem diximus, qua unus ex ipsis ad aliorū ordinationem seu gubernationem assumitur, quantum ad ea quæ diuino cultui attinent, quales etiam sunt ipsorū quorundam electiones & institutiones ad docendum & instruendum, ac nouæ legis sacramenta ministrandum certo populo & in determinato loco maiori aut minori, similiter quoque ad dispensandum tam sibi, quàm reliquis pauperibus temporalia quædam, per legislatorem aut singulares personas statuta & ordinata pro sustentatione

*Iconomi reuerendi, qui nunc episcopi.*

tione pauperum euangelizantium in certa prouincia uel cōmunitate, necnon propter aliorum etiam pauperum sibi sufficere impotentium, propter ætatem aut infirmitatem uel alterā miserabilem causam, sustentationem, ex eo tamen quod superest euangelizantium sufficientiæ, quæ siquidem temporalia sic statuta uocantur ex usu moderno ecclesiastica beneficia, de quibus habitū est decimo quarto huius. Hæc enim templorum ministris dispensanda cōmittuntur in usus prædictos, ministris inq̄ ad hæc statutis, electis, & ordinatis in certa prouincia, per eam enim auctoritatem essentialem, qua successores sunt apostolorum, non magis determinantur ad unum locum aut populum instruendū, & sacramenta nouæ legis ministrandum quàm ad reliquum, quemadmodum nec apostoli omnino fuerunt determinati, quibus dictum fuit Matthæi ultimo, Euntes ergo docete omnes gentes, Non determinans eos Christus ad loca, sed ipsi postmodum inter se sibi condiuiserunt populos & prouincias, in quibus uerbum dei seu legem euangelicam annunciarent, quandoq̄ uero reuelatione diuina id etiam perceperūt. Vnde etiam ad Galatas secundo. Dexteras dederunt mihi & Barnabæ societatis. Iacobus uidelicet, Cephas, atque Ioannes, ut nos in gentes, ipsi autem in circuncisionem. Sic igitur ex prædictis apparet, à quo tanquam efficiente sit institutio sacerdotij & aliorum ordinū, quos sacros appellant, quoniam à deo seu Christo immediate, quāuis præuio quasi præparante quodam humano ministerio, ut manuum impositione atque uerborum pronuntiatione, quæ ad hoc fortasse nihil efficiunt, sed sic præmittuntur ex quodam pacto seu ordinatione diuina. Apparet etiam ex iam dictis, quod alia est quædam humana institutio, qua sacerdotum unus alijs præfertur, qua etiam sacerdotes ad certas prouincias & populos erudiendos & instruendos in lege diuina, & ministrandis sacramētis, ac dispensandis temporalibus, quæ beneficia ecclesiastica diximus, statuuntur. Apparet rursum ex his, quoniam in auctoritate prima, quam ex principio essentialem diximus, omnes sacerdotes æquales sunt merito atque sacerdotio, quemadmodum Hieronymus dixit in epistola prædicta, causam assignans, quoniam omnes episcopi apostolorū successores sunt. In quo innuere uidetur, omnes apostolos æqualis auctoritatis fuisse: sicq̄ consequenter, neminem ipsorum singulariter in alterum aut supra reliquum uel reliquos auctoritatem habuisse, nec quātum ad essentialem institutionem, quam primam diximus, nec quantum ad secundarias institutiones. Vnde etiā similiter opinandum uidetur de ipsorum successoribus inuicem, ad quos siquidem

*Beneficia ecclesiastica.*

*Ritus ecclesiastici quales.*

dem & in quos, unde perueniant institutiones huiusmodi, quas secundarias & autoritate humana factas iam diximus, quæue ratio nabiliter sit earum effectiua causa, determinandum utiq; restat.

## DE APOSTOLORVM AEQUALITATE IN OFFICIO SIVE

dignitate quacunque, per Christum illis immediate collata, unde probatur quod de successorum omnium æqualitate dictum est capitulo præcedenti, & qualiter episcopi omnes indifferenter successores sint apostoli cuiuscunq;. Cap. XVI.



Prioribus itaq; inchoâtes, in hoc ostendemus primū apostolorū neminē ad alios habuisse præminentiam in essentiali dignitate sacerdotali scilicet sibi datam à Christo, deinde uero quod in nulla institutione alia, quā secundariam diximus, & eo minus in iurisdictione aliqua coactiua, quæuis hoc proximū sufficiēter demonstratū fuerit quareto huius & .v. Ex quibus etiā per necessitatē deducemus, episcopoz sibi successorū, neminem singulariter autoritatē seu potestatem aliquam iam dictarum in reliquos sibi coepiscopos seu compresbyteros habere, nec oppositum huius uirtute uerborum scripturæ, sed magis propositū posse conuinci. Demū uero ex hoc quod & præcedenti capitulo finaliter intendimus, deducemus per necessitatem ad humanū legis latorem fidelem pertinere has institutiones, quas secundarias sæpe uocauimus, tanq; ad causam per se factiuam illarum, sicuti & aliarum partium ciuitatis. Primum quidem igitur propositorum conuincitur, ex Lucæ xxij. Nam tribuens Christus apostolis potestatem ad eucharistiæ sacramentum, inquit ad eos.

- » Hoc est enim corpus meū, quod pro uobis datur, hoc facite in meā
- » cōmemorationem. id est hoc faciendi potestatem habete, proferendo tamen uerba consimilia, quando actum hunc exercere debetis, uidelicet. Hoc est enim corpus meum. Nec dixit hæc uerba plus ad beatū Petrū q̄ ad alios: Nō enim dixit Christus, fac & alijs apostolis sic faciēdi potestatem tribuas, sed dixit, facite, in plurali & omnibus indifferenter. Idem quoque per omnia sentiendum de clauium potestate, siue his eisdē uerbis tradita fuerit apostolis siue alijs, aut alio tempore, ut his quæ habentur Ioannis uigesimo. Postq; enim
- » Christus dixit apostolis, Sicut misit me pater, ita & ego mitto uos,
- » Insufflauit & dixit eis, Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorū retinueritis, retenta sunt. Dixit ergo



ergo Christus, Mitto uos sicut pater me misit, nec dixit Petro aut alteri apostolo singulariter, Mitto te sicut pater &c. & tu alios mitte. Nec rursus dicit, Christus insufflauit ei, sed dixit eis, non uni per alterum. Nec dixit Christus ad Petrum, accipe spiritum sanctum & alijs postmodum tribue, sed dixit, accipite, in plurali & indifferenter omnibus loquens. Et hoc est etiam quod habetur Matthæi ultimo, dum dixit Christus ad eos. Euntes ergo docete omnes gentes, & dixit euntes pluraliter & indifferenter, non dicens Petro, uade ergo & alios mitte. Quod amplius exprimens Apostolus ad hanc quaestionem diffiniendam, ut uidelicet nemo crederet aliquem apostolorum hanc habuisse prerogatiuam seu autoritatem super alios, eam expresse remouens à Petro, de quo fortasse uidebatur hoc magis, propter aliqua sibi à Christo singulariter dicta, & quia senior cæteris erat, secundo ad Galatas inquit sic. Mihi enim qui uidebantur esse aliquid, nihil contulerunt, sed econtra, cum uidissent quod creditum est mihi euangelium præputij sicut Petro circuncisionis. Qui enim operatus est Petro in apostolatam circuncisionis, operatus est & mihi inter gentes. Et cum cognouissent gratiam quæ data est mihi, Iacobus, & Cephas, & Ioannes, qui uidebantur columnæ esse, dexteras dederunt mihi & Barnabæ societatis, &c. Qui ergo fuit operatus Petro in apostolatam, operatus fuit & Paulo, hic autem fuit Christus, ergo huiusmodi officium non suscepit à Petro, & similiter nec apostoli reliqui. Vbi etiam glossa secundum Aug. hoc amplius exprimens, inquit. Illi qui uidebantur esse aliquid, scilicet Petrus & alij qui fuerunt cum domino, nihil contulerunt, id est, addiderunt mihi, in quo patet, quod non illis inferior sum, qui à domino, à deo perfectus sum, ut nihil esset quod in collatione meæ perfectioni adderetur. Ecce quod Paulus non fuit inferior Petro nec alijs. Consequenter ad hanc intentionem subiungit glossa. Cum uidissent, quod euangelium præputij creditum est mihi ut fidei, ita principaliter sicut & Petro euangelium circuncisionis. Ecce quod æque principaliter missus fuit Paulus quemadmodum & Petrus, & non à Petro aut apostolorum aliquo, sed à Christo immediate, quod amplius exprimens Apostolus eadem primo, sic ait. Paulus apostolus non ab hominibus nec per hominem, sed per Iesum Christum & deum patrem. ubi glossa secundum Amb. Paulus apostolus non electus uel missus ab hominibus, scilicet ab Anania, ut quidam dicebant, uel ab alijs, ut quidam ab apostolis electi & missi fuerunt. Deinde parum infra subdit secundum Augustinum. Cæteri enim apostoli uidebantur esse maiores, quia priores, iste minimus, quia nouissimus. Sed inde apparet dignior, quia priores constituti sunt per Christum

*Paulus nihil accepit à Petro.*

*Paulus dignior*

adhuc ex parte hominem, id est mortalem. Nouissimus uero Paulus per Christū iam totum deum, id est ex omni parte immortalem, & deum patrem qui hoc fecit per filium, atq; ut aperiret, cur dixerit neque per hominem, subdit, qui suscitauit eum à mortuis. Et ita dignius constituit me per immortalem Christū, quàm alios per mortalem. Rursum confirmans hoc apostolus infra eodem, ait. Notum enim uobis facio euangelium fratres, quod euangelizatū est à me, quia non est secundū hominem, neq; enim ego ab homine accepi illud neq; didici, sed per reuelationem Iesu Christi. Vbi glossa secundum Augustinū. Notū enim uobis facio euangelium fratres, quod euangelizatum est à me, quia non est secundū hominem docentem me, & uere non est ab homine. Neq; enim accepi illud neque didici ab homine, ut homo me eligeret ad euangelizandū, uel mihi iniungeret, neq; didici ab homine docente me, sed per reuelationem Iesu Christi. Ecce qd' neq; Petrus neq; alius apostolorū aut homo qui selegit, misit, aut iniunxit Paulo ministeriū euāgelij. Idem quoq; iudicandū est de apostolis reliquis. Nullā ergo potestātē, eorū minus coactiuā iurisdictionē habuit Petrus à deo immediate super apostolos reliquos, neque instituendi eos in officio sacerdotali, neq; segregandi eos seu mittendi ad officiū prædicationis, nisi quod hoc sanè concedi potest, ipsum fuisse priorem alijs ætate uel officio fortasse secundum tempus, aut apostolorum electione, qui eum propterea reuerentur merito, quibus hanc electionem ex scriptura nemo cōuincere possit. Signum autem uerum esse quod diximus est, quoniam beatus Petrus nullam sibi assumpsisse singulariter autoritatē supra reliquos apostolos, inuenimus ex scriptura, sed magis cum ipsis æqualitatem seruasse. Nō enim sibi assumpsit autoritatem de terminandi, quæ dubia erant circa euāgelij prædicationem, quod pertinet ad doctrinā. Sed quæ dubia fuerūt in hoc, ex cōmuni deliberatione apostolorum & aliorum fidelium magis doctorum determinabantur, non Petri aut alterius apostoli seorsum determinatione. Vnde Actuum decimo quinto. Dissentione orta inter prædicatores euangelij, an oporteret circumcidere incircumcisos fideles ad salutem æternam consequendam, Quibusdā dicentibus oportere, Paulo uero & Barnaba reclamantibus contra hoc, conueniunt apostoli & seniores uidere de uerbo hoc, super quo locuti sunt Petrus & Iacobus non oportere, quorum sententiæ seniores & reliqui consenserūt apostoli, unde subditur infra. Tunc placuit apostolis & senioribus cū omni ecclesia eligere uiros, & mittere Antiochiā &c. scribentes per manus eorū. Et fuit modus scribendi modo de-

libe

*Petrus quomodo superior.*

*Concilium apostolorum.*

randi conformis, & talis. Apostoli & seniores fratres his qui sunt Antiochiæ, & Syriæ, & Ciliciæ fratribus ex gentibus, salutem &c. Simile etiam habetur infra eodem continuata sententia, cum dicitur. Placuit ergo nobis collectis in unum eligere viros & mittere ad uos. Rursum idem eodem infra parum. Visum est enim spiritui sancto & nobis, nihil ultra imponere uobis oneris. Non ergo determinauit Petrus supradicta dubia circa fidem de plenitudine potestatis, quam quidam somniantes magistri in Israël habere dicunt Romanum episcopū, qui pronunciauerūt in non scriptis dogmatibus, ipsum per se solum, quod non ausit Petrus, ea quæ circa fidem dubia sunt, determinare posse, quod falsum apertum est, & scripturæ dissonans palam, de quo etiam sequenti capitulo & huius uigesimo diffuse dicemus. Deliberauit ergo, dubium determinauit, elegit, & scripsit fidelium doctorum congregatio. Et hac autoritate ualidum fuit sic determinatum atq; mandatū. Congregatio enim apostolorū amplioris fuit autoritatis, quàm solus Petrus, aut alter apostolus. Vnde ab ipsa Petrum legimus missum in Samariam, ut apparet Actuum octauo. Cū autē audiuissent apostoli qui erant Hierosolymis, quia recepit Samaria uerbum dei, miserunt ad eos Petrum & Ioannem. Cur ergo & unde assumunt adultores sacrilegi quidam, dicere quenquam episcopum habere à Christo plenitudinem potestatis, etiam in clericos, nedum in laicos, cum beatus Petrus aut alter apostolus nunquam talem sibi potestatem ascribere præsumpserit opere uel sermone? Hoc enim asserentes deridendi sunt, nihil credendi, minusq; timendi, cum scripturæ oppositum clament in literali & manifesto sensu ipsarum. Nam beatus Petrus nunquam super apostolos aut alios talem habuit potestatem, sed cum ipsis potius, ut iam diximus, æqualitatem iuxta Christi præceptum seruauit. Vnde Matthæi uigesimo tertio. Nolite uocari rabbi. Vnus est enim magister uester Christus. Omnes autem uos fratres estis, id est æquales. Et dixit omnes, excipiendo neminem. Cōfirmatur autem sententia hæc per apostolum ad Galatas secundo, ubi sic ait. Ascendi autem secundum reuelationem, & contuli cum illis euangelium quod prædico in gentibus, ubi glossa secundum Augustinū. Et nō didici ab illis tanquam maioribus, A Petro scilicet nec ab alijs principalioribus apostolorū, de quibus infra dicitur Sed cōtuli cū eis tanq; amicis & paribus. Idem rursum infra eodem, cū dixit apostolus, Cū autē uenisset Cephas Antiochiā, in faciē eirestiti, quia reprehensibilis erat, &c. ubi glossa secundū Hier. Ipsi nihil mihi cōtulerunt, sed ego cōtuli Petro. Et subiungitur cōsequenter.

Ego

Ego restiti ei tanq̄ par. Hoc enim nō auferet facere nisi sciret se nō imparem fore. Ecce ergo quod Paulus fuit par officio & dignitate, Petro non inferior, licet Petrus fuerit ætate senior & tempore prior pastor. Similiter apparet, beatū Petrū aut aliū apostolorū neminem super reliquos habuisse præminentiam seu potestatem in distribuendis temporalibus oblatis ecclesiæ primitiæ, unde Actū iij.

*S. Petrū non habuisse plus autoritatis reliquis apostolis.*

Quotquot enim possessores agrorum & domorū erant, uendentes offerebāt pretia eorū, & ponebant ante pedes apostolorum, diuidebantur autem singulis, prout cuiq̄ opus erat. Ecce quod dispositio temporalium oblatorū ecclesiæ fiebat per apostolos cōmuniter nō à solo Petro. Non enim dicitur, ponebant ante pedes Petri, sed apostolorum. Nec dicitur, diuisit autem Petrus, sed diuidebantur.

Dicigitur mihi, unde Romano episcopo uenit autoritas talia p̄ uoto distribuendi, uel legata in hominū testamentis ad pias causas, alijs tamen cōmissa conseruari aut distribui, tanq̄ sibi soli debita re petendi, cum nec sibi soli aut cum alio liceat diuino aut humano iure talia petere, quæ aliorum fidei custodiæ per leges rationabiles cōmissa sunt, ut testantium aut sic ordinantiū uoluntate. Dicat enim testator, de suo scilicet, & lex erit, sicut in alijs scriptum est. Non enim potest ratio sumi ex scriptura sacra, fidem faciens, hanc potestatem Romani aut cuiusq̄ alterius episcopi fore, sed oppositi magis. Quod si hæc legata cōmissa fuerint ecclesiæ distribuenda determinatę diocesis, ad eos pertinebit episcopos, qui sic determinatę diocesi præ sunt, ad Romanū uero nequaq̄. Huius autem causa est, quoniam Romanus episcopus supra reliquos sibi coepiscopos aut cōpresbyteros nullam habet à Christo, nec habuit potestatem aut autoritatem, quod erat unū propositorū ex principio capituli huius. Nam sicut Petrus hanc nō habuit supra reliquos apostolos, ita nec Petri successores in episcopali sede Romana supra successores reliquorū apostolorū. Non enim habuit Petrus potestatem, sacerdotium, apostolatū, aut episcopatū illis cōferendi, quoniā omnes à Christo potestatem seu autoritatem hanc immediate non per Petri ministerium plusq̄ econuerso sumpserunt, quemadmodum ex scriptura patenter pbauimus supra. Quod etiā expresse dicit Aug. de q̄stionibus noui & ueteris testamenti. q. lxxxiiij. ubi sic ait. Eodē die, id est penthecosten, lex lata est, quo & spiritus sanctus decidit in discipulos, ut autoritatē caperēt, ac scirēt euāgelicū ius prædicare.

Amplius sicut Petrus Antiochiæ legitur electus in episcopū per fidelium multitudinem, aliorū apostolorū confirmatione non indigens: sic & apostolorū reliqui præfuerunt in alijs prouincijs absq̄

Petri scientia, institutione, uel cōsecratione aliqua, fuerāt enim per Christum consecrati sufficienter, propter quod similiter opinādum horum apostolorū successores non indignisse aliqua confirmatione successorū Petri, quinimò multi successores aliorū apostolorum fuerunt electi & instituti episcopi rite, ipsorumq; prouincias sancte rexerunt absq; alia institutione uel cōfirmatione de ipsis facta per successores Petri. Et extitit hoc sic legitime obseruatum usq; quasi ad tempora Constantini Imperatoris, qui quandam præeminentiam & potestatem tribuit episcopis & ecclesię Romanorū super cæteras mundi ecclesias seu presbyteros omnes. Hanc siquidem Petri & apostolorū æqualitatem significauit Apostolus ad Gala. ij. cum dixit, Dextras dederunt mihi & Barnabæ societatis, Iacobus, Petrus, atq; Ioannes, ut nos in gentes, ipsi autem in circūcisionem. Dexteras societatis ergo & æqualitatis, ut ex glossa secundū Aug. satis ostensum est supra, quibus in hoc dictū Apostoli sic sit apertum, ut glossa nō egeat, quod etiam supra induximus ex epistola Hieronymi ad Euandrū, dicētis omnes episcopos siue Romæ siue alibi, eiusdem sacerdotij atq; meriti seu potestatis à Christo collatæ.

*Apostolos in dignitate æquales.*

Quod si tamen beatus Petrus à quibusdā sanctorum princeps apostolorū scribatur, dictum est large, ac improprie sumendo uocabulum principis, etiā si sic aperte contra Christi sententiam & oraculum, ubi Matth. xx. & Lucæ xxij. inquit, Principes gētium dominantur eorum, uos autem nō sic. Ideoq; dicendū sic sanctos locutos fuisse, nō propter potestatem aliquā à Christo super apostolos sibi datam: sed fortasse quia ætate senior, aut quia Christū prius confessus est, fuisse uerū dei cōsubstantialē filiū, uel quia fortasse fuit in fide feruentior atq; constantior, aut quia cū Christo conuersatus & frequentius uocatus in consilijs & secretis. Vnde Apostolus ad Galatas ij. Iacobus & Cephas, id est Petrus & Ioannes, qui uidebātur columnæ esse, ubi glossa secundū Ambrosiū, Quia honoratiores erant in apostolis, quia semper in secretis cum domino fuerunt. Cuius rei exemplū cōueniens sumi potest ex principantibus seculi, qui nec præsumunt sibi inuicem aliqua potestate, ut Comites eiusdē regni, quorū unus alteri nō subest iurisdictione uel autoritate, sed oēs immediate regi. Cū tamen quādoq; inter alios unus aut plures cæteris honoratiores habeantur, ut quia seniores aut aliqua uel aliquibus uirtutibus excellētiores, uel magis obsequiosi regi aut regno, propter quod à rege uel populo magis diliguntur, & reuerentiores habentur. Quo etiā modo debemus opinari de apostolis inuicē & ad Christū. Oēs enim sub Christi potestate & autoritate fuerūt, immedia-

*Petrus cur princeps apostolorum uocatus.*

te

te ab ipso suam institutionem sacerdotij & apostolatus suscipientes  
 nō ab inuicem, ut in aperto clamat ubiq; scriptura, & sancti sequen-  
 tes ipsam, quibus inter eos beatus Petrus honoratior fuerit propter  
 iam dictas causas, non tamen propter aliquam sibi à Christo super  
 reliquos traditam potestatem. Hanc enim eis inuicem interdixit, ut  
 supra induximus ex Matth. xxij. cum directe ad propositam nunc  
 intentionem dixit eis. Nolite uocari Rabbi, unus est enim magister  
 uester, uos autem omnes fratres estis. Similiter aut̄ neq; iurisdic-  
 tionem coactiuam habuit in reliquos apostolos plusq; econuerso,  
 nec per consequens ipsorū successores inuicē. Hanc enim sibi Chris-  
 stus penitus interdixit Matth. xx. & Luc. xxij. ad propositas inten-  
 tiones directe. Cum enim facta esset contentio inter eos, quis eorū  
 esset maior, dixit eis Christus. Reges & principes gentiū dominan-  
 tur eorum, & qui maiores sunt, potestatem exercent in eos, uos autē  
 non sic, nec posset Christus hoc magis aperte negare. Cur ergo cre-  
 det aliquis de hoc magis humanæ traditioni, siue sancti siue nō san-  
 cti, q̄ apertissimo Christi eloquio? Contra talem enim uel tales lo-  
 quitur Christus Marci vij. cum dixit directe ad propositam inten-  
 tionem. Inuanum autem me colunt docētes doctrinas & præcepta  
 hominum. Relinquentes enim mandatū dei tenetis traditiones ho-  
 minum. Et parum infra. Bene irritum facitis præceptum dei, ut tra-  
 ditionem uestram seruetis, quod faciunt docentes humanas decre-  
 tales, quæ Romano episcopo dicunt cōuenire potestatem & domi-  
 nium temporalium non solum ecclesiasticorum, uerum etiam & im-  
 perialium atq; regalium, facientes irritum dei præceptū, ut ex deci-  
 mo quarto demonstratū est, & ex præsentī capitulo liquet aperte,  
 ut suam traditionem de bonis temporalibus ad ipsorū cōmodū ser-  
 uent. Quod si tamen apostoli beatum Petrum tanq; sibi episco-  
 pum elegissent, aut principaliorē propter ipsius ætatem & sancti-  
 tatem acquisitam, excellentiorē, ut habetur ex quodam Anacleti  
 papæ decreto, in Isidori codice contento, cuius series est. Cæteri ue-  
 ro apostoli cum eodem, Petro scilicet, pari cōsortio honorem & po-  
 testatem acceperunt, ipsumq; principem eorū esse uoluerunt. Non  
 tamen ex hoc sequeretur, quod ipsius successores in Romana sede  
 uel alia, si alibi fuit episcopus, hanc prioritatem habeant super alio-  
 rum successores, nisi à reliquorū successoribus eligerentur ad hoc,  
 maioris enim uirtutis fuerunt aliqui successores aliorū quibusdā suc-  
 cessoribus Petri, quibus proprie quilibet episcopus indifferēter sit suc-  
 cessor cuiuslibet apostoli quantum ad officium, licet non locū. Rur-  
 sum cur magis conueniret hoc successoribus eius in sede Romana,  
 quàm

*Decretales hu-  
mane.*

*Quilibet epi-  
scopus succe-  
sor S. Petri.*

quàm in Antiochena uel Hierosolymitana uel alia, si episcopus in pluribus extitisset? Amplius quilibet episcopus quantum ad intrinsecam dignitatem, inseparabilem scilicet, indifferēter successor est cuiuslibet apostoli, & eiusdem meriti siue perfectionis, quantum ad dignitatem prædictam siue characterem, quoniam omnes hūc habent eundem ab uno efficiente siue datore secundū numerum immediate, uidelicet à Christo, non ab eo qui manus imposuit. Neq; refert quis apostolorum manus imposuerit. Vnde primæ ad Corinth. tertio. Nemo in hominibus gloriatur siue Paulus siue Apollo siue Cephas, &c. uos baptizauerit, uel aliter manus imposuerit, nō refert. Vnde subdit, uos autem Christi estis, id est, interius signaculum habetis à Christo. Vbi glossa. Vos autē Christi nō hominum, in creatione uel recreatione, quæ per sacramenta fit, supple.

Amplius propter manuum impositionem Romanus episcopus non est aut dici debet singulariter beati Petri successor, quoniā Romanum episcopum esse conuenit, cui non imposuit manus beatus Petrus, nec mediate nec immediate; nec rursum propter sedē siue loci determinationem, primum quidem, quia nullus apostolorum lege diuina determinatus fuit omnino ad populum aliquem uel locum, nam Matthæi ultimo dictū est omnibus. Euntes ergo docete omnes gentes. Amplius quoniam beatus Petrus prius legitur Antiochiæ fuisse q̄ Romæ. Rursum quoniā si Roma fieret inhabitabilis, non propterea periret Petri successio. Adhuc quia neq; lege diuina, neq; scriptura, quanq̄ de necessitate salutis ad sui credulitatē inuitante, cōuinci potest per Christum, aut apostolorū aliquem uel ipsorum collegium fuisse statutum, episcopum alicuius determinatæ prouinciæ siue diocesis debere uocari uel esse Petri aut alterius apostoli singulariter successorē, ceterisq; priorē, esto quantūcunq; apostolos autoritate impares extitisse, Sed ille uel illi magis sunt aliquo modo beati Petri & reliquorū apostolorū successores, qui uitæ & ipsorum sanctis moribus amplius conformantur. Tales enim, responderent beati apostoli, fore successores suos interrogati de his, instar Christi eorum magis, qui Matth. xij. respondens, dicenti sibi Mater tua & fratres tui foris stant, quærētes te, ait. Quæ est mater mea & fratres mei? Quicunq; enim fecerit uoluntatem patris mei qui in cælis est, ipse meus frater, & soror, & mater est. Quis ergo episcoporum aut sacerdotū magis meretur apostolorū dici successor? *Quis successor apostolorum.* is certe, qui eos amplius moribus & operibus imitatur. Quod si dicatur, episcopum aliquem eo fieri beati Petri singulariter & principaliter successorem, quia per Romanum clerum, aut per ipsum cū  
t reli

reliquo populo, ad episcopatum eligitur: & eo fieri episcopum uniuersalis ecclesiae, quamquam specialius ciuitatem Romanam respiciat, quam diu extiterit ipsa. Dicendum quod, quamuis hoc dictum multiplices possit pati calumnias, unico tamen modo sufficienter repelli potest, quoniam ex sacra scriptura conuinci non potest, sed oppositum magis, quemadmodum supra monstratum est, & immediate sequenti capitulo amplius ostenditur. Propter quod eadem uel consimili facilitate qua dicitur, negari potest. Vnde tamen & propter quid principalitas peruenerit, si debeatur episcopo & ecclesiae Romanorum super ceteras, xxij. huius seriose dicetur. Iam dictis autem audiri desuetis mirabilius est, quia desuetum amplius & inopinabile fortassis uidebitur, si non falsum: Quod ex certo scripturae testimonio conuinci potest, Romanos episcopos magis esse successores quantum ad prouinciã & gentẽ, apostoli Pauli quam Petri, praesertim in episcopali sede Romana: Rursumque quod iam dicto superadmirabilius uidebitur, quod per scripturam probari nequit, Romanos episcopos successores esse singulares beati Petri, propter sedis siue prouinciã determinationem, sed propter hoc potius eos, qui sederunt aut sedent in episcopali Antiochena sede, quam Romanos. Prioris autem nunc dictorum fides esse potest ex eo quod, quamuis beatus Paulus generaliter missus fuerit ad omnes nationes, quemadmodum apostolorum quilibet reliquorum (unde Actuum ix. Vas electionis est iste mihi, ut portet nomen meum coram gentibus & regibus & filiis israel) singulariter tamen & principaliter fuit apostolus gentium, quemadmodum Petrus Iudaeorum, tam per reuelationem quam secundum apostolorum inuicem ordinationem. Vnde ad Galatas ij. Cum uisissent Iacobus, Petrus, & Ioannes, quod creditum est mihi euangelium per prout, id est gentium, sicut Petro circucisionis, id est Iudaeorum, & intendit Apostolus utrobique tam Petro quam sibi principaliter, quoniam & Petrus gentibus & Paulus Iudaeis poterat predicare si causa uel necessitas extitisset, quamuis principalitas in gentibus per dispensationem esset Pauli & ad Iudaeos esset beati Petri, sicut glossa secundum Augustinum exponit ibidem. Rursum Act. xxij. Dictum est Paulo in stupore mentis suae per reuelationem. Vade, quoniam in nationes longe mittam te. Amplius Act. xxvij. & ultimo. Et sic uenimus Romam. Et infra parum loquens Apostolus Iudaeis in Roma, inquit. Notum ergo sit uobis, quoniam gentibus missum est hoc salutare dei, & ipsi audiunt, mansit autem biennio toto in suo conductu, & suscipiebat omnes qui ingrediebantur ad eum praedicans regnum dei. Rursum testatur hoc ipse magis specialiter ad Romanos. xi. Vobis enim, inquit, dico gentibus, quam diu quidem ego sum apostolus

Ro. episcopi potestus S. Pauli successores, quam Pauli.



lus gentium, ministeriū meum honorificabo, si quomodo ad æmu-  
 landum prouocem carnem meā, id est, licet quādoq; etiam Iudæos  
 exhorter ad hoc, principaliter tamē ad gentiles apostolus sum. Ad  
 huc ad Galatas ij. Iacobus, & Cephas, & Ioannes, qui uidebātur co-  
 lumnæ esse, dextras dederunt mihi & Barnabæ societatis, ut nos in-  
 gentes, id est ad Gentiles, ipsi autē in circūcisionem, id est ad Iudæos  
 irent euangelium prædicandū. Postremo uero legitur idem primæ  
 ad Timoth. ij. & ij. ad eūdem primo, & series omni propter abbre-  
 uiationem. Cum igitur per scripturam constet euidenter, Paulū  
 Romæ fuisse biennio, & ibidem omnes suscepisse Gentiles conuerti  
 uolentes, idemq; prædicasse, constat ipsum fuisse Romanū episco-  
 pum specialiter, eo quod ibidem officium pastoris exercuit, autori-  
 tatem huius habens à Christo, & reuelatione mandatum, & aposto-  
 lorum aliorum electione consensum. De beato uero Petro in quo  
 secundum propositorū apparebit, dico per scripturam sacram con-  
 uinci non posse ipsum fuisse Romanum episcopū, & quod amplius  
 est, ipsum unq; Romæ fuisse. Admirandissimū nanq; uidetur, si se-  
 cundum quandam uulgatam ecclesiasticam legendam sanctorum  
 beatus Petrus præuenit Romam beatū Paulum, ibidem prædi-  
 cans uerbum dei, & postmodum captus, deinde quod beatus Pau-  
 lus in suo aduentu Romam, unā cum beato Petro tot conflictus ha-  
 buerint cum Simone mago, & simul tantum pro fide certarunt ad-  
 uersus Imperatores & ipsorum ministros: demumq; secundū ean-  
 dem historiam, quod ambo simul capite priuati, propter Christi cō-  
 fessionem dormierunt in domino, & sic Romanā Christo consecra-  
 uerunt ecclesiam: Admirandissimum inquā dico, quod beatus Lu-  
 cas, qui actus apostolorū scripsit, & Paulus apostolus de beato Pe-  
 tro nullam prorsus mentionem fecerunt. Amplius quod beatus  
 Petrus Romam nō præuenit eos, credere facit probabiliter ualde,  
 quod Actū ultimo scribitur. Dum enim Paulus in suo aduentu  
 primo alloqueretur Iudæos inter cætera, sui aduentus Romam uo-  
 lens assignare causam, inquit. Contradicentibus autem Iudæis co-  
 ctus sum appellare Cæsarem. At illi dixerūt ad eum. Nos neq; lite-  
 ras accepimus de te à Iudæa, neq; ueniens aliquis fratrum nuncia-  
 uit aut locutus est quid de te malū. Rogamus autē à te audire quæ-  
 sentis, nam de secta hac notum est nobis, quia ubiq; ei cōtradicitur.  
 Dicat ergo mihi ueritatis inquisitor, non quærens contendere solū  
 si probabile sit alicui beatum Petrum Romam præuenisse Paulum  
 & nihil nunciasse de Christi fide, quam Iudæi loquentes ad Paulum  
 sectam uocabant; Amplius Paulus in reprehendendo ipsos de in-

*S. Petrum nunq̄  
 fuisse Romæ,  
 nedū ipsum esse  
 Romanum epi-  
 scopum.*

credulitate, si nouisset Cepham ibidem fuisse & prædicasse, quomodo non dixisset aut ipsum huius testem induxisset negotij, qui resurrectionis Christi testis extiterat: ut apparet Actuum tertio. Et rursum, de quo iam diximus quis opinabitur, quod biennio existens ibidem Paulus nunquam conuersationem collationem aut contubernium habuerit cum beato Petro? Et si habuisset, quod de ipso nullam penitus mentionem fecisset, qui Actuum scripsit historiam? In alijs enim locis minus famosis, dum Paulus Petrum inuenit, mentionem de ipso fecit, & cum eo conuersatus est, ut in Corintho, primæ ad Corinth. tertio, & in Antiochia, ut ad Galatas secundo, & sic de reliquis plerisque locis: In Roma uero inuentum, quomodo non nominasset, quæ omnium urbium famosissima erat, & in qua secundum iam dictam historiam beatus Petrus præerat tanquam episcopus? Sunt enim hæc incredibilia quasi, propter quod historia illa siue legenda non uidetur in hac parte probabiliter posse teneri, & cum apocryphis computari debere. Sed per scripturam sacram indubitanter tenendum, beatum Paulum fuisse Romanum episcopum: & si quis alter cum ipso Romæ fuerit, tamen Paulum singulariter & principaliter propter causas prædictas fuisse Romanum episcopum, beatum uero Petrum Antiochiæ, ut apparet ad Galatas secundo. Romæ uero non contradico, sed uerisimiliter teneo ipsum in hoc non præuenisse Paulum, sed potius econuerso. Quod autem omnium maxime attendendum propter propositum principale, est: quoniam & si aliqua sint congruentia, propter quas appareant quomocumque singulariter uocati successores beati Petri, successoribus aliorum reuerentiores, & præcipue in episcopali sede Romana: nulla tamen, ut eisdem subiecti credantur secundum aliquam potestatem iam dictam aliorum apostolorum successores, sacra scripturae necessitas uocat. Esto ad huc apostolos autoritate impares extitisse. Non habuit ergo beatus Petrus aut apostolus alter uirtute uerborum scripturae super alios potestatem instituendi aut deponendi, neque quantum ad sacerdotalem dignitatem quam essentialiter diximus, neque ad eorum missionem seu determinationem ad locum aut populum, neque ad scripturae seu fidei catholicae interpretationem, neque quantum ad coactiuam cuiusque in hoc seculo iurisdictionem. Vnde per necessitatem sequi uideatur, quod nec uirtute uerborum scripturae, successor aliquis ipsorum alicuius singulariter quomocumque uocatus, in successores reliquorum aliquam supradictarum habeat potestatem. Potest autem hoc patenter astrui autoritate Hieronymi, quam ex epistola ipsius ad Euandrum circa finem quartæ capitulo præcedentis induximus.

*Legenda ecclesiastica.*

VICVM III. SECUNDA DICTIO SEV PARS.  
DE AVTORITATE INSTITVENDI EPISCOPOS ET  
alios curatos ac reliquos ecclesiæ ministros quan-  
tum ad utranque dignitatem siue officium,  
separabilem siue inseparabilem.

Caput XVII.



E primæ quidem igitur sacerdotalis autoritatis, quã essentialem diximus, factiua causa iam dictũ est nobis. De reliqua uero, qua scilicet certis sacerdotibus aut populo uel utrisq; in certa prouincia seu loco pre-feruntur ipsorũ aliqui, amplius unde conueniat eis- dem temporalia quędam, iam uocata ecclesiastica beneficia, dispẽ- sare: unde etiam rursus ad ipsos seu ipsorum quosdam coactiue iurisdictiones peruenerint, ad quem etiam, aut quos, & qualiter con- uenientius sacrę scripturę dubios sensus, in his præcipue quę ad salutis necessitatem attinent, determinare pertineat, reliquum nobis est diffinire. Sufficienter enim manifestatis his, apparebit quod ab huius operis initio propositum manifestare fuerat.

Ante tamen quã hic proposita singulariter prosequamur, ex- pediat narrare primum institutionis & determinationis episcoporũ seu presbyterorum modum circa statum & initium ecclesię primi- tiuę, unde cætera postmodum deriuata sunt. Horũ autem omni- um principium, accipiendum est à Christo, qui caput est & petra, su- per quam fundata est ecclesia catholica, secundum quod dicit Apo- stolus ad Ephesios quarto & quinto, & primæ ad Corinthios decimo, Quod etiam dicit glossa quędam super illud Matthæi decimo sexto, Super hanc Petram ædificabo ecclesiam meam. Hoc inquã caput ecclesię petra & fundamentũ, Christus scilicet, apostolis con- tulit sacerdotium & autoritatem episcopalem super omnes gentes & populos cuiuslibet seorsum neminem ad certum locum seu popu- lum determinando sic, quin etiam sibi liceret ubilibet prædicare, quamuis aliqui magis deputati fuerint in gentes, alij uero in circũ- cisionem ipsorum inuicem, aut spiritus sancti ordinatione. Quod etiam uidetur sentire glossa super illud secundæ ad Galatas. Et cũ cognouissent gratiam quę data est mihi inter gentes. Inquit enim glossa. Christus enim dedit Paulo ut ministraret gentibus, qui etiã Petro dederat ut ministraret iudæis. Ita tamen dispensatio distribu- ta est illis, ut & Petrus gentibus prædicaret, si causa fuisset & Pau- lus iudæis. Quod similiter uidetur Apostolus intellexisse ad Roma-

*Christus petra  
super quam ec-  
clesia fundata.*

nos undecimo, cum dixit. Ministerium meum honorificabo, si quo  
 modo ad æmulandum prouocem carnem meam, id est ludæos, ex  
 quibus natus erat secundum carnem, ut glossa dicit ibidem. Ex  
 quibus uerbis sentiendum uidetur, quod ea potestate seu characte  
 re, qua quis sacerdos instituitur, indifferēter habet potestatē ubiq;  
 ministrandi, & super omnem populum, quamuis diuina reuelatio  
 ne, uel humana quadam ordinatione quidam ad certum locum aut  
 populū magis determinantur, quàm ad reliquū præcipue tempori  
 bus his. Hæc autem uidentur scripturæ ac rationi cōsona. Nam  
 generalem unicuiq; apostolorum tradens Christus administratio  
 nem, Matthæi uigesimo octauo dixit apostolis indifferenter. Eun  
 tes ergo docete omnes gentes, neminem determinando ad locum  
 aut populum. Quandoq; uero ad specialem gentem aut populum  
 diuina reuelatione determinati fuisse uidentur, cum dicat Apосто  
 lus de se Actuum, xxij. Factum est autem reuertenti mihi in Hie  
 rusalem, & oranti in templo fieri me in stupore mētis, & uidere illū,  
 Christum scilicet, dicentem mihi. Festina & exi uelociter ex Hieru  
 salem, quoniam non recipient testimonium tuum de me. Et parum  
 infra subiungitur sibi dictum à Christo. Vade, quoniam in natio  
 nes longe mittam te. Ecce quod per reuelationem accepit quando  
 que Paulus aliquam loci & populi determinationem, sic etiam ean  
 dem suscepit determinationem ipse cū alijs apostolis, humana qua  
 dam ordinatione. Vnde ad Galatas secundo dixit. Dexteras dede  
 runt mihi & Barnabę societatis, Iacobus, Cephas, atque Ioannes, ut  
 nos in gentes, ipsi autem in circuncisionem. Ecce determinationem  
 apostolorum ad certum populum & prouintias, humana ordina  
 tione factam immediate. Constat autem, quod ex tali determina  
 tione siue facta immediata dei reuelatione, siue ipsorum inuicem or  
 dinatione, ipsos non recepisse perfectionem per spiritum sanctum,  
 quam prius non habuissent. Apparet hoc siquidē ratione, quo  
 niam esto, episcopum aut alium curatum quemlibet determinatum  
 ad aliquam prouinciam aut populum, extra prouinciam sibi com  
 missam exiisse, sicut frequētius quàm oporteat, euenire uidemus,  
 obuiet autem casu aliquo uel à pposito etiam alicui non fideli neq;  
 baptizato, baptizari tamen petenti per se uel alium, si quidem hūc  
 baptizet, seruata forma sacramenti, cōstat hunc uere baptizatum  
 esse, quamuis forte mortaliter peccet sic baptizans in non sibi sub  
 iecta seu cōmissa prouintia. Non ergo determinatus est quisquam  
 ex episcopali seu sacerdotali potestate, quam essentialem diximus,  
 ad locum aut populum, sed indifferenter respicit omnes. Determi

nata

nata fuerunt tamen huiusmodi quandoq; diuina reuelatione, ut in ecclesia primitiua, frequētius tamē humana ordinatione præcipue modernis tēporibus. Et hoc ad scandalū euitandū inter episcopos & sacerdotes inuicē, & ppter alias euidentēs utilitates, quas in se quē tibus assignabo. His itaq; sic præmissis ad pposita in principio huius capituli singulatiter accedētes, ostēdemus primū determinatæ institutionis apostolorū ad certos populos atq; puintias causam factiuam conuenientiore[m] immediatam fuisse Christi reuelationem, aut ipsorum inuicem concordem ordinationem: Deinde uero quod suorum successorum primorum ante populi conuersionem, determinatę institutionis causa factiua immediata fuit expressa uoluntas omnium apostolorū aut pluriū, si omnes aut plures præsen-tes fuerunt simul in loco seu prouintia, in qua sacerdotem aut episcopum oportebat statuere, uel ipsorum apostolorū unicus secundum loci & populi ac temporis dispositionem: Demum uero quod post mortem apostolorum aut in ipsorū absentia, episcoporum & aliorum ecclesię seu spiritualium ministrorum institutio secundaria modorum conuenientissimo possibilium humanę conuersationi, facta est per uniuersitatem fideiū in loco siue prouintia, super quā iam dicti ministri debent institui, quā[m] per aliquod singulare collegium aliud uel personam. Sicq; postmodum ostendētur reliqua cōsequenter. Horum ergo primū apparere potest, quod uidelicet nō alia conuenientior huius determinationis causa potest assignari q̄ diuina reuelatio, aut ipsorum conueniens deliberatio, quoniam in harum neutra error aut malitia interuenisse uidetur. De diuina siquidem reuelatione nemini dubium, de apostolorū autem electione uidetur probabile, atq; credendum, quoniā spiritu sancto in spirati erant, ut ex Ioannis uigesimo pridem induximus.

Deinde dico quod suorum successorum primorū, maxime ante populorum conuersionem, institutionis secundarię seu determinationis causa factiua immediata fuerunt & esse debuerūt omnes aut plures apostolorum uel ipsorum unicus secundum modum prædictum, ut si simul omnes, aut ipsorum plures aut unicus tantum reperti fuerint ibidem. Hoc autem conuincitur primum ex scriptura, nam ipsos sic egisse legimus Actuum sexto in diaconorum institutione, etiam quantū ad primā institutionem, quā essentialē iam diximus, unde. Hos statuerūt ante cōspectū apostolorū, & orantes, apostoli scilicet, imposuerunt eis manus. Non ergo adduxerunt eos ad Petrum solum, sed ante conspectum apostolorum.

*Apostoli, nō Pe-  
trus solus, ma-  
nus imposue-  
runt.*

trus sibi assumpsit singulariter auctoritatem imponendi eis manus, sed apostoli imposuerunt eis manus, est autem & hoc rationi consonum. Verisimile enim est omnes aut plures apostolorū simul certius deliberasse, ac minus errasse circa personam promovendam siue ad sacerdotium siue ad alium sacrum ordinem, quolibet ipsorū seorsum accepto, quemadmodum supra induximus capitulo præcedente, ipsos propter hoc simul cōuenisse cum alijs senioribus ad diffiniendum dubium circa legem euangelicam in facto circūcisionis. Rursum ex hoc tollebatur scandali & cōtentionis materia, quæ uerisimiliter inter eos orta fuisset, si quis eorum in aliorum præsentia potestatem aut prioritatem præter reliquos assumere uoluisset, quam Christo uiuente inter ipsos ortam ex hoc Christus diffiniuit, ipsorum exprimens æqualitatem, ut ex Matth. xxij. & Lucae xxij. induximus, per Apostolum quoque ac sanctorū expositiones, id amplius manifestauimus capitulo præcedente. Amplius rationabilius sic agere fuit, ut ex hoc ab omnibus suis successoribus præsumptionem huius singularitatis auferēs, & similiter faciēdi exemplū præberent, ut ex glossa super Act. vi. monstrabitur infra parte nona.

Quod si tamen non simul omnes aut plures fuissent, ubi episcoporum multitudini alicui fidelium custodiendæ ac seruandæ in fide oportebat præficere? Dicendum sanè hoc ipsorū unicum licite facere potuisse, maxime ubi multitudo fidelium pauca erat, rudis & imperita discernere conuenientiore personam ad episcopatus officium, & præcipue ubi sufficientium personarum ad hoc officium quasi nulla pluralitas erat, quemadmodum Paulo & suis successoribus primis sæpe contigit propter causas prædictas, ut ex Actibus apostolorum & suis epistolis ad Timotheū & Titum satis apparet. Quod autem per ipsorū unicum talis institutio fieri potuerit & debuerit licite ostendi potest, quoniam ex hoc eligebatur melior & conuenientior pastor. Aut enim præficere se alijs in ministerio euangelij, licitum erat unicuique pro uoto, aut hoc fieri debebat per electionem subiectæ multitudinis, aut per apostolorum aliquem ibi præsentem. Ex primo modo scādālū & error cōtingere potuisset, scādālū quidem, si duo uel plures hanc sibi auctoritatē assumere uoluissent, Error quidē seu pastoris insufficientia similiter. Quoniā ut plurimū stulti aut ambitiosi præsidatū appetunt & assumere tentant amplius studiosis & sapientibus uiris. Ex secūdo uero modo, uidelicet ex illius multitudinis electiōe cōstituisse prælatū, error & insufficientia uerisimiliter contigisset, propter multitudinis illius imbecillitatē in quanto

&amp;

& quali, rudes enim erant à principio in pluribus prouincijs, præsertim extra ludæam, & facile seducibiles, ut ex tota epistola ad Galatas & pluribus alijs satis apparet. Vnde Apostolus primæ ad Corinthios tertio. Et ego fratres non potui uobiscū loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus, tanquā paruulis in Christo lac positum dedi, non dum enim poteratis, sed nec nunc quidē potestis, adhuc enim carnales estis. Tutius ergo & sanius fuit hanc institutionem fieri electione seu determinatione alicuius apostolorum, cuius uita & sapientia præponderans & amplior erat (propter habitum sancti spiritus) ea quæ simul omnium in tali multitudine, quibus non sit negandū, expediens fuisse apostolū cōsuluisse multitudinem de moribus præferendi. His consequenter ostendere uolo, quod post tempus apostolorum & priorum patrum, sibi quasi propè succedentium in officio, & præcipue cōmunitatibus fidelium iam perfectis huius institutionis seu determinationis præsidis siue maioris, quem uocant episcopum, siue minoris, quos curatos sacerdotes appellent, simul & reliquorum minorum, causa factiua immediata sit & esse debeat uniuersa eius loci fidelium multitudo per suam electionem seu uoluntatē expressam, aut ille uel illi, cui uel quibus iam dicta multitudo harum institutionum autoritatem concesserit. Et quod eiusdem autoritatis sit, unumquemque iam dictum officialem ab huiusmodi officijs licite amouere siue priuare, ac ad illius exercitium compellere, si expediens uideatur. Veruntamen oportet attendere, quod quamuis in potestate cuiuslibet sacerdotis sic sit suū exhibere ministerium, ut alterum quemlibet fidelem uolentem, promouere possit ad sacerdotium, ipso ministrante quasi præparante, deo autem simpliciter & immediate sacerdotalem potestatem seu characterem imprimente. Dico tamen id sibi pro uoto non licere conferre cuiuslibet, neque diuina neque humana lege in cōmunitatibus fidelium iam perfectis, ut diximus, quinimò criminoso aut aliter insufficienti cooperans peccat plectibiliter contra legem diuinam & humanam. Quod autem contra legem diuinam plectibiliter peccet, apparet per Apostolum primæ ad Timotheum tertio, & ad Titum primo: Quoniā episcopum oportet sine crimine esse, cum reliquis sufficientijs ibidem enumeratis, idemque aut proportionale de diaconis opinandum, unde ad Timotheum ubi supra. Diacones similiter pudicos, &c. Quod autem contra humanam legem delinquat plectibiliter sic insufficientem promouens ad ecclesiasticum ordinem, apparet ex his quæ ostensa sunt octauo huius: Cōmittit enim aliquid transiens in alterius nocumentū pro statu præsentis

sentis & etiam futuri seculi simul, quod sibi probari potest in esse, id etiam ipso negante, promouendo scilicet ad publicum officium talem, qui aliorum utriusque sexus, foeminini maxime, uitam & mores corrumpere potest, aut quantum expedit & necesse est pro statu tam praesentis quam futuri seculi, mores hominum formare nequit, qualis est peruersus uel aliter insufficientis diaconus aut sacerdos.

*A quibus eligendus minister ecclesiae.*

Ex his amplius per necessitatem inferre uolo, quod in communibus fidelium iam perfectis ad legis latorem humanum solummodo seu fidelium multitudinem eius loci, super qua intercedere debet promouendus minister, pertineat eligere, determinare, ac praesentare personas promouendas ad ecclesiasticos ordines. Et quod nemini sacerdoti uel episcopo singulariter, neque ipsorum soli collegio cuique cooperari liceat ad huiusmodi suscipiendos ordines absque legislatoris humani uel ipsius autoritate principantis licentia. Hoc autem primum ex scriptura sacra demonstrabo, deum uero ratione probabili confirmabo, autoritate siquidem scripturae hoc apparet ex Act. sexto. Indigentes enim sancti apostoli diaconis pro ministerio ipsorum & populi, requisierunt fidelium multitudinem tanquam eam, cuius erat personas huiusmodi eligere, ac etiam determinare, unde ubi supra. Conuocantes autem xij. multitudinem discipulorum, id est fidelium, qui tunc discipuli uocabantur omnes, ut habetur in glossa. Dixerunt, Non est aequum nos derelinquere uerbum dei, & ministrare mensis. Considerate ergo fratres, uiros ex uobis boni testimonij septem plenos spiritu sancto & sapientia, quos constituamus super hoc opus. Nos uero orationi & ministerio uerbi instantes erimus. Et placuit sermo coram omni multitudine. Et elegerunt Stephanum uirum plenum fidei & spiritu sancto, & Philippum, reliquosque similiter. Quod si praesentibus apostolis talis electio commissa fuit multitudini, minus perfecta, ut certius eligerentur magis apti, quoniam tota multitudo aliquid scire potest, praecipue de moribus & uita unius hominis, quod unus multum doctus ignorat praesepere, quanto magis electio sacerdotum, qui amplioris necessitatis sunt in uirtute ac sapientia diaconis & absentibus talibus praelatis, quales fuerunt apostoli in communitate fidelium perfecta, debet electio haec uniuersitati committi, ut de promouendo amplius & certius testimonium habeatur. Conuocantes ergo xij. non solus Petrus, ubi glossa De communi consensu. Multitudinem discipulorum, ubi glossa. Consensum quaerunt multitudinis, quod in exemplum debet assumi. Hos statuerunt &c. ubi Rab. Hic ordo seruandus est in ordinandis. Eligat populus, ordinet episcopus, & hoc est, quod etiam dicit Apostolus aperte primae ad



ad Timotheum tertio. Oportet autem illum, id est presbyterum testimonium habere bonum ab his qui foris sunt, id est extra ecclesiam, unde glossa. Non solum à fidelibus, sed etiam ab infidelibus. Vbi etiam de diaconibus parum infra dicitur. Et hi autem probentur primū & sic ministrent. Nunc autem ratione probabili, si necessarium probabile liceat dicere, ostendere uolo, promouendi cuiuslibet ad sacrum ordinem, electionem, atq; approbationem pertinere ad iudicium tertiæ significationis, sententiam scilicet humani legis latoris in cōmunitatibus fidelium iam perfectis: & cum hoc si mul secundariā eius institutionem, qua scilicet fideli populo alicui & in certo loco præficitur episcopus aut curatus, sicq; in reliquis minoribus ecclesiasticis officijs, ab ea quoq; remotionem seu priuationem, ad exercitium quoq; secundum eam ecclesiasticos si oporteat arcere ministros. Deinde uero monstrabitur ad quem uel quos ecclesiastica temporalia, uocata beneficia, distribuere pertineat. Primum quidem conuinci potest eisdem aut consimilibus demonstrationibus qualibus xij. xij. & xv. primæ ad uniuerstatem ciuium legum lationem & principantium institutionem ostendimus pertinere, sola demōstratione mutata extremitate minori, ut uidelicet electio seu personæ ad ordinē sacrū, pmouendæ approbatio, ipsiusq; institutio seu determinatio ad certæ plebis atq; prouinciæ præsidatum, eiusq; priuatio siue remotio ab eisdē propter delictum uel rationabilem alteram causam assumantur in demonstrationibus pro termino legis, aut principantis institutione. Est autem & in his tanto euidentiore necessitas talium fiendorum per legis latorem seu ciuium uniuerstatem, quanto periculosior est error circa propriā in sacerdotali aut altero ecclesiastico gradu atq; præsidatus officio statuendam, quàm circa humanam legem aut principaturū secundū ipsam instituendum. Nam si ad sacerdotium promoueatur peruersus more uel ignorās aut utrinq; deficiens, sicq; curando & dirigendo fideli populo præferatur, ex eo periculum imminet populo mortis æternæ siquidem, quoniam ipse est docere atq; dirigere in his & de his quæ attinent ad necessitatem æternæ salutis. Vnde Malachia secundo, Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore eius. diuinam scilicet, in qua continentur præcepta, & prohibita obseruari aut omitti, de quibus transgrediens non excusaretur per ignorantiam aut malitiam sacerdotis. Ideoq; discernere debet populus, qualē sibi præferat pastorē, eo quod ex ipsius officio unicuiq; cōmodum aut incōmodum atque periculum euenire potest. Cuius quidem discretionis seu cautelæ, populus fidelis

*Periculū qd ab  
indocto presby  
tero imminet.*

habet

habet & rationabiliter habere debet potestatem, aliter nanq̄ incōueniens hoc euitare non posset. Est autem quā diximus, plane Augustini sententia in libro de pœnitentia, quinimò & Christi uerius, cuius autoritate loquitur, & affirmat quod dicit. Inquit enim, & recitat magister sententiarū libro, quarto, xvij. dist. ca. vi. Qui uult peccata confiteri ut inueniat gratiam quærat sacerdotem, qui sciat ligare & soluere: ne cum negligens circa se extiterit, negligatur ab illo, Christo scilicet, qui eum misericorditer monet & petit, ne ambo in foueam cadant, quam stultus euitare noluit. Est ergo uel esse debet in potestate cuiuslibet, ministrum pœnitentię conuenientem eligere, similiter & aliorum sacramentorū, ut dicit etiam magister ibidem. Cum igitur electio præstantior fieri possit per fidelium uniuersitatem quā per unicum, apparet quod ad ipsam magis q̄ ad unicam singularem personā, aut singulare collegium talis electio seu præsidis institutio debeat pertinere. Amplius potest hoc esse ad ciuile incōmodum grande, Quoniam sacerdotes confessionis titulo, mulierum habent per sæpe secreta colloquia. Quod quia facile seducibiles sunt, præsertim ipsarum iuuenes tam uirgines q̄ etiam coniugatæ (ut apparet Gen. iij. & inducit Apostolus primæ ad Timotheum tertio. Adam enim seductus non fuit, sed mulier in præuaricatione) sacerdos peruersus existens, ipsarum mores & pudicitiam facile corrumpere poterit, quod etiā frequēter his temporibus propter sacerdotum qualitatem euenire uidemus, hoc autem est ciuile incōmodum non modicum, considerare uolenti, quæ sequuntur ex hoc inconuenientia. Vnde & Arist. primo Rhetoricæ, octauo capitulo. Quibuscunq̄ enim ea quæ secundū mulieres sunt praua, quæ admodum Lacedæmonijs ferè secundū dimidium uitæ nō sunt felices. mulier enim est quasi domus medietas, ut apparet ex illius iconomia. Vnde si propter temporale cōmodum assequendum per legis latorem, expedit determinari personas ad reliqua ciuitatis officia promouendas, ac etiam principantis instituere seu determinare personam, ut potior fiat electio, & propterea conuenientior ad officium assumatur, quemadmodum demonstratum credimus xv. primæ: uidetur eo magis ad eundem legis latorem humanum, seu fidelium uniuersitatem pertinere determinationem promouendorū ad officium sacerdotis, & sacerdotum institutionem in officio præsi datus. Quoniam & si peruersus princeps afferre possit graue incōmodum pro statu præsentis seculi, puta temporalis mortis, sacerdotis & peruersi ecclesiastici pastoris actio eo grauius inducere potest, quoniam mortis æternæ. Sic etiam propter periculum cogendus est

*Maximū periculum in secreta cōfessione.*

est & rationabiliter per humanum legis latorum aut principem cogi potest ecclesiasticus minister ad exhibenda & ministranda sacramenta, quæ sunt de necessitate salutis, ut baptismū, si peruersus existens hoc facere recusaret. Possunt autem confirmari prædicta de promouendis ad sacros ordines, & instituendis ad animarum curas maiores siue minores, per ea quæ de Isidori codice induximus xxi. huius parte. iij. & quinta. Testantur aut dictis institutiones gloriosissimorum sanctorum, factæ secundū modum quem diximus, ut beati Gregorij & Nicolai, ac reliquorum plurimorū, quemadmodū ex ipsorum legendis & approbatis apparet historijs.

*Sacerdotem cogendum ad ministranda sacramenta.*

Nec obstat, quod sacerdotes aut ipsorum collegiū, de promouendorum sufficientia, tam ad sacerdotium quæ ad officium pastoratus & reliqua minora, magis nouerint iudicare. Similiter & reliquæ cōsimiles instantiæ adductæ. xij. primæ, qualibus argui uidebatur ad ciuium uniuersitatem, legū lationem, aut principantium institutionem, minime pertinere, potest enim ad has, quæ admodum ibidem cōsimiliter responderi. Quoniā, esto sacerdotes de talibus amplius & certius habere iudicium, reliqua ciuium multitudine quod tamē fallit his diebus plerumque, non tamen ex hoc inferri potest solū collegium sacerdotum, horum certius habere iudicium tota multitudine, cuius pars existunt, unde reliquæ multitudini coniuncto sacerdotum collegio, certius & securius habebitur iudicium, quàm ex solo seorsum. Veruntamen hoc sanè tenendum, quod bene posita lex conformiter legi diuinæ statuere debet, principantem de hoc credere, iudicio sacerdotum, aut legis diuinæ doctorū & aliorum honestorum uirorum, quemadmodum de promouendis in reliquis disciplinis, tam de disciplina, quæ de moribus, iudicio peritorum & approbatorum debet examine uti, iudicio inquam peritorum dicto secundum primam iudicis aut iudicij significationem. Quoniam iudicio tertiæ significationis, autoritate legis latoris habet principans approbare uel reprobare personas statuere uel remouere ab officiorū exercitio, quæ admodū ostensum est decimo quinto primæ. Secus aut tot essent in communitate unica principantes supremi, quot iudicantes primæ significationis iudicio, de sufficientia uel defectu, secundum unumquodque officiorū ciuitatis, quod est inconuenientium & impossibilium si debeat manere ciuitas, & recte disponi, uel demonstratum est decimo huius & decimo septimo primæ.

Sunt ergo legis latoris, aut eius autoritate principantis sententia seu iudicio, tertiæ significationis approbandæ uel reprobandæ personæ ad ecclesiasticos ordines promouendæ, instituendæ quoque uel

remouendæ, à cura seu præsidatu maiori uel minori, & ab exercitio eius prohibendæ, aut etiam, si ex malicia desisterent ab officij exercitio, exercere cogendæ, ne sui peruerfitate possit aliquis incidere periculum mortis æternæ, ut defectu baptismatis uel alterius sacramenti, Quod sanè intelligendum est in cõmunitatibus fidelium iam perfectis. Nam in quo loco legis lator & eius autoritate principans infideles existerent, quemadmodum erat in cõmunitatum plurimis, & quasi omnibus circa statum ecclesiæ primitiæ, personarũ promouendarũ ad ecclesiasticos ordines, approbatio uel reprobatio cum reliquis institutionibus iam dictis, & officiorũ exercitijs sacerdoti uel episcopo cum saniori parte fidelis multitudinis existentis ibidẽ aut illi soli, si solus esset, autoritas hæc cõueniret absq; cõsensu uel scientia principantis, ut ex huiusmodi promotione, ac prælatorũ seu curatorum institutione, fides Christi & doctrina salutaris diuulgaretur, quæ legis custodis autoritate, studio uel præcepto non fieret sed magis prohiberetur, quo etiam modo, id fecerunt apostoli, circa initium ecclesiæ Christi. Et facere tenebatur præcepto diuino, & teneretur ipsorum successores, in legis latoris defectum. Vnde Apostolus primæ ad Corinthios nono. Nam si euangelizauero, non est mihi gloria, necessitas enim mihi incūbit. Væ mihi, si non euangelizauero. Vbi tamen legis lator fidelis, & legis custos, talia uolūt fieri dico ipsorum esse autoritatem, secundum iam dictum modum, propter assignatas causas seu probationes, tã ex scriptura sacra, quàm ex humana, probabili & necessaria ratione. De distributione uero temporalium, quæ beneficia ecclesiastica uocari solent, oportet præscire, quod talia temporalia, uel ordinata sunt per legis latorum, ad sustentandũ euangelicos ministros & reliquas personas miserabiles, de quibus diximus xiiij. & xv. huius, uel ordinata sunt ad hunc usum, per personam aliquã, aut collegium aliquod singulare. Quod si huiusmodi temporalia ex dono, & legis latoris ordinatiõe sic statuta fuerint, dico, quod de ipsis distribuendis, autoritatem cui uult & quando, licite secundum legem diuinam cõmittere potest: Et ex causa, cum uoluerit, autoritatẽ ab eo uel eis, cui uel quibus, personę singulari uel collegio cõmiserat, reuocare, nec posset huius oppositum, sed magis propositum ex scriptura conuinci. Sicut etiã autoritate Ambrosij ex epistola de tradendis basilicis supra mōstrauimus xiiij. huius. Nec solum talium temporalium autoritatem distribuendi, ab eo uel eis cui cõmiserat, reuocare potest licite, secundũ legem diuinam legis lator fidelis, uerum etiam, uendere aut aliter alienare, propter rationabilem causam superuenientem, quoniam  
sua

sua sunt & in ipsius semper potestate de iure, nisi fortasse rē ipsam simpliciter, aut etiam cū dominio in alterius collegij, aut personæ singularis transfulerit potestatem. His tamen semper adijciendo, secundum omnē euentū fidelem populū lege diuina obligari, si potens fuerit, ad euāgelicorū ministrorū sustentationē, in uictu & tegmēto decenti, quibus contenti debet esse, ut ex prima ad Timotheū ultimo monstratū est. Si uero huiusmodi temporalia statuta fuerint ad pia opera ex dono uel legato personæ, uel personarum singularum, dico talia debere conseruari, custodiri, atq; distribui, secundū donantis aut legantis intentionem. Quod si quis error, in distributoribus horum correctione indigens, appareat iuxta donantis uel legantis intentionem, debet error huiusmodi per humanū legis latorem, aut eius autoritate principantem corrigi. Quinimò id sciens & potens, peccat omittens, quoniam non pertinet hoc, aut fieri debet per collegium aut personā aliam singularem aliquam cuiuscūq; conditionis existant, excepto duntaxat, si talium correctio per donatorem aut legatorem alicui personæ uel collegio cōmissa foret, quorum etiam error si contingeret, tandem corrigi debet per principantem. Quis etiam persona singularis aut collegium basilicam construere, ibiq; legis euangelicæ quēquam ministrum statuere nequeat, absq; legis latoris cōcessione, propter pridem assignatas causas. Amplius, proposita de ministrorū ecclesiasticorū institutione, ac temporalium seu beneficiorum distributione uel collatione ostendere uolo, autoritate catholicorū Franciæ regum, non spernenda, sed potius attendenda. Afferunt enim ipsi de iure, quod etiā de facto usq; in præsens tempus uolunt & faciūt immutabiliter obseruari, aliquorū officiorum ecclesiasticorum & temporalium seu beneficiorum ad se sic pertinere autoritatem institutionis & distributionis, ut à nemine singulari uel collegio mortalium cuiuscūq; conditionis existat, in ipsos aut ad ipsos hæc autoritas deriuet. Nō enim lege diuina prohibitus est legis lator aut princeps, ab horum institutione, collatione, seu distributiōe. Quinimò autoritas hæc in perfectis fidelium cōmunitatibus ex legis latoris concessione deriuata est, si licita fuerit, non subdole usurpata in personas aut collegia sacerdotū. Vnde in legibus principū Romanorū status est modus & forma eligendi seu instituendi episcopos, curatos, decanos, & reliquos ordinandi tempororū ministros, numerus quoque ipsorū determinatus & p̄finitus. Hoc enim ad humanum legis latorem & principantem pertinet, ut demonstratū est octauo huius, & decimo quinto primæ. Sic etiam de modo tractādi ecclesiastica temporalia seu

*Minister euan  
gelii sustentan  
dus,*

*De beneficiis  
ecclesiasticis  
conferendis.*

beneficia, & actuum contentiosorum inter presbyteros inuicē, & ad quoscunq; alios, leges statutę sunt, contra quas priores Romani antistites, sancti & suę libertatis conscij, nō ignari, minime reclamauerunt, sed illis fuerunt & esse uoluerūt, sicut etiam & iuste debuerunt, sponte subiecti. Vt etiam uicesimo primo huius, parte secunda declamabitur amplius, usque in octauā. Vnde uero tanta peruenerit alienitas, ut sacerdotale collegium, non solum legibus & principum seculi consuetudinibus se dicat exemptum, uerum etiam super illos, iam se legislatorem constituat, idq; pertinaciter asserat & defendat, posterius dicturi sumus. Rursum etiam ex premissis, nos latere non debet, humanum legis latorem, aut eius autoritate principantem, ex temporalibus ecclesiasticis, præsertim prouentibus immobilium quę beneficia diximus, si qua residua fuerint sufficientiæ ministrorum euāgelicorum, tallias & collectas suscipere posse licite secundū legem humanā atq; diuinam, pro patrię defensione, aut captiuorum in fidei obsequium redemptione, uel supportandis oneribus publicis, ac alijs rationabilibus causis, secundum legis latoris fidelis determinationem. Non enim qui talia temporalia, legato uel dono ad pias causas statuit, & alicui uel aliquibus distribuenda cōmisit, ea potuit cuiq; collegio, uel singulari personæ cum immunitate maiori tribuere, q̄ habuerit dum extiterunt in ipsius potestate. Sed pro tunc nuncq; fuerunt à publicis oneribus immunita, ergo nec postquam per donatorem aut institutorem translata fuerint cuiusuis alterius potestatem. Huic autem testatur Ambrosius in epistola de tradendis basilicis, cū dixit. Soluimus quę sunt Cæsaris, Cæsari: & quę sunt dei deo. Tributum Cæsaris est, non negatur. Et rursum eadē. Si tributum petit Imperator, non negamus. Agri ecclesię soluūt tributū, quod tamen imperatori negasset, si hoc sibi iure non deberi credidisset, quemadmodum sibi templa negauit, seu sacerdotū institutio nē in eis propterea quod Arrianis uidebatur fauere, etiā cōtra plebis sententiā, de quo amplius in sequētib; dicturi sumus est. Idē dicit Hugo de sancto Victore tractatu de sacramētis: Inquit enim Ecclesia licet fructū terrenę possessionis in usum accipiat, potestati tamen exercendę iusticię per ecclesiasticas personas aut iudicia secularia exercere non potest, potest tamen ministros habere, laicas personas, per quos iura & iudicia ad terrenam potestatem pertinentia secundum tenorem legum & debitum iuris terreni exerceantur, sic tamen ut et ipsum quod potestati habet, à principe terreno se habere cognoscat, & ipsas possessiones nunquā ita à regia potestate elongare posse intelligat, quin si ratio postulauerit & necessitas, & illis ipsa potestas

testas debeat patrociniū : & illi, ipsæ possessiones debeant in necessitate obsequium. Sicut enim regalis potestas patrociniū quod debet alijs, non potest nō dare, sic ipsa possessio ab ecclesiasticis, &c.

DE ORIGINE AC STATV PRIMO ECCLESIAE CHRISTIANÆ, & unde Romanus episcopus & ecclesia prædictam autoritatem, ac super cæteros sibi quendam primatum assumpsit.

### Caput XVIII.



Vnc autem restat ex propositis intentionibus manifestare ortū & initium, ex quibus iurisditio coactiua & omnium sacerdotalium institutionum secundaria, non essentialium uocatarum, ecclesiasticorum quoque temporalium omniū distribuendi potestas in episcopos seu presbyteros aliquos peruenerit, talium quoque potestatum supremam unde sibi Papa Romanus ascribat. Hisç sequenter adijciendum, cuius aut quorum scripturæ sensus dubios interpretari, & interpretatos fidelibus credēdos & obseruādos tradere atque præcipere sit iusta potestas. Supponentibus igitur primum ex determinatis à nobis decimoquinto & decimosextimo primæ, quarto, quinto, octauo, nono & decimo huius, ad nullū episcopum, aut presbyterum, uel ministrum ecclesiasticū aliquem, inquantum huiusmodi, iurisdictionem aliquam cuiusç coactiuam in hoc seculo pertinere. Rursumç monstratum sufficiēter decimoquinto, decimosexto, & decimosextimo huius, nullum episcopum aut presbyterum immediata ordinatione Christi, alteri episcopo uel presbytero subesse quātum ad aliquam sacerdotalium potestatum essentialem, aut non essentialem iam dictam, id quoç quod de temporalium ecclesiasticorum distributione iam diximus capitulo præcedenti : sufficienter patere posset inspicientibus solutio quæditorum, uerum tamen ad horum dissolutionem accedere uolumus singulariter magis, propter minus introductorum in talibus tarditatem.

Quæ sita ergo proposita reddere tentaturis oportebit de ipsis intendere primum quatenus processerunt de facto, & circa ipsorū origines. Deinde uero quantum iuri diuino & humano, ac recte rationi sic facta, cōformiter se habuerint aut habere debuerint, quæ etiam his contrarie atque difformiter, ut demum cōformia tanquam probanda & obseruanda, difformia uero uelut notua seculo & fi-

de

delium quieti ac licite detestanda & declinanda noscimus. De his autem quantum de facto & iure processerint principium quærendum est ex canone sacro. De consequentibus uero colligere possumus ex approbatis historijs. Harum autem plurimum ex Isidori codice supradicto, & demum aliqua recitare, quæ disciplinarum experientia magistra nos docuit. A sacro itaque canone tanquam à fonte ueritatis quæsitæ facientes exordium, suscipiemus oraculum Christi, Ioannis uigesimo, quo siquidem sacerdotalem auctoritatem aut clauium potestatem uel utrūque indifferenter apostolis tribuit, dum eisdem dixit insufflans. Accipite spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: Huic quoque adijcens mandatum eiusdem, quo indifferenter etiam prædicationem euangelicam per uniuersum orbem iniunxit eis, cum ad eos Matthæi ultimo dixit. Euntes ergo docete omnes gentes &c. Quibus siquidem postmodum immediata sui uocatione adiunxit Paulum tanquam uas electum, spiritus sancti uidelicet, ut ex Actuum nono satis apparet. Hic autem, simul & alij iam dictum Christi mandatum exequentes apostoli, ut ex ipsorum actibus & epistolis palam, in Iudæa primū nunciauerunt & docuerunt euangelium seu fidem Christianā, ad quam multos etiam conuerterunt ibidem. Deinde uero reuelatione diuina & ipsorum ordinatione inuicem ipsorum quidam in Iudæa remansere. Reliqui uero diuisim ad diuersos se transtulerunt populos, in quibus confidenter & constanter prædicantes euangelium, profecit in personarum utriusque sexus conuersione, quantum potuit & deo placuit unusquisque, uelut in ipsorum legēdis seu de ipsis approbatis historijs recitatur, quibus inter cæteros sua prædicatione notabiliter profecerint ipsorum duo beati scilicet Petrus & Paulus, qui siquidem Paulus, quibus ex duodecim non fuerit, à Christo nil minus uocatus & missus fuit æque immediate ac principaliter, sicut aliorum apostolorū quicumque, quemadmodum apparet Actuum nono & ex secundo ad Galatas, cum dictis sanctorum exponentiū, sufficienter ostensum est decimosexto huius. Ab his inquam duobus apostolis Petro & Paulo primum, quibus tamen secundum canonis feriem à Paulo manifestius, & præsertim ad Gentiles (Augustinus xiiij. de ciuitate dei, capitulo nono) ecclesiæ Christianæ deriuatus est ritus: nam & ipse Paulus principalis & primus apostolus fuit ad gentes, siue Gentiles, seu præputium, quemadmodum Petrus in circuncisionē, ut apparet secundo ad Galatas, & Romanos undecimo. Ex glossa quoque sanctorum ibidem, & alijs plerisque scripturæ locis. Hi uero apostoli duo cum reliquis omnibus suum magistrum imitantur

D. Paulus uas  
electum.

Petrus & Paulus  
euangelii  
præcones primi



tantes, Christum uidelicet, sub principum seculi coactiua iurisdictione uixerunt, & alios sic uiuere docuerunt, ut aperte monstratum est quarto huius & quinto. Sic quoque uixerunt ipsorum successores presbyteri seu episcopi, cum suis diaconibus, & reliquis ministris euangelicis successiue usque ad tempora primi Constantini Ro. Imperatoris, ut ex predicto Isidoris codice satis apparet. Ita quod nemo episcoporum per omne tempus illud, in alios episcopos coactiuam iurisdictionem exercuit. Quamuis tamen aliarum prouinciarum episcopi plures, in quibus dubitabant, tam de scriptura sacra, quam de ritu ecclesiastico, non audentes se publice congregare, consuluerunt episcopum & ecclesiam fidelium existentem Romae, propter maiorem ibidem forte fidelium multitudinem, & magis peritiorum, eo quod studia scientiarum omnium tunc multum Romae uigebant. Vnde ipsorum episcopi & sacerdotes peritiores, & in talium numero plus caeteris abundabat ipsorum ecclesia. Erant etiam & reuerentiores, tum quia beatus Petrus apostolorum senior, meritis perfectior & reuerentior ibidem tanquam episcopus sedisse legitur, & beatus Paulus similiter, de quo amplius constat, quemadmodum apparuit decimo sexto huius. Tum etiam propter Romanae urbis principalitatem & famositatem ampliore ad certas mundi prouincias. Vnde etiam prouinciarum aliarum fideles, sufficientia personarum carentes, ad ipsorum ecclesias gubernandas ab episcopo & ecclesia Romana fidelium postulabant personas, sibi ad episcopatum praeficiendas, eo quod ecclesia fidelium Romae personis talibus, ut iam diximus, amplius abundabat. Episcopi uero & ecclesia Romanorum sic requisiti consilium & auxilium, tam circa fidem, quam circa ecclesiasticum ritum & personarum prouisionem indigentibus & requirentibus, charitatiue atque fraterne subueniebant in his, episcopos scilicet eis mittendo, qui uix inueniebantur acceptare uolentes. Ordinationes etiam, quas super ecclesiasticum ritum sibi fecerant, alijs comunicando prouincijs, & quandoque etiam in alijs prouincijs contentione aut schisma fidelium inter se audiens charitatiue mouendo. Haec autem aliarum prouinciarum ecclesiae grate suscipiebant, ut ex quibusdam historijs & serie praedicti codicis à Clemente papa, qui primus ibidem scribitur episcopus Petri uel Pauli aut utriusque successor usque ad tempora iam dicti Constantini, satis apparet. Hoc etiam modo uel consimili quasi. suscepit à Graecis Ro. populus gratuite non coacte leges quasdam uocatas decem tabularum, à quibus tanquam ab origine leges reliquae Romani populi processerunt. Et tamen constat Ro. populum, Graecis nulla iurisdictione uel autoritate subiectum. Sic etiam qui librum hunc in

*Fides Christiana libera usque ad Constantinum*

*Studia Romae floruisse.*

*Leges x. tabularum.*

lucem deduxit, studioforum uniuersitatem Aurelian. degentem uidit, audiuit, & sciuit per suos nuncios & epistolas requirētem & supplicantem Parisien. uniuersitati tanquam famosiori & ueneratiori, pro ipsius habendis regulis, priuilegijs, atque statutis, cū tamen Parisien. uniuersitati, nec ante nec post esset in autoritate apostolica uel iurisdictione subiecta. Ex iam dicta uero quasi consuetudinaria prioritate, aliarum ecclesiarum consensu spontaneo, Romanorum episcopi secundum ipsorum ulteriorem à principio processum, autoritatem quandam, Decreta, seu ordinationes constituentes id super uniuersalem ecclesiam, quantum ad ecclesiasticum ritum & actus etiam sacerdotum, & illarum obseruationem præcipiēdi ampliore sumpserunt usque ad tempora Constantini prædicti, utrū aut id facere potuerint Romanorum episcopi sola ipsorum autoritate, an aliorum oportuerit ad hæc interuenire cōsensum, in sequentibus dicturi sumus. Constantinus uero prædictus, ut ex iam dicto codice capitulo de primitiua ecclesia in concilio Niceno narrat Isidorus, & in edicto domini Constantini Imperatoris in scripto pariter continetur, primus fuit Imperator, qui fidem Christi, ministerio beati Syluestri tunc papæ Romani patenter adeptus est, Et qui sacerdotium à iurisdictione coactiua principum exemisse uidetur: qui etiam per prædictum edictum, ecclesiæ Romanæ ac ipsius episcopo similiter tribuisse uidetur autoritates & potestates super alios episcopos & ecclesias omnes, quas sibi conuenire nunc asserunt aliunde, ut decimonono primæ, parte octaua & nona supra narrauimus. Cum his quoque iurisdictiones coactiuas super eosdem agros, prædia, & possessiones plurimas cum quarundam etiam prouinciarum seculari dominio, ut palam se offert inspicienti prædictum edictum, Hic etiam ut supra legitur, primus Imperator fuit, qui Christianis concessit licentiam se publice congregandi, templa seu ecclesias construendi, & cuius præcepto primum conciliū Nicenum extitit congregatum. De quo siquidem cum reliquis quæ facta sunt in processu ecclesiæ ab apostolorum usque in præsentia tempora, cōsequenter in suis locis quantum proposito nostro conueniet, tangemus & inducemus historias. Ex ipsis quidem quæ legi diuinæ ac rectæ rationi consona fuerint, recipientes: quæ uero dissona, reijcietes. Qualiter aut & quæ facta sunt se habere tradētes. Sic itaque diffiniendorum à sui origine aliquantulum progressu, ad ipsorum determinationē ingredientibus amplius, Suppositionē cum apostolo faciemus indubiā, fidē catholicā unā esse, non plures. unde ad Eph. iij. *Vnus dominus, una fides.* Hæc quoque rursus in unitate secundum eundem

*Constantinus  
Imperator.*

*Primum concilium  
Nicenum  
quis congregauerit.*

*Fides catholica  
una.*

eundem sensum, uidelicet credendam & ab omnibus confitendam, ut ubi supra, parū post inquit Apostolus. Donec occurramus omnes in unitate fidei, & agnitionem filij dei. Ex quibus quidē per necessitatē inferemus primū, quod legis diuinę præsertim euāgelicę dubios sensus atq; sentētiās, & si quæ fuerint inter doctores ipsius contentiones uel cōtrouersię probabiles, quemadmodū quorundā ignorantia uel malignitate aut utrisque iam euenisse legimus iuxta Christi & Apostoli prophetiam, expedit terminare: huic autē per necessitatē assequi monstrabimus, ad solū generale conciliū, fidelium omnium uel eorum, qui omnium fidelium auctoritatem habuerint, determinationē hanc tantūmodo pertinere. Deinde ostēdam, secundum legem diuinam & rationem rectam, quod generale conciliū conuocare, idq; si expediat per coactiuam potentiam congregare, ad solius humani fidelis legis latoris superiore carentis, auctoritatē pertineat, non autem ad personam aliquā aut collegiū aliud quod singulare, cuiuscunq; dignitatis aut conditionis existant, nisi eidem aut eisdem, per supradictum legis latorem, auctoritas concessa foret. Amplius ostendam per certitudinem nihil statui posse circa ecclesiasticum ritum & humanos actus, quod omnes homines ad obseruationem obliget sub aliqua pœna, pro statu præsentis seculi uel uenturi, nisi per solum generale concilium seu supremum legis latorem fidelem immediate, aut inde sumpta prius auctoritate. Ex quo etiam monstrabitur consequentur, quod nullus princeps, prouincia uel communitas aliqua, interdici aut excommunicari possit nec debeat per aliquem sacerdotem quicūq; sit ille, nisi secundum modū, per supradictum generale concilium ordinatum. Deinde monstrabitur euidenter, ad nullius unici siue solius episcopi uel alterius unicę singularis personę aut particularis unici collegij cuiusquā auctoritatē pertinere, in cūctis mūdi ecclesiasticis officijs personas instituere, neque pro eisdem ecclesiastica temporalia, uocata beneficia, distribuere seu conferre, sed auctoritatem hanc, solius esse fundatoris seu donatoris, uel uniuersalis legis latoris fidelis, aut eius uel eorū, cui uel quibus & secundum quam formam & modum, idem donator aut legis lator hanc concesserit potestatem. Deinde uero monstrabitur, quod unicum episcopum & ecclesiam, quales & quorum auctoritate, aliorum principalem siue caput, conueniens est instituere. Cuius quidem cum ipsius ecclesia sit insinuare, reliquis omnibus episcopis & ecclesijs ea, quæ per generalia concilia circa ritum ecclesiasticum & alios humanos actus ad communem fidelium utilitatem, tranquillitatem, & quietem ordinata

nata fuerint & appareāt ordināda. Demum uero ex his per necessi-  
tatem inferemus, tam determinata circa scripturam & fidem ca-  
tholicam, q̄ circa ritū ecclesiasticum, cum reliquis institutis per ge-  
nerale concilium, solius generalis concilij autoritate, non autem al-  
terius particularis collegij uel personę singularis alicuius immutari  
posse, augeri, minui, uel suspendi, aut totaliter reuocari. Ex quibus  
quidem omnibus ad uniuscuiusq̄, quasi sensatam notitiam deduce-  
tur, Romanum episcopum aut ipsius ecclesiam uel quemuis alium  
episcopum aut ecclesiam, in quantum huiusmodi, nullam potesta-  
tem aut autoritatem iam dictarum habere, super reliquos episco-  
pos & ecclesias, diuino uel humano iure, nisi quæ sibi simpliciter  
uel ad tempus concessa fuerit per supradictum concilium gene-  
rale. Propter quod etiam apparebit, Romanum episcopum aut  
quemuis alium incongrue, minus debite, ac præter, imò contra scri-  
pturarum diuinarum & humanarū demonstrationum sententiam,  
sibi ascribere, super principem, cōmunitatem aut personam aliquā  
singularem, plenitudinem potestatis. Et quod ab ipsius sibi attribu-  
tione, idem episcopus & alter quicumq̄ penitus est, etiam per moni-  
tionem & coctiuam potestatem, si oporteat, ab humanis legum la-  
toribus, seu ipsōrum autoritate principantibus, cohibendus.

DE PRAEUIO QUODAM PROPTER DETERMINATIONEM  
autoritatis & primatus iam dicti, cui uidelicet dicto  
uel scripto ueritatis sit præstanda credulitas atq̄  
confessio de necessitate salutis æternæ.

Caput XIX.



Nte uero quā ad demonstranda proposita proces-  
damus, oportet attēdere perutile quiddam quin imò  
necessarium, ad eorum omnium certitudinem quæ in  
sequentibus dicturi sumus. Est autem hoc, quod nul-  
lam scripturam irreuocabiliter uerā credere uel fateri  
tenemur de necessitate salutis æternæ, nisi eas, quæ canonicæ ap-  
pellantur, uel eis quæ ad has ex necessitate sequuntur, aut scriptu-  
rarū sacrarū sensum dubiū habentiū, eis interpretationibus seu de-  
terminationibus, quæ per generale fidelū seu catholicorū conciliū  
essent factæ, in his præsertim, in quibus error dānationē æternā in-  
duceret, quales sunt articuli fidei Christianæ.

Quod autē sacris scripturis firma sit ueritatis præstāda creduli-  
tas, & confessio, per se notū supponitur omnibus Christianis, quod  
quia probari non posset aliter quā ipsarum autoritatibus, series  
præter

prætermisi propter abbreviationem . Quod uero ipsarum interpretationibus sic factis, ut diximus, eadem sit præstanda credulitas, satis apparet: quoniã ab eodem spiritu nobis reuelatas, pie tenendū uidetur. Quod etiã ex scriptura, & in ipsa infallibili deductione firmata, ostendere possumus. Ex scriptura quidem, dicente ueritate Matth. xxviij. & ultimo. Et ecce ego uobiscū sum omnibus diebus, usq; ad seculi consumationem. Vbi Rabanus, Ex hoc intelligitur quod usq; in finē seculi non sunt defuturi in mūdo, qui diuina māsione & in habitatione sunt digni. Quibus scilicet, ad fidei conseruationem, spiritum sanctum pie tenendum est semper adesse, unde Hieronymus. Qui ergo usq; ad consumationem seculi cum discipulis se esse promittit, & illos ostendit semper esse uicturos, & se nunq; à credentibus recessurum. Idem aperte conuincitur ex Actuum xv. ostendēte Apostolorum & fidelium congregatione, post ambiguitatis illius determinationē. Visum est enim spiritui sancto & nobis. Assuerūt enim & assertit scriptura ipsorum determinationē, in dubietate illa circa fidem, factam esse à spiritu sancto. Cum igitur fidelium congregatio seu concilium generale per successionem, uere repræsentet congregationem apostolorum & seniorū ac reliquorum tunc fidelium, in determinandis scripturæ sensibus dubijs, in quibus periculū maxime æternæ dānatiōis induceret error uerissimile. Quinimò certū est, deliberationi uniuersalis concilij, spūs sancti dirigentis & reuelantis adesse uirtutem. Hoc etiã deductione infallibili ex scriptura uim sumente, patere potest. Quoniã frustra dedisset Christus legē salutis æternæ, si eius uerū intellectū, & quē credere fidelibus est necessarium ad salutem, nō aperiret eisdem hunc quærentibus, & pro ipso inuocātibus simul, sed circa ipsum fidelium pluralitatem errare sineret. Quinimò talis lex non solum ad salutē foret inutilis, sed in hominū æternam perniciē tradita uideretur. Et ideo pie tenendum, determinationes cōciliorum generalium in sensibus scripturæ dubijs à spiritu sancto, suæ ueritatis originem sumere. Ab humano uero legis latore, ut in sequentibus ostendetur, suæ obseruationis in confessione, auctoritatem coactiuam, promulgationem uero atq; doctrinam earum à sacerdotibus & euangelicis ministris, horum uero maxime ab eo, quē ad hoc principalem statuerit fidelis legis lator humanus superiore carens, aut concilium generale. Quod autem scripturis alijs, quæ scilicet humano spiritu reuelatę sunt & traditę, nemo certam credulitatem aut ueritatis confessionem præbere teneatur, apparet. Quoniam nulli scripturæ fallum significare potenti, tenetur quis firmiter credere, aut ipsam

*Cui scriptura  
credendum.*

ipsam tanquā uerā simpliciter confiteri. Hoc autē patiuntur scripturæ innitentes humanæ inuentioni singularis personæ aut collegij partialis. Possunt enim à ueritate deficere, ut experientia palàm, & habetur psalmo cxy. Ego autem dixi in excessu meo, omnis homo mendax. Scripturæ uero canonicæ nō sic, quia nō sunt ab humana inuentione, sed immediata dei traditæ inspiratiōe, qui nec falli potest, nec fallere uult. Hanc autem quā diximus sententiam & differentiam humanarum & diuinarum scripturarum, aperte confirmat Augustinus xiii. epistolarum ad Hieronymum, cum dixit. Ego enim fateor chriatati tuæ: solū enim scripturarum libris, quæ iam canonicæ appellantur, didici hunc honorem timoremq; deferre, ut nullum earū autorē, scribendo aliquid errasse, firmissime credā. Ac si aliquid in eis offeratur litteris, quod uideatur contrarium ueritati, nihil aliud, q̄ uel mendosum esse codicem, uel interpretem nō assecutū esse quod dictū est, uel me minime intellexisse, nō ambigā. Alios autem ita lego, ut quātacuncq; sanctitate doctrinaq; præpollent, non ideo uerum putem, quia ipsi ita senserunt. Sed quia mihi, uel per illos autores canonicos uel probabili ratione, quod à uero non aberret, persuadere potuerunt. Hoc idem replicat & admonet in prologo tertij de Trinitate, cum dixit. Noli, lector scilicet, meis literis quasi scripturis canonicis inseruire, sed in illis, id est canonicis, & quod nō credis, cum inueneris, incunctanter crede. In istis autem quod certum non habeas, nisi certū intellexeris, noli firmiter tenere. Idem quoq; dixit in epistola ad Fortunatianū, et alijs plerisq; libris, quorū series omisi propter abbreviationē. Id quoq; uidetur sensisse Hieronymus, in expositione catholicæ fidei, cum dixit. Nouum & uetus testamentum recipimus in eo librorum numero, quē sanctæ catholicæ ecclesiæ tradidit autoritas. Intellexit ergo beatus Augustinus per canonicas scripturas, eas solas, quæ in uolumine Bibliæ continentur, non quidem Decretales aut Decreta Romani Pontificis, & suorum collegij clericorū, quos Cardinales appellant, neq; alia quæ uis humana statuta, de humanis actibus aut contentiōibus, & humano spiritu adinuenta. Canon enim regula est & mensura, mensura uero, quoniā certa, quod solius diuinæ scripturæ inter ceteras proprium est, ut ex Augusti. induximus pridē. Ideoq; Augustinus idem scripturas proprias à canonicis separauit nec ipse qui tātē fuit sanctitatis, autoritatis, & scientiæ, suas traditiones, canonicas appellare præsumpsit. Hoc enim impium est, & sacrilegij modus quidam, quoniam in humana traditione dicta uel scripta, error & falsum contingere potest, quod in canonæ secundū uerita-

*Augustini iudicium de libris.*

*Decretals non sunt in Canone*

*Canon.*

ueritatem dicto aut eiusmodi, quam per generale concilium canonice scripturæ interpretationem factam diximus, nullatenus euenire cōtingit. Propter quod etiā ex cōcilio Carthagenensi tertio prohibitum reperitur rationabiliter ualde, ne sub nomine harū, canonicarum scilicet, aliæ quæuis scripturæ legantur. Vnde legitur ibidem, & in Isidori prædicto codice cōtinetur series hæc. Item placuit, ut præter scripturas canonicas nihil in ecclesia legatur sub nomine diuinarum scripturarum. Sunt autem canonicæ scripturæ, Genesis & cæteræ, quæ de uolumine Bibliæ numerantur ibidem. Nec obstat his, quod dicit Augustin. contra Manichæos in epistola fundamenti, inquit enim ibi. Ego uero non crederem euangelio, nisi me catholice ecclesiæ cōmoueret autoritas, in quo humanam auctoritatem præferre uidetur auctoritati scripturæ. Semper enim propter quod unumquodq; est & illud magis. Nos autē dicamus, quod aliud est credere sermonem aut scripturam aliquam esse traditionē alicuius, seu ab aliquo factam: & aliud est credere illam esse ueram, utilem uel nociuam, obseruandam, aut omittendam. Vnū quidem enim horum recipere potest quis ex hominum testimonio absq; secundo, & econuerso, & utrunq; similiter quandoq;. Velut oblatam & sibi præsentem scripturam aliquam, credet quis esse patriam legem ab incolarū cōmuni testimonio, quam tamen esse ueram, obseruandam, & non transgrediendam addiscere potest signo sensibili aliquo, ut pœna quam illius transgressoribus infligi uidit sua ratiocinatione recta, præter hominum persuasionem aut dictum. Sic etiam econuerso, uidens aliquem hominem librum aut domum cōstruere, uel alterum aliquid, credet ex se absq; hominū testimonio, librum aut domum ab hoc esse constructum. Quod autem in libro contenta sint uera uel falsa, utilia uel nociua, prosequenda uel fugienda, ab hominum, præsertim fide dignorū testimonio credere potest. Rursum & utrunq; quandoq; ab hominum testimonio suscipere potest quis, ut qd' hic sit Hippocratis liber atq; doctrina, credet qui nunq; uiderit Hippocratē ab hominū testimonio. Quod autē in eo contenta seu scripta sint uera uel falsa, seruanda uel omittenda propter sanitatem conseruandam, & ægritudinem declinandā, suscipiet idem à testimonio peritorum. Eodem quoque uel quasi consimili modo scripturam aliquam in Biblia contentam, dei credere traditionem, seu legem à Christo æditam esse uel dictam, potest accipere quis ex fidelium cōmuni testimonio seu ecclesiæ catholice, qui tamen nec Christum uidit nec audiuit, aut alio exteriori sensu percepit. Hanc tamen scripturam ueram esse uel obseruandam,

*Credere, multi  
fariam accipi.*

credet ex fide uel signo aliquo sensibili, puta miraculo, absque testimonio cuiuscumque, quemadmodum Paulus, qui legem quam persequatur batur prius, Christi fuisse doctrinam credebat ex praedicantium quos persequatur testimonio, nec eam propterea uerum continere credebat. Credidit autem postmodum ueram esse, primum ex sensibili miraculo, consequenter ex fide quam habuit. Similiter autem & utrumque quandoque susceptum est ab humano testimonio, ut hanc scripturam esse legem à Christo traditam & latam, in ipsa quoque contenta uera esse, ac obseruanda propter aeternam salutem consequendam, & miseriam fugiendam, creditur & creditum est à multis, qui nec Christum uiderunt, aut exteriori sensu cognouerunt, nec unquam miraculum seu signum de hoc sensibile perceperunt.

*Aug. non creditur  
re euangelio etc.*

Quod ergo dicit beatus Augustinus. Non crederem euangelio &c. potest secundum praedicta duplicem sensum habere, unum quidem, quia scripturam illam credidit euangelium esse, id est Christi traditionem ex testimonio ecclesiae catholicae siue uniuersalis, quae hanc scripturam seu euangelium uerum continere principaliter crediderit ex miraculo fortasse, uel reuelatione aliqua, uel ex fide, qua Christum credidit esse uerum deum, & per consequens omnem eius traditionem esse ueram atque seruandam. Alium uero sensum possunt habere Augustini uerba praedicta, ut quod utrumque testimonio catholicae ecclesiae primum accepit & credidit. Licet primus sensus sententiae Apostoli ad Galatas primo magis conuenire uideatur, non enim dicta Christi siue dei uera sunt causaliter, eo quod eisdem testificetur ecclesia catholica uero testimonio: sed testimonium ecclesiae causaliter uerum est, dum dicit dicta Christi uera, propter ueritatem dictorum Christi, unde Apostolus ubi supra. Sed licet nos aut angelus de caelo euangelizet uobis praeterquam quod euangelizauimus uobis, anathema sit. Et consimiliter intelligendum, quod etiam si tota ecclesia aliud euangelizasset, id est contrarium, illud non fuisset uerum, Et causa est, quia sibi constabat, illud euangelium esse Christi dictum, seu reuelationem, in qua falsitas esse non poterat, quae ex necessitate consequentiae & à posteriori bene sequatur: Ecclesia catholica dixit hanc orationem, deus est trinus in personis, esse ueram, ergo est uera, uel de quouis alio Christi dicto siue praeepto, quod dicat esse seruandum, eo quod dicta ecclesiae catholicae in his quae circa fidem uertuntur, à spiritu sancto immediate reuelata fore, pie tenendum est, ut apparuit ex praemissis. Et ideo secundum quemuis sensum, exponantur Augustini uerba proposita, non aduersantur sententiae quam diximus, quoniam iam dictis ecclesiae de his quae circa fidem

*Ecclesia iudicium  
um quare uerum.*

«  
»  
»

dem



dem sunt credere, magis est credere spiritui sancto, q̄ homini. Dicit autem Augustinus pro tanto se credere euangelio propter ecclesie catholice autoritatem, quia sue credulitatis initium inde sumpsit, quam spiritu sancto dirigi nouit. Fides enim quandoq; incipit ex <sup>Quatuor prima concilia.</sup> auditu. Voco autem catholicam ecclesiam eam, que propriissime atq; uerissime dicitur ecclesia secundum ultimam significationem ecclesie, dictam secundo huius.

CVIUS SIT VEL FVERIT AVTORITAS DIFFIN  
endi seu determinandi dubias scripturæ sacræ sen  
tentias. Caput XX.



Is itaq; sic præmissis concludenda iam pposita res  
sumentes, ostendere uolumus, quod dubios sensus  
sive sententias scripturæ sacræ iam exortas aut ori  
turas, cum ortæ fuerint, præsertim circa fidei arti  
culos, præcepta & phibita, sit expediens & necessa  
rium terminare, quoniã expediens est, quinimò necessariũ sine quo  
fidei unitas minime saluaretur, error & schisma cõtingeret circa fi  
dem inter Christi fideles. Hoc aut est determinatio dubiarũ, & quã  
doq; contrariarũ sententiarũ doctorũ quorundam circa legem di  
uinam. In hac enim opinionũ diuersitates aut contrarietates, diuer  
sas sectas induceret, schismata & errores, sicut ex iam dicto Isidori  
codice capitulo, intitulato, Incipit præfatio Niceni cõcilij, recitatur.  
Quodam enim Alexandrino presbytero, Arrio nominato, Chri  
stum sic dei filium esse dicente, ut ipsum existimaret pure creaturam <sup>Error Arrii</sup>  
existere, & per consequens patre deo inæqualem atq; minorem. Hu <sup>heretici.</sup>  
ius erroris diuulgatione, numerosa multitudo Christianorũ labefa  
cta fuit, fuissetq; amplior, nec ab errore reuocata, nisi uerus in hoc  
scripturæ sensus à falso determinatus fuisset. Sic quoq; in spiritũ san  
ctum, & circa personæ ac essentia unitatem & pluralitatem in Chri  
sto, insanas quidam protulere sententias, propter quarũ discretionẽ  
à ueris & ipsarum reprobationem ac damnationem conuocatae ac <sup>Ecclesia catho</sup>  
congregatae sunt quatuor primæ Synodi, Nicena, Cõstantinopoli <sup>lica.</sup>  
tana, Ephesina, & Calcedonenlis. Has etenim cõtrouersias inter ec  
clesiæ Christianæ doctores, ueros aut simulatos fideles, propheta  
uit Christus, Lucae xxi. & Apostolus primæ ad Timo. iij. & secun  
dæ ad eundẽ tertio, quorũ series prætermisi propter ipsarũ notitiã,  
& abbreviationem sermonis. Huic consequenter ostendo, quod  
huius determinatiõis autoritas principalis, mediata uel immediata

*Quales debeat  
esse, qui ad con-  
ciliū congregā-  
tur.*

*Sacerdotum of-  
ficiū.*

*Congregantis  
concilium offi-  
cium.*

folius sit generalis concilij Christianorū, aut ualentioris partis ipso-  
rum uel eorum quibus ab uniuersitate fidelium Christianorū autori-  
tas hæc concessa fuerit, sic uidelicet, ut omnes mundi prouinciæ seu  
communitates notabiles secundū sui legis latoris humani, determi-  
nationem siue unici siue pluris & secundum ipsarum proportionē  
in quantitate ac qualitate personarum uiros eligant fideles, presby-  
teros primū, & nō presbyteros cōsequenter, idoneos tamen, ut ui-  
ta probatiores, & in lege diuina peritiores, qui tanq̄ iudices secun-  
dum iudicis significationē primā, uicem uniuersitatis fideliū repre-  
sentantes, iam dicta sibi per uniuersitates autoritate concessa, cōue-  
niant ad certū orbis locū, conuenientiorē tamen secundū plurimæ  
partis ipsorū determinationē, uel suorū legis latorū, in quo simul ea  
quæ circa legem diuinā apparuerint dubia, utilia, expedientia, & ne-  
cessaria terminari, diffinient: & reliqua circa ritum ecclesiasticū seu  
cultum diuinum, quæ futura sint etiam ad quietem & tranquillitatē  
fidelīū, habeant ordinare. Ociose nanq̄ ac inutiliter ad congrega-  
tionem hanc conueniret multitudo fidelium imperita, inutiliter au-  
tem, quoniā turbaretur ab operibus necessarijs ad uitæ corporalis  
sustentationē, quod onerosum ei esset, aut importabile forte. Quis  
ad hanc congregationē, fideles omnes obligentur lege diuina pro-  
pter finem prædictū, licet diuersimode, sacerdotes quidē enim, eo  
quod ipsorū officīū sit legem docere secundū ipsius uerū sensum, &  
ea procurare quæ ad ipsius synceritatē p̄ficere possint, errores cō-  
trarios reprobare, ab ipsis quoq̄ suis exhortationibus, arguitioni-  
bus, & increpationibus homines reuocare. Vnde Matth. ult. ad sa-  
cerdotes omnes in persona tantū apostolorū ait ueritas. Euntes do-  
cete omnes gentes. propter quod in persona omniū apostolorū lo-  
quens Apostolus primē ad Corinth. ix. dicebat. Necessitas mihi in-  
cumbit, uæ mihi si non euangelizauero. Obligantur autem sacer-  
dotibus consequēter amplius reliqua multitudine, qui periti fuerint  
in lege diuina, debent enim his aliquos excitare & conuenire cū sa-  
cerdotibus, præsertim si sufficienter ad hæc requisiti fuerint uel mā-  
dati. Quoniā scienti bonū facere, & nō faciēti, peccatū est illi, ut scri-  
bitur Iacobi iij. Pro reliquis etiā diffiniendis extra legē diuinā, quæ  
sunt ad fidelīū cōmunem utilitatē & pacem, interesse possunt & de-  
bent concilio, qui ad hoc statuti fuerint per humanū legis latorē fi-  
delem. Legis latores uero ad hoc etiā obligantur, eligendo perso-  
nas idoneas ad conciliū integrandū, eisq̄ de necessarijs temporalibus  
puidendū: & uenire recusantes, ad hoc tamen idoneos & ele-  
ctos, tam sacerdotes q̄ nō sacerdotes propter utilitatem publicā, si  
opor

fuerit, cōpellendū. Quod autem solius generalis iam dicti concilij sit autoritas prædicta diffiniendi & ordinandi secundū dictum modū, nullius uero alterius personæ singularis, aut alterius particularis collegij, consimilibus demōstrationibus & scripturæ sacræ autoritatibus conuinci potest, qualibus legū lationem & officiorum ecclesiasticorū institutionē secundariā, xij. primæ, & xvij. huius mōstrauimus pertinere, sola demōstrationū minori extremitate mutata, ut uidelicet circa legē diuinā determināda seu diffinienda dubia cum reliquis circa ritū ecclesiasticū siue cultū diuinū ac fidelium pacem & unitatem ordinandis assumantur pro termino legis aut officiorum ecclesiasticorū secundariæ institutionis. Tanto ampliori necessitate attendenda in his, quanto de lege seu fide tenenda, & his quæ omnibus fidelibus proficere uel nocere possunt, discretio & cura diligentior est habenda. Sic nanq̄ fecerunt Apostoli cū senioribus, de his quæ dubia circa euangeliū occurrerunt, ut apparet Act. xv. & seriose induximus xvi. huius. Non enim dubium illud de circūcisione beatus Petrus aut alter apostolus, seorsum aut singulariter diffiniuit, sed conuenerunt super his omnes apostoli & seniores siue peritiores in lege. Signum aut̄ uerū esse quod diximus, est, quoniam, & concilijs principalibus in diffiniendis scripturæ dubijs, aderāt Imperatores & Imperatrices fideles cum suis officialibus, ut ex Isidori sæpe dicto codice satis apparet, ubi sequenti cap. induximus ipsum à secūda in octauā, quibus eo tempore nō tanta uocaret necessitas, nō sacerdotū præsentiam, quanta moderno propter instantium sacerdotum & episcoporum turbam maiorem, diuinę legis, quantum oporteret, ignaram. Vnde sacerdotibus inuicem dissidentibus de credendis ad salutem æternā, de ipsorū saniori parte, fidelium pars ualentior habet iudicare, quibus ipsis omnibus concordantibus, credendum sit in prædictis, sic tamen promotis ad ordines, quemadmodum diximus xvij. huius. Propter quod etiā ostendere uolo rursus determinationē hanc nullatenus ad solū Ro. episcopū pertinere, neq̄ ad ipsum etiā cū solo Cardinalium cœtu, & cōsequenter ex hoc, quod ad nullū episcopū alium unicū siue solū, siue ipsum & aliud aliquod particulare collegiū. Esto nanq̄, sicut euenire contingit, hæreticum aliquē ad Ro. pōtificem assumi, uel postq̄ assumptus fuerit, si nō antea, in hęc cadere labem, ignorantia uel malitia, uel utriusq̄, quales iam quidē assumpti leguntur, uidelicet Liberius, *Liberius Papa.* natiuitate Romanus. Siquidē solus hic pōtifex, aut cū solo suo cœtu Cardinalium, quos sui complices erroris uerisimiliter fore cōtinget, quia sibi quales uult absq̄ cuiusq̄ determinatione assumit, & se

dicit assumere posse: aliquid determinauerit circa dubiam aliquam scripturae sententiam: nunquid huius episcopi aut eius & sui soli collegii sententiae standum erit, qui forte ignorantia uel malitia cupiditate aut ambitione uel alia quauis erunt affectione sinistra seducti? De quo ne longe petatur exemplū, id cōtigisse uidemus cuiusdam papae Romano. Ipse enim per se singulariter, aut cum solo suorum Cardinalium coetu, ne summam Christi paupertatem & perfectionis statum deferere uideretur, cū hoc uolens temporalia etiā immobilia in suo uendicandi retinere dominio & seculariter principiari, edictum emisit circa summā paupertatis siue perfectionis statum, cuius sententia per falsam interpretationem Christi euangelio contradicit, sicut palam ostēdimus xiiij. & xiiij. huius. Propter quod soli cuius episcopo aut sibi & suo soli collegio clericorū hac auctoritate concessa fideiū uniuersitas naufragii circa fidem periculo subiacet, ut ex iam dictis atq; dicēdis cōpositae mentis quilibet intelligere potest. Amplius si solius Romani papae, aut alterius cuiusuis solius episcopi, quemadmodum dictum est, talis esset auctoritas, Vel si secundum Isidorū praedicto codice capitulo, cui titulus, Praefatio Isidori in sequenti opere: epistolae siue decreta Romani pontificis aequalia uel non imparia forent auctoritate, his, quae determinata & diffinita sunt per concilium generale, omnes seculi principatus omnia regna & mundi prouinciae ac personae singulares cuiuscumque dignitatis, praeminentiae, uel conditionis existant, antistiti Romano primo foret coactiua iurisdictione subiecti. Decreuit enim hoc octauus Bonifacius papa Romanus, per ipsius epistolam siue decretum quoddam, cuius initium. Vnam sanctam catholicam ecclesiam, eius uero finis. Porro subesse Ro. pontifici omnem humanam creaturam, declaramus, dicimus, & diffinimus omnino esse de necessitate salutis. Cū igitur semel determinata circa scripturam per concilium generale rite uocatum, congregatum, & secundum formam debitam celebratum, & consummatum, praesertim quae ad salutem aeternam uera credere necessarium sit, immutabilis & infallibilis ueritatis existat, quemadmodum demonstratum est circa principium xix. huius. Obtineret igitur epistola haec Bonifaciana certam & indubiam ac irreuocabilem ueritatem. Nunc autem eam ab initio nunc & semper constat esse falsam, erroneam, cunctisque ciuilibus uiuentibus praedialissimam omnium excogibilium falsorum, sicut indubie demonstratum est quarto, quinto, & nono huius. Quam etiā falsam esse, ac dictum Isidori, nisi fortassis illud pia interpretatione iuuetur, manifeste demonstrat quinti Clementi successoris eiusdem Bonifacii

Bonifacii viii.  
egregium facinus.

Qualis epistola Bonifacii.

Clemens v.

epi

epistola siue decretum, cuius initiū. Meruit charissimi filij nostri Philippi regis Francorum illustris, eius uero finis. Tanquā tum ad ecclesiam, quā etiam quo ad regem & regnum superius nominatos. Hac enim dictus Clemens exprimit diffiniendo Bonifacianam epistolam, in nullo præiudicare regi aut regno prædicto. Cum ergo nec rex prædictus, nec illius successor aliquis uel regnicola suus quisquē, iuxta dicti Clementis conscientiam, ac omnium Christianorū scientiam uerū crediderint, aut credituri fuerint, sed falsum apertū esse, quod continet epistola supradicta in eo articulo, quo cunctos sibi subiicit principatus & regna, per necessitatem sequitur, quod credere id, non sit de necessitate salutis, nam si sic, præiudiciale foret utique non credenti. Amplius consideranti, uidebuntur tales epistolæ siue decreta infantiæ quædam. Nam ea quæ Bonifacij uerum continente, ad ipsius credulitatem omnes mundi principes & populos obligat, ea uero quæ Clementis, non omnes, quoniam ab hac credulitate Francorū princeps cum suis regnicolis solus eximitur. Sūt igitur aliqua de necessitate salutis, autoritate scripturæ quibusdam credenda, quibusdam uero minime. Non ergo unus dominus, nec una fides, nec Christo in unitate fidei, omnes tenentur occurrere, cuius oppositum dicit aperte doctor gentium ad Ephesios quarto.

*Præpam esse do-  
minum omniū  
credere, non est  
necessesse,*

Est rursus interrogandum Clementi, secundum quem sanū intellectum ex sua fide mereri potuit Francorum rex, cum populis sibi subiectis, non obligari credere, quæ credenda sunt de necessitate salutis. Aut igitur ex fide meruerūt heretici & infideles fieri, aut epistola Bonifaciana continet apertum mēdaciū, & sic ista quæ à ueritate non ueniunt, plerumque etiam nullo impellente, seipsa subuertunt, ut dicit Augustinus septimo de ciuitate dei, capitulo xvi.

Amplius dignum est admirari cæteros reges & populos, ipsisque conuenienter quærendū, quis locus aut sensus scripturæ, ipsos præter Francorum regem constituat Romano papæ iurisdictione subiectos, cū ue illud unus reliquo magis ad suæ salutis necessitatē credere teneatur. Hoc enim uelut figmento simile multa fuit & est irrisione dignum: & ex talia proferentium ambitione, ac principandi seculariter ardore ac supradicti Francorum regis illustrissimi terrore procedens.

Quod autem præ diximus, generale concilium etiam per nō sacerdotes integrari posse, deliberandis quoque per cōcilium conuenienter unā cum sacerdotibus suum apposituri & interposituri decretum, suadebimus primū ex Isidori prædicto codice capitulo, cui titulus, Incipiunt Canones, id est regulæ ecclesiasticæ, Continentur enim in eo inter cætera series hæc.

*Laicos ad con-  
cilium uocādos  
generale,*

Deinde ingrediātur laici, qui electione cōcilij interesse meruerunt. Multo magis igitur qui fuerint literati, & in lege diuina periti, q̄q̄ nō sacerdotes existant. Sic enim fecerunt apostoli cū senioribus, ut pridem induximus. Vnde oportet attēdere, quod in ecclesia primitiua & antiquis temporibus, praesertim ante tempora Constantini soli sacerdotes & quasi omnes erāt, sicut soli tenentur, & esse debēt, • legis diuinæ doctores, iuxta illud Malachiae secundo. Labia sacerdotis custodiūt scientiā & legem, diuinā scilicet, requirēt ex ore eius. • Vnde etiā Apostolus primae ad Tim. iij. & ad Titū primo. Oportet episcopū, id est sacerdotem, doctorem esse, amplectentem eum • qui secundū doctrinā est, fidelem sermonem, ut potens sit exhortari • in doctrina sana, & eos qui cōtradidunt, arguere. Propter quod soli tales existentes sacerdotes, ad difficilia uel dubia circa scripturā & fidem interpretāda & diffiniēda, quasi soli cōuenire solebāt. Nunc uero propter ecclesiastici regiminis corruptionem, plurima pars sacerdotū & episcoporū in sacra scriptura periti sunt parū, & si dicere liceat insufficienter, eo quod temporalia beneficiorū, quae assequuntur officijs ambiciosi, cupidi, & cauidici quidam obtinere uolunt & obtinent obsequio prece uel pretio, uel seculari potentia. Et deo teste ac fidelium multitudine, sacerdotes plurimos, abbates & ecclesiasticos prelatos quosdam me uidisse ac audiuisse memini adeo diminutos, ut etiam nec grammaticae congruū scirent proferre sermonem. Et quod amplius horrendū est, in ecclesiastico ritu sciui & uidi hominem citra uigesimalū aetatis suae annū diuinę legis ignarū quasi penitus, cui tamen in famosa & populosa ciuitate cōmissa est episcopalis cura, eo nō solum sacerdotali ordine carēti, uerum etiam diaconatus & subdiaconatus exorti, quod quidā asseruit se licite posse. Hoc etiam & quasi consimile inconueniens de facto per saepe faciens, propter potentū fauorem sibi quærendū, qui super ecclesiasticorum officiorum institutionem, & beneficiorū distributionem, Romanus episcopus habere se dicit, uelut Christi uicarium plenitudinem potestatis. A quo siquidem conuenienter interrogandum, cur talis episcoporū & sacerdotū in generali concilio cōgregabitur turba: Et qualiter in dubijs circa scripturas determinare nouerit ueros sensus à falsis, propter quod in horum defectum, non sacerdotes approbatos fideles, iuxta fidelis legis latoris determinationem scripturae sacrae doctos sufficienter, uita & moribus etiā talibus episcopis & sacerdotibus praepollentes, perutile quinimò necessariū legis diuinæ, ac rectae rationi consonū est tali concilio interesse, ipsorumq̄ deliberatiōe cū reliquis, dubia circa fidē & quæ sita cetera diffiniri.

*Sacerdotes parum periti.*

CVIVS SIT VEL FVERIT AVTORITAS HACTENVS COACTIVA CONgregandi generale concilium sacerdotū, & episcoporum, ac reliquorū fideiū, cuiusue sit autoritas in ipso aliquid statuēdi quod fideles obliget ad pœnam aut culpam pro statu præsentis seculi uel uenturi, & cuius rursus sit in hoc seculo statutorum aut diffinitorū in generali concilio, quemlibet transgressorē arcere, amplius quod nullus episcopus aut sacerdos excommunicare potest principē aut populū interdicerē quenq̄, nec ecclesiastica temporalia beneficia, uel decimas, aut disciplinarum cuiq̄ conferre licentias, nec officia ciuilia quenq̄, nisi iuxta generalis concilij aut legis latoris, uel utriusq̄, determinationē atq̄ concessionem.

## Caput. XXI.



Vnc aut ostendere uolo, ad solius humani legis latoris fidelis superiore carentis, autoritatē pertinere, aut eius uel eorū, cui uel quibus per iam dictū legis latoris potestas hæc cōmissa fuerit generale conciliū conuocare, personas ad hoc idoneas determinare, ip̄m̄q̄ cogregari, celebrari & secūdq̄ formā debitā facere cōsumari, rebelles quoq̄ ad cōueniēdū & iā dicta necessaria & utilia faciēdū, determinatorū quoq̄ ac ordinatorū in dicto cōcilio trāsgressores tā sacerdotes q̄ nō sacerdotes, clericos aut nō clericos licite secūdq̄ diuinā & humanā legē, per coactiuā arcere potētia. Quæ quāuis demonstrata sint xv. primę iii. v. ix. ac xi. huius in quibus per demonstrationē ostensum est, & autoritate scripturæ certificatū amplius iurisdictiones coactiuas super omnes indifferēter sacerdotes & nō sacerdotes, personarū determinatiōes & approbatiōes, officiorū quoq̄ institutiones omniū, ad solius humani legis latoris fidelis autoritatē, minime uero ad sacerdotalis collegij solius, inquantū huiusmodi pertinere, uolumus tamen nūc ea persuadere per iam dictū Isidori codicem plerisq̄ locis, maxime uero in quibus ea quæ facta sunt, legi diuinæ ac rectę rationi cōsona recitat. Primū quidē igitur, in capitulo cui titulus, Incipit p̄facio Niceni cōcilij ubi sic inquit. Ibicq̄ Arriū ccc. xviii. residētibus episcopis adesse iubet, Constantinus uidelicet, ac de eius p̄positiōibus iudicare, episcopos scilicet. Ecce qd̄ iussu legis latoris cōgregati fuerunt episcopi & sacerdotes in cōcilio supradicto. Idē rursus in capitulo, cui titulus, Incipit cōciliū 630. episcoporum, ubi sic inquit. Sācta & magna & uenerabilis synodus quæ secundum gratiā dei ex decreto p̄missimorum Imperatorū Valētiani & Marciani congregata est, amplius ex capitulo cui titulus, Expli-

citi

cit concilium Toletanum septimū, incipit octauū ubi sic inquit. Anno uero orthodoxi atq; gloriosi, & uera clementiæ dignitate præcipui Reccessiunchi regis, cum omnes nos diuinæ ordinatio uoluntatis, eiusdem principis serenissimo iussu, in basilica sanctorū apostolorum ad sacrū Synodi, coëgisset aggregari conuentū. Idē ad huc ex capitulo cui titulus. Explicit concilium Toletanum undecimū, incipit xij. Idem rursus ex eo, cui titulus. Explicit cōciliū Bracharen. primū, incipit secundū. Amplius idem ex epistola Leonis Papæ Romani Ad Ephesinā synodū. Idem rursus ex epistola Leonis papæ Romani, ad Theodosiū Imperatorē. Ad huc idem ex epistola Leonis episcopi Marciano augusto, cuius initium est, Poposcerā. Idem amplius in epistola ad Marcianū augustū, cuius initium est. Multa mihi in omnibus. Idē in alijs plerisq; locis, dicti codicis & epistolis quarum series propter rei notitiā & sermonis abbreviationē omisi.

Quod autem ad solum Romanū episcopum uel ipsum & suorū Cardinalium solum collegium, nō pertineat autoritas supradicta, suaderi potest cum prædictis, ex eo, quod si reus esset ipse aut cum suo collegio, criminis alicuius propter quod expediret huiusmodi concilium conuocare, uerisimile est, ipsum talem congregationem quantum posset differre uel auferre totaliter, quod in grande fidelium grauamen & præiudicium redundaret. Hoc autem fideli legislatori seu fideliū uniuersitati, sic euenire nō potest, eo quod ipsa uel ipsius ualentior pars non sic seducibilis est, neq; in ciuilibus, quæ admodum ostendimus decimotertio primæ, neq; in spiritualibus, præsertim circa fidem, ut ostensum est decimonono & xx. huius.

Quod uero diffinitorum seu iudicatorum, & reliquorum ordinatorum primæ significationis iudicio per generale conciliū, obseruationis choactiuam ferre præceptum seu dare decretū super omnes indifferēter, tã sacerdotes q̄ non sacerdotes eiusq; præcepti siue decreti trāsgressores arcere pœna reali aut personali uel utraq; in hoc etiã seculo transgressoribus infligēda, sit autoritas humani legislatoris fidelis, superiore carētis, suadere uolumus primū ex his quæ rationabiliter acta sunt. Et recitat Isidorus codice prædicto plerisque locis. Est enim hoc uidere palàm ex capitulo, cui titulus. Edictum Marciani Imperatoris in affirmatione concilij Calcedonensis, in quo continetur inter cætera series hæc. Nemo itaque, uel clericus militans & alterius cuiuslibet conditionis, de fide Christiana, publice terminata, coadunatis & audientibus tractare conetur in posterum, ex hoc tumultus & perfidiæ occasionem requirens. Vbi etiam parum infra subiungitur. Nam in contemptoribus  
huius



huius legis pœna non deerit. Et infra rursum. Igitur si clericus erit, qui publice tractare de religione ausus fuerit à consortio clericorū, remouebitur. Si uero militia præditus sit, cingulo militiæ expoliabitur, & sic de reliquis cōsequenter statuit. Idem apparet rursum ex capitulo immediate subnixo, cuius titulus, Incipit sacra Valētiani & Martiani augustorum post concilium Calcedonense, in confirmatione eiusdem concilij, & damnatione hæreticorum, in qua series talis habetur. Hac lege decernimus eos qui Euticetis errore decipiuntur ad exemplum Apollinarianorū, quos Eutices secutus est, quos uenerabiles patrum regulæ, id est ecclesiastici canones, & diuorū principum sacratissimæ sanctiones condemnant, nullum episcopū, nullum presbyterum, nullos creare uel appellare clericos, ipsumq; Euticen nomine presbyteri, quo indigne utens expoliatus est in totum carere. Si quis tamen cōtra diffinita nostra episcopos, presbyteros, cæterosq; clericos ausi fuerint ex his creare, tam facientes quàm factos, uel præsumentes sibi clericorum bonorum amissione, periculo subiacerent exilij perpetui præcipimus. Ex hoc autem apparet uerum esse, quod de promouēdis ad sacerdotiū & reliquos ordines sacros, ad fidelis legis latoris aut principis autoritatem diximus pertinere. Amplius idem ex habito huic immediate capitulo, cui titulus. Item alia Martiani Imperatoris contra eosdem hæreticos. Adhuc idem ex capitulo, cui titulus. Edictum regis de confirmatione concilij, ubi hoc inter cætera continetur. Si quis ergo clericus aut laicus harum sanctionū obediēs esse noluerit, si episcopus, presbyter, diaconus, aut clericus fuerit ab omni concilio excōmunicationi subiacet. Si uero laicus & honestioris loci persona fuerit, medietatē facultatum suarum amittat, fisci iuribus profuturam. Ex quo etiam manifeste apparet, quod pœnas personales atque reales hæreticis infligere, ipsasq; exigere, sibiq; applicare licite possunt & solebant principes siue legis latores humani, quemadmodum diximus decimo huius. Hoc rursum ex capitulo, cui titulus. Explicit conciliū Tolitanum xij. cuius initium est. Charitatis instinctu, & alijs plerisque locis, de quibus pertranseo propter abbreviationem, & quoniam præinducta sufficiunt. Nec solum de obseruandis his quæ per concilium diffinita fuerant, coactiuum ferre decretum ad humanum legis latorem seu ipsius autoritate principantem pertinet, uerum etiam formam & modum, Romanam sedem apostolicam ordinandi, seu Romanum eligēdi pontificem statuere. Quod etiam ab Imperatore Romanum pontificem cum instantia postulasse legimus non reclamasse, ut ex eiusdem codicis capitulo, cui titulus

*Eutices hereticus.*

*Principes puniebant hæreticos.*

*Papā ab impe-  
ratoribus eligi  
solitum fuisse.*

tulus, Incipiunt Decreta Bonifacij papæ, epistola deprecatoria ad Honorium Augustum, ut constituatur à principe in urbe Romana, quatenus per ambitum nuncij pōtifex ordinetur. Et ex capitulo immediate subiuncto, cui titulus. Cōstantini Honorij Imperatoris ad Bonifacium papam missa, ut si denuo Romę duo episcopi ordinati fuerint, ambo ciuitate pellentur, cuius initium. Victor Honorius inclytus triumphator semper augustus, sancto ac uenerabili Bonifacio papæ urbis Romæ. In quo liquidem decreto dictus Imperator parum infra subinfert. Illud autem pietati nostræ satis placuisse cognosce, quod sanctimonia tua de ecclesiarum aut populi perturbatione sollicita est. Quę ne aliqua ratione possit euenire, satis clementia nostra credidit esse prouisum. Denicq; prædicante beatitudine tua, id ad cunctorū clericorū notitiam uolumus peruenire, ut si quid forte religioni tuæ (quod non optamus) humana sorte contigerit, sciant omnes ab ambitionibus esse cessandum. Ac si duo forte contra phas, temeritate certantum fuerint ordinati, nullum ex eis penitus futurum sacerdotem, id est Romanū episcopum. Sed illum in sede apostolica permansurum, quem ex numero clericorum noua ordinatione diuinum iudicium, & uniuersitatis cōsensus elegerint. Ex quo etiam apparet uerum esse quod diximus xvij. huius, ad uniuersitatem fidelium siue humanum legis latorem fidelem pertinere institutionem secundam, sacerdotum, episcoporum, & reliquorū ministrorum ecclesiæ ad curas animarū maiores siue minores.

Amplius proposita suadere possumus ex epistola, cui titulus. Itē ad Martianum Augustum gratias agens, quod eius industria per Calcedonense concilium pax ecclesiæ reddita sit, cuius initium est. Leo episcopus Martiano augusto. Multa mihi in omnibus clementiæ uestræ literis causa gaudij est. In qua etiā circa finē legitur, qd' idē Leo sic ait. Quia uero omnibus modis obediendū est pietati uestræ & religiosissimæ uoluntati, constitutionibus synodalibus, quæ mihi de confirmatione fidei catholicæ, & de hæreticorū damnatione placuerunt, libens adieci meam sententiam. Quæ ut in notitiam omnium sacerdotum, ecclesiarumq; perueniant, uestræ clementiæ præceptio ordinare dignabitur. Ecce quod suam sententiā siue iudiciū primæ significationis adiecit Romanus pōtifex diffinitis per concilium, præceptionem tamen obseruationis ad ecclesias & sacerdotes supplicans fieri per Romanum principem, quod tamen non fecisset, si hæc illius non fuisset autoritas. Ex quo etiam apparet uerum esse, quod diximus quarto, quinto, & nono huius, autoritatem scilicet coactiuam, tam in sacerdotes quàm nō sacerdotes ad huma-

num legis latorem seu eius autoritate principantem pertinere, neque contra hoc reclamauerunt Romani pontifices antiquis temporibus, sed pro talibus sibi dandis regulis siue legibus per Imperatores potius supplicabant. Eadem rursum euidenter apparet sententia ex capitulo, cuius principum. Imperatores, Cæsares, Theodosius & Valentianus. In quo parū infra subiicitur. Quoniam igitur in præ-

*Theodosii & Valentiani decretum.*

senti subita emergente dubitatione ad catholicæ & apostolicæ doctrinæ ac nostræ fidei custodiam. Quæ ut fit diuersis sententijs impugnata conturbat & confundit hominum sensus & animas, in tolerabile duximus huiusmodi delictū cōtemnere, ne per talem negligentiam, ipsi deo inferri cōtumeliæ uiderent. Ideoque sancimus in unū sanctissimos & deo placitos cōuenire uiros, quibus pro pietate catholica, atque uera fide plurimus sermo est, ut uniuersa quidē talis & uana dubitatio subtili proposito & inquisitione soluatur. Vera autem & deo amica catholica fides firmetur. Igitur & tua sanctitas, sumptis secum decem reuerendissimis Metropolitanis qui sub tua degunt diocesi, & alijs similiter decē sanctis episcopis, sermone & uita ornatis, qui in doctrina & scientia recte & immaculate fidei, præ cunctis apud cunctos eminent, proximis Kal. Augusti Ephesum, Metropolitim, Asiæ, conuenire absque ulla dubitatione festinent: nullo scilicet alio præter prædictos uiros sanctam synodū molestāte, quatenus uniuersis, sanctissimis, & beatissimis episcopis, quos conuenire per sacras nostras epistolas sancimus ad prædictam cōcurrentibus ciuitatem, & subtilissime inuestigantibus & quærentibus, omnis de medio error contrarius auferatur, catholica autem doctrina & orthodoxæ fidei saluatoris nostri Christi amicissima solidetur & cōsuetæ fulgeat, quod uniuersi in posterū inconcussim deo propitio & intemeratū custodiant. Si quis uero tam necessariam & uere deo amicam synodū prætermiserit, & omni uirtute secundū prædictū tempus ad præfinitum locum non peruenerit, nullam excusationē neque apud deum neque apud nostram inueniet pietatem. Sacerdotalem enim conuentū, non nisi quis mali propria conscientia fauiciatus euitat. Theodoretum sanè episcopum Syriæ ciuitatis, quem

*Theodoretus episcopus.*

pridem iussimus suæ soli uacare ecclesiæ, sancimus, non prius ad sanctam Synodum conuenire, nisi uniuerso cōplacuerit conuenienti concilio & ipsum cōcurrere, & pariter interesse. Si uero aliqua discordia de eo emerferit, absque illo sanctam synodū conuenire & quæ iussa sunt, ordinare præcipimus. Ex hoc autem edicto attendēti apparet intentio triū conclusionū iam propositarū unius quidē, quod dubia quæ circa legem diuinam fuerint, expedit diffinire. Secūdx

y diffini

uero quod diffinitio hæc non ad singularis personæ uel collegij auctoritatem pertinet, sed ad cōcilium generale. Tertiæ quidem, quod huiusmodi conuocare seu præcipere concilium, & per ipsum diffinita & ordinata seruari statuere, statutorum quoque transgressores arcere in statu & pro statu præsentis seculi, autoritas sit solius humani legis latoris fidelis, seu eius autoritate principantis.

*Nihil per unū  
hominem statui  
posse in ecclesia  
sticis.*

His consequenter ostendere conuenit, nihil per hominem aliquē singularem cuiuscunq; dignitatis aut cōditionis existat, statui posse circa ecclesiasticum ritum, quod homines ad obseruationem obliget sub aliqua pœna pro statu præsentis seculi uel uenturi, nisi per generale concilium immediate, aut inde sumpta prius autoritate: ad hæc etiam fidelis humani legis latoris primi, aut eius autoritate principantis, interueniente decreto, nihilq; circa humanos actus alios, uelut ieiunia, esus carniū, abstinentias, sanctorum canonizationes ac uenerationes, operum mœchanicorum aut aliorum quorumcunq; prohibitiones seu uacationes (Augustinus decimo quinto de ciuitate dei, capitulo decimosexto) matrimoniorum copulas infra certos cognitionis gradus, ordines quoque siue collegia religiosorum approbare uel reprobare, reliquaq; similia lege diuina licita seu permitta, statuere sub aliqua ecclesiastica censura, ut interdicti uel excōmunicationis aut alterius pœnæ consimilis maioris aut minoris, eorū minus ad ea quenquam obligare posse sub pœna reali uel personali in statu præsentis seculi exigenda, absque iam dicti legis latoris autoritate, cuius siquidem licita solius potestas est infligere ac exigere tales pœnas, ut ex decimo quinto primæ ac decimo huius sufficienter apparet. Hęc autem eisdem demonstrationibus & autoritatibus supponendum probata, quibus & dubiorū legis diuinæ sensuum determinationem ad supradictum cōcilium, reliquosq; humanos actus circa ritum ecclesiasticum per coactiua decreta ordinare, ad fidelem legis latorem humanum supra monstrauimus pertinere, sola rationū minori extremitate mutata. Adhuc quoniam lege diuina permitta, non prohibentur nec illicita fiunt, nisi per legis latorem humanum. Amplius quoniam nullus episcopus in alium auctoritatem habet aliquam à Christo immediate, quemadmodum demonstratum est decimo quinto & decimosexto huius, neque coactiuam inuicem aut in alios iurisdictionem, ut quarto, quinto, & nono huius ostendimus prius. Ex quibus etiam deduci potest & conuenit ad solius iam dicti concilij, nō autem ad solius

*Quis excōmunicare possit.*

episcopi aut presbyteri uel alicuius ipsorū particularis collegij auctoritatem pertinere, principem, prouinciā, aut cōmunitatem aliam  
cui

ei uilem excōmunicare, uel diuinorum officiorū usum interdicere. Ignorāter enim aut inique uolente presbytero seu episcopo uel particulari aliquo ipsorum collegio principem aut prouinciam excōmunicare uel interdicere, magnum inde scandalum paci & quieti fidelium omnium euenire contingit, Quod etiā quasi nouissime iam rerum experientia magistra monstrauit, dum octauus Bonifacius papa Romanus claræ memoriæ philosophum pulchrum Francorum catholicum regem excōmunicare tentauit, eiusq; regnum cū sibi adhærentibus ecclesiasticorum officiorum interdictis supponere, reclamante prædicto rege aduersus narrationem quandam scriptam, cui principium, Vnam sanctam catholicam ecclesiam, emissam à prædicto Bonifacio, aut ab eodem cum suorum Cardinalium cœtu, inter cætera continentem, quinimò finaliter concludentem, omnes mundi principes, communitates, & personas singulares Romano papæ coactiua iurisdictione subiectos. Quāuis etiam temporibus illis proponeret idem Bonifacius aduersus iam dictum principem & sibi subditos ac adhærentes singulariter tendere, reliquosq; quos potuisset aduersus illum principes & populos fideles, teste immortalis ueritate, ac uiuentium plurimorum memoria concitare, nisi de medio sorte mortaliū sublatus fuisset. Hæc aut consimilis alterius malignæ concitationis tempeltas potius quàm potestas grandis schismatis atq; periculi fidelibus allatiua, resecanda prorsus est, temperandaq;. Interdictorum & excōmunicationū huiusmodi forma soli Christianorum generali concilio relinqui debet, cuius iudicium dirigente sancto spiritu, ignorātia uel malignitate aliqua peruerti nō potest. His autem per necessitatem sequitur ordinata & diffinita tam circa fidem siue legis euangelicæ sensum, quàm circa ecclesiasticum ritum siue cultum diuinū & reliqua omnia per concilium generale statuta, mediate uel immediate, implicite uel explicite, aut alio quouis modo, autoritate ac ordinatiōe nullius episcopi, aut alterius particularis collegij, concilij, uel congregationis, eorūq; minus personæ singularis cuiuscunq; cōditionis aut dignitatis extet, posse immutari, augeri, minui, uel suspendi, aut interpretationē recipere, præsertim in arduis, aut penitus reuocari: sed quæ sic ordinata fuerint, si ad immutandum aut simpliciter reuocandum uocet necessitas euidentis, ad suprædictum concilium cōuocandum debere referri. Hoc autem eisdem rationibus & autoritatibus conuincendum, quibus per solum iam dictum conciliū eiusmodi ordinanda, diffinienda, & statuenda monstrauimus.

*Scandalū excōmunicationis.*

*Bonifacius octauus.*

*Ofactum bene.*

*Nihil à quoq; circa fidem immutandum.*

Ex eisdem quoque rursus scripturæ autoritatibus & humanis

rationibus demonstrari potest & conuenit, ad nullius solius episcopi uel personę singularis aut particularis alius collegij autoritatem pertinere, absque iam dicti generalis concilij uel fidelis humani legislatoris determinatione, in aliquibus mundi ecclesiasticis officijs personas instituere seu præferre, neque pro eisdem officijs quenq̃ ecclesiastica temporalia, uocata beneficia, distribuere, neq̃ uocatas disciplinarum licentias, notariatus, aut reliqua officia publica seu ciuilia conferre cuiq̃, nisi autoritate iam dicta. Quæ quamuis decimo quinto primæ, ac huius decimosextimo secundum modum aliquem ostensa sint conuenienter, ea tamen amplius explicandum & confirmandum ex immediate prædictis & alijs quibusdam probabilibus argumentis in hac parte decreuimus. Nā illud nō est nec esse debet autoritas Romani uel alterius cuiusuis episcopi, aut particularis cum ipso collegij clericorum. Propter quod omnia regna omnesq̃ pollicia maiores siue minores hæresis & dissolutionis exponuntur periculo. Sic autem fit Romano aut alteri soli cuius episcopo, absque determinatione uel legislatoris, uel concilij generalis tali potestate permitta. Esto nanque, ut supra iam diximus, hæreticum aliquem aut necromanticum, cupidum, & superbum, aut aliter criminofum, quales quidam in episcopos Romanos præfici uisum est, & leguntur assumpti. Siquidem criminofus hic autoritatem habeat absque determinatione legali aliqua generalis concilij aut fidelis legislatoris mortalis in omnibus ecclesiasticis officijs personas statuere qualescunq̃ uoluerit, uerisimile ualde uidetur, eiusmodi pontificem eos in ecclesiasticis officijs, præcipue maioribus, ut cardinalatu, episcopatu aut præferre quos suorū criminū complices nouerit, & suis peruersis omnibus fauere uotis. Erit igit̃ in diuersus grex fidelium expositus periculo subuersionis à fide, quæ admodum etiam aliquantulum ostensum est undecimo huius: Et hoc præsertim, si hæresi labefactus ignorãtia, uel malitia interpretationis diuinæ legis habeat potestatem, sicut etiam pridem induximus uigesimo huius, & ex præsentium memoria & cōspectu de duobus Romanis episcopis omnibus liquet. Rursum si Romano episcopo diuina uel humana lege non reperitur concessa potestas, sed potius interdicta instituendi sibi successorem in episcopali sede Romana. Cum tamen ex ea prouincia magis nosse possit & debeat sufficientias personarum, & quid eidem prouincię magis expediat. Cur igitur episcoporum aut aliorum prælatorum, curatorum, & etiam ministrorum in alienis & remotis prouincijs, quibus expedientia minus noscit, & ex ipsis sufficientias personarū successores instituendi,

*Hoc & hodie fieri uidemus.*

potestas siue autoritas eidem episcopo permittetur.

Amplius, cuius episcopo soli, aut etiam cum solo particulari aliquo clericorum cœtu cōferendi omnia mundi ecclesiastica temporalia, uocata beneficia pro suo uoto absq̄ iam dicta determinatione legali aut generalis cōcilij & humani legis latoris uel fidelis principantis autoritate sibi cōcessa, omnia regna & omnes politix maiores & minores solutionis exponantur periculo. Rursumq̄ ritus hic ad ecclesiarum siue animarū regimen ditiores & excellentiores seculari potentia uel fauore, quantumcunq̄ ignorantes & more peruersos, pauperibus, iustis & humilibus quantumcunq̄ doctis & uita pollentibus præferri faciet. Esto enim Romanum episcopum superbum aut aliter criminofum, uolentem etiam seculariter principari. Quales eos & qualia sectari uidemus modernis temporibus ipsorum quàm plures. Propter suam siquidem auaritiam insatiabilem & explēda reliqua sua uota peruersa iam dicta, & propterea potentum fauores & gratias acquirendis ecclesiastica officia & beneficia uenalia ponet. Ipsa quoq̄ potentibus, uiolentis & bellicosis, aut iuxta ipsorum requisitionem, cognatis, affinibus, & amicis eorum cōferet, quos ad sua praua desideria perficienda suffragari tam uelle quàm posse putabit. Hæc autē, ut diximus, sic euenire possibile, nō solum argumenta probant, uerum etiam sic euenisse dudum ac euenire continuo, experiētia rerū magistra docet, quasi fidelibus omnibus inocculta.

Rursum hac illi officiorum institutionis, & temporalium seu beneficiorum distributionis, generali & immoderata potestate permitta, regna & politix omnes solutionis aut immensæ perturbationis periculo subiacent, si talis episcopus seculares principatus sibi subijcere querat, quos omnes secundum suam narrationem scriptam, decretalem uocatam nobis præmissam, octauus Bonifacius, sic Romano cuilibet episcopo coactiua iurisdictione subiectos expressit, ut id credere fidelibus pertinaciter fore asseruit de necessitate salutis. Idemq̄ in suis edictis aduersus inclytum Ludouicum ex ducibus Bauariæ Romanorum regem assumptum, implicet quidam uocatus papa Romanus, quibus hoc solum exprimere uideatur de regno siue imperio Romanorum. Reliqua tamen omnia comprehendens per eum, quo sibi hoc cum alijs rationibus præmissum ascribit titulum, plenitudinem scilicet potestatis, hoc enim titulo non magis superest coactiua iurisdictione principi Romanorum quàm reliquis regibus, quemadmodum euidenter ostensum est ultimo primæ. Hic inquam ergo episcopus hanc super principes seculi iurisdictionem, quamuis minus debite quærens talium tempora

*Decretales.*

*Ioannes papa.*

lium seu beneficiorum & decimarum, quæ ad omnia regna mentem conuertenti, iam quasi facta sunt inæstimabilis: pars distributione seu donatione seditionem magnam concitare potest, & de facto hæcenus concitauit & concitat, præcipue in uniuerso Romanorū imperio, quemadmodum magis in sequentibus seriose dicturi sumus.

Et propterea oportet humanum legis latorem aut ipsius autoritate principantem attendere in decimarum & reliquorum temporalium ecclesiasticorum acceptione, siue assumptione, an huiusmodi ecclesiastica temporalia superfluant sufficiētiae pauperum, euangelij ministrorū, & reliquorum etiam pauperum impotentum, propter quos statuta sunt talia, uel non superfluant. Et rursus attendere debet, an talibus bonis de necessitate indigeat ad rem publicam defendendam, aut aliter sustentandam, uel nō necessario his egeat

*Decimas in re publicam uerti posse.*

propter finem iam dictū. Quod si egerit his temporalibus ex necessitate propter finem prædictum, superfluis omnibus sufficientiæ iam dictorum ministrorum & pauperum uti, & autoritate propria sumere possunt licite secundū legem diuinā legis latores siue principantes, nulla obstante contradictione sacerdotum aut talium ministrorum, nec solum decimas, uerum etiam quartas & tertias, & ad unum dicere, ipsorum & pauperum impotentum sufficiētiae quodcunq; superfluum. Alimentis enim & his quibus tegantur contenti sint sacerdotes, ut dicit Apostolus primæ ad Timoth. sexto. Quod si huiusmodi bonis ad usum siue finem prædictum non egent, peccant mortaliter suscipientes, sibiq; consentientes uel ipsos inducentes ad hoc. Non est igitur ecclesiasticorum temporalium potestas soli Romano episcopo uel alteri permittenda, nec sibi & suo soli collegio sacerdotum, ne tali potestate seculares fauores in præiudiciū principum & populorum sibi quærere possint, & inter Christi fideles inde contentiones & scandala suscitare. Ad hæc enim sibi non modicum, quinimò magnum instrumētum est iam dicta potestas, eo quod plurimi, quamuis seducti, credētes talia per ipsum sic posse distribui, scēq; ipsa suscipere iuste, ad acquisitionem & receptionem ipsorum faciliter inclinātur. Propter quod illi episcopo & alteri cui cunq; per generale concilium & legis latorem humanum fidelium hæc quieti perniciosa potestas penitus subtrahenda est, aut debite moderanda, præsertim cum eidem lege diuina minime debeat, sed, sicut est, fuerit potius interdicta, quemadmodum ostensum est sufficienter decimotertio, decimoquarto, & decimo septimo huius.

*Bonorū ecclesiasticorum potestas.*

*Gradus disciplinarum.*

Propter eandem quidem igitur causam conferendi licentias in disciplinis, iam dicto episcopo, & alteri cui cunq; presbytero ac ipsorum

rum



rum soli collegio debet ac licite potest reuocari potestas. Est enim hoc humanilegis latoris aut eius autoritate principantis officium, quoniam hæc ad cōmune ciuium cōmodum aut incōmodum cedere possunt pro statu præsentis sæculi, quemadmodum demonstratum est decimoquinto primæ. Eodemq; modo sentiendum est de sanctorum canonizatione seu ueneratione instituēda, potest enim hæc nociua uel proficua fore communitati fidelium ciuium, posset nanque peruersus episcopus hac potestate fretus quosdā pronunciare sanctificatos, ut ipsorum dictis aut scriptis suas roboraret opiniones peruersas in præiudicium aliorum, propter quod autoritas hæc est soli generali concilio fidelium cōmittenda. Sic etenim Gregorius quartus ex assensu Ludouici Imperatoris & omnium episcoporum instituit, ut festum omnium sanctorum celebraretur, unde etiam de consimilibus omnibus similiter sentiendum. Rursum, quoniam hac sibi temporibus antiquis per legis latorem autoritate cōcessa propter ipsorum uitæ sanctitatem, & doctrinæ sufficientiam, ut ex scientia ciuiliū actuum euidenter apparet, in oppositas temporibus his qualitates conuersi literatorum collegia sibi subijciunt & sæculi principantibus subtrahunt, ipsisq; tanquam non modicis instrumentis, quinimò maximis in suis acquirendis & defendendis usurpationibus aduersus sæculi principantes utuntur episcopi supra dicti. Nolentes enim aut dubitantes uiri literati suorum magistrorum titulos perdere appetitu cōmodi & gloriæ consequentis, hosq; sibi episcoporum autoritate aduenisse non aliunde credentes, uotis horum assequuntur, & quam arbitrantur, eorum autoritati contradicentibus, aduersantur tam sæculi principibus quàm subiectis. Verum quia eiusmodi autoritas conferendi disciplinarum licentias est humanilegis latoris, aut illius autoritate principantis, ne literatorum & sapientum fauore careant, sed hunc, qui super auxilia extrinseca quæq; ad suos stabiliendos & defendendos principatus & politias, præponderādus est, acquirēt & seruēt iam diētas soli debent & licite præsumunt autoritate propria conferre licentias notariatuum & reliquorum magistratuum siue officiorum ciuiliū titulos, hoc enim priuatę personæ cuiuscunq; dignitatis, aut cōditionis, uel collegio particulari cuiq; competere nequit, inquantū huiusmodi, quæ admodū demonstratū est decimo quinto, & xyij, primæ.

*De sanctorū canonizatione.*

*Festum omnium sanctorum.*

*Magistrorum tituli.*

DEFENSORIS PACIS AD IMP. CAES. LVDO  
QUALITER ROMANVS EPISCOPVS ET IPSIVS EC  
clesia sit cæterarum caput & principalior, & pro  
pter quam autoritatem hoc illis con=  
ueniat. Caput XXII.



Terminatis autem his, ostendere uolumus cōsequen= ter, expediens & perutile, fore unicum episcopum & unicam ecclesiam siue collegium sacerdotum aliarū caput siue principaliorē statuere. Primum tamen oportet diuidere modos & intentiones, quibus unicam ecclesiam aut episcopum aliorum omnium esse caput, intelligi potest, ut ipsorum conuenientem ab inconuenientibus & expediens sepe remus. Esse autem unicum episcopū aut ecclesiam omnium aliarum caput, uno modo intelligi potest, ut uidelicet secundū ipsorum diffinitionem & determinationem scripturæ sacre sensum, in quibus dubia fiunt, præcipue de credendis & obseruandis de necessitate salutis, omnes mundi ecclesie ac persone singulares credere tenentur, ritumq; ecclesiasticum siue cultum diuinum, secundū ipsorum ordinationem seruare. Iuxta quem sensum siue modum, nullus episcopus aut ecclesia unica cuiusq; prouinciæ, in quantum huiusmodi siue collegium sacerdotum caput aliarū ex statuto diuinæ legis, nec secundum exemplum ecclesie primitiue, talem aliquā unicam expedit esse. Neque similiter legis latoris humani fidelis ordinatione aliqua seu decreto. Sic enim cum reliquis inconuenientibus, quæ sequuntur ad hæc, ex necessitate salutis credere tenerentur omnes principes, cōmunitates, & populi, secundū octauum Bonifacii diffinitionem, se fore Romano papæ coactiua iurisdictione subiectos. Rursumq; secundum cuiusdam, uocati papæ Romani, constitutiones nō esse Christi consiliū, spernere seu renūciare in cōmuni & proprio temporaliū, quæ ad præsentē necessitatē superfluūt, possessioni siue dominio seu potestati licite cōtendēdi p talibus, aut talia sibi uendicandi corā iudice coactiuo, quorū unū falsum horrendissimū est, secundū uero tanq; hæreticū declinandū, quēadmodū ex xiiij. xiiij. xvi. & uigesimo ac xxi. huius clare uisum est prius.

Alio rursus modo existimare est unicū episcopū & ecclesiā siue collegiū caput siue principaliorē cunctis alijs, sic ut oēs mūdi clerici siue collegia clericorū sibi sint iurisdictione coactiua subiecti, quod etiā nulli episcopo uel ecclesie lege diuina cōuenit, sed magis interdicitur consilio uel præcepto, quēadmodū ostensum est sufficiēter iij. v. viij. ix. & xi. huius. Alio quoq; modo intelligi potest prioritas hæc

*Unicum episcopum esse caput aliorum.*

*Pōtifiçū decreta salutem contra uia imperant.*

hæc sic, ut ad unicum episcopum aut ecclesiam siue collegium pertineat omnium officialium ecclesiasticorum institutio, & temporarium beneficiorum distributio, depositio, & oblatio, quo etiam modo lege diuina conuinci non potest, episcopum aliquem aut ecclesiam aliquam cæteris esse priorem, sed oppositum magis. Et ad unum dicere, uirtute uerborum scripturæ conuinci non potest, quod aliquis episcopus secundum ullam autoritatem siue potestatem, aut ecclesia sit caput siue principalis aliorum aut aliarum, quemadmodum ostensum est ex xv. xvi. xvij. & uigesimo huius, & in capitulo præcedente. Vnde neque alium episcopum plus excōmunicare potest alter, aut sibi cōmissio populo siue prouinciæ diuina interdiceret sacramenta uel officia quam econuerso, neque autoritatis plus habet in alterum aut sibi commissum populum, quam econuerso, nisi per generale concilium aut fidelem legis latorem humanum super alium aut alios autoritas siue potestas hæc concessa foret. Omnes enim omnes episcopi æqualis meriti sunt. episcopi æqualis meriti sunt & autoritatis, inquam episcopi sunt, ut ex epistola Hieronymi ad Euandrum induximus decimoquinto huius. Nec perfectior est aut fuit cui perfectior apostolus aut episcopus manus imposuit, ut apparet primæ ad Corinth. tertio. Nemo enim, inquit Apostolus, in hominibus gloriatur. Omnia enim uestra sunt, siue Paulus siue Apollo, siue Cephas &c. uos autem Christi, ubi glossa. Vos autem Christi non hominum in creatione uel re creatione. Propter quod non refert ad aliquod sacramentum, an perfectior uel minus perfectus presbyter manus imponat, dummodo autoritatem habeat, quia solus deus effectum dat sacramenti. Vnde eadem & eodem, inquit Apostolus, soluens ad dubitationem hanc. Ego plantaui, Apollo rigauit, sed deus incrementum dedit. Sicut plantans arborem aut irrigans, non est qui germinare seu opera uitæ facere tribuit, sed qui dat animam uegetatem plantæ: ita uult Apostolus, quod imponentes manus, docentes aut benedicentes, non dant opera meritoria, sed qui dat characterem aut gratiam interiorem, deus ipse, quamuis & hi adiuuent, quemadmodum irrigantes. Et quoniam unus est dator interioris autoritatis & characteris eiusdem speciei & gratiæ, deus ipse, ideoque omnes episcopi siue sacerdotes æqualis sunt autoritatis & meriti à deo dati, secundum quem modum Hiero. intellexit. Non est igitur episcopus aliquis aut ecclesia caput siue principalior aliorum inquam huiusmodi uirtute uerborum scripturæ. Caput enim ecclesie simpliciter & fidei fundamentum dei ordinatione immediata, secundum scripturam siue ueritatem unicum est Christus ipse, non aliquis apostolus, episcopus, aut sacerdos, ut aperte dicit Apo.

*Christus unicū  
caput ecclesie  
non Papa ali  
quis aut episco  
pus.*

Apostolus ad Ephesios quarto & quinto, ad Collossenses primo,  
 & primæ ad Corinthios decimo. Vnde omnes apostolos, prophe-  
 tas, doctores, reliquosq; fideles dicit cōstituere corpus Christi, qd'  
 est ecclesia tanquam reliqua membra, neminem autem sicut caput  
 nisi solum Christū. Vnde ad Ephesios quarto. Et ipse dedit quōsdā  
 quidem apostolos, quosdam autem prophetas, alios uero euangeli-  
 stas, alios autem pastores & doctores ad consummationē sancto-  
 rum in opus ministerij, In ædificationem corporis Christi, donec oc-  
 curramus omnes in unitatem fidei &c. Et parū infra subiūgit. Vni-  
 tatem aut facientes in charitate, crescamus in illo per omnia, qui est  
 caput Christus. Ex quo totū corpus compactū & cōnexū per oēm  
 iuncturā subministrationis, secūdū operationē in mensurā uniuscu-  
 iusq; membri, augmentū corporis facit, in ædificationē sui in cha-  
 ritate. Rursum quinto. Quoniā uir caput est mulieris, sicut Christus  
 est caput ecclesie, ipse saluator corporis. Sicut ecclesia subiecta est  
 Christo, ita & mulieres uiris suis in omnibus. Nusq; tamē Cephā  
 dixit ecclesie caput, nec ecclesiam illi tanquam capiti fore subiectā,  
 cum tamen hæc dicta fuerint, postquam Christus surrexit à mor-  
 tuis, & super cælos ascendit. Vnde parum infra eodem, in persona  
 omnium fidelium loquens Apostolus, ait. Nemo enim unquā car-  
 nem suam odio habuit, sed nutrit & fouet eam, sicut & Christus ec-  
 clesiam, quia membra sumus corporis eius. Amplius ad Collossen-  
 ses primo. Et ipse est caput corporis ecclesie, qui est principium pri-  
 mogenitus ex mortuis, ut sit in omnibus ipse primatū tenens. Idem  
 dixit aperte beatus Petrus prima canonica sua, capitulo quinto. Et  
 cum apparuerit princeps pastorum, Christus scilicet, percipietis im-  
 marcessibilem gratiæ coronam. Est rursus & fuit Christus solus ec-  
 clesie siue fidei fundamentum & petra. Vnde primæ ad Corinth.  
 tertio. Fundamētum enim aliud nemo ponere potest præter id qd'  
 positū est, quod est Christus Iesus. Et rursus eiusdem decimo, Pe-  
 tra autem erat Christus. Et hæc palām fuit Augustini sententia de  
 cimo de ciuitate dei, capitulis sexto & uigesimo. Idem decimo tertio,  
 capitulo uigesimo tertio. Idem xvij. capitulis quarto, nono, duode-  
 cimo, decimo octauo, & uigesimo. Idem xvij. cap. xly. & liij. Idem  
 uigesimo secundo, capitulo decimo octauo, & alijs plerisq; locis, de  
 quibus pertranseo propter abbreviationē sermonis. Alio uero mo-  
 do episcopum aliquem aut ecclesiam esse uel statui caput, & ceteris  
 principaliorē, autoritate generalis concilij, aut fidelis legis lato-  
 ris humani, conuenienter intelligi potest, sic ut uidelicet ipsius sit offi-  
 cium, cum suo tamē collegio sacerdotum, quos sibi fidelis lator aut  
 gene

*Ecclesiam non  
esse subiectam  
Petro tanquā  
capiti.*

*Fundamentum  
ecclesie.*

generale concilium ad hoc associare uoluerit, deliberatione præhabita, si casus emerferit fidei, aut fidelium euidēs necessitas, sibi delatus, propter quem expediens omnino uideatur generale concilium cōuocare, id insinuare atq; significare debeat fidei legislatori, superiore carēti, iuxta cuius coactiuū præceptū id debeat, quēadmodū diximus, cōgregari: cuius etiā officiū sit in dicto cōcilio, inter episcopos & clericos primam sedem seu locum tenere, deliberāda proponere, deliberata in præsentia totius concilij recolligere in scriptis sub sigillis authenticis, & tabellionum signaculis redigi facere. cunctis requirentibus ecclesijs, talia cōmunicare atq; insinuare: ea quoq; scire, docere, ac de talibus respondere: deliberatorū quoq; tā circa fidem q̄ ritum ecclesiasticum siue cultum diuinum, & reliquorum ordinatorum ad pacem atque fidelium unitatem, transgressores per ecclesiasticam aliquam arcere censuram, ut ex cōmunicationis uel interdicti, aut alterius poenæ consimilis, secundū concilij tamen determinationem, & per ipsius auctoritatem, nequaquā uero potestate aliqua coactiua poenæ realis aut personalis inflictiua p̄ statu & in statu præsentis seculi. Cuius etiam, cum sibi per legislatorē uidelicet dati & instituti collegij parte ualentiori siue maiori iudicare sit super episcopos & ecclesias, non subinuicem positas de cōtentionibus spiritalibus proprie dictis, iuxta secundam scilicet auctoritatem huius nominis spirituale significationē, assignatis secundo huius. In quibus cadunt ea quæ circa ritum ecclesiasticū ordinata fuerint per cōciliū obseruari, quibus eiusmodi episcopo ecclesiæ siue collegio circa tale officium secundum apertam, uerisimilem, & quasi cōmunem aliarum ecclesiarum sententiam, peruerse nimis aut negligenter habente licitum sit ecclesijs reliquis humanum legislatorē fidelem appellare, si per legislatorē aut ipsius auctoritate principantem corrigi possit conuenienter, uel generale conciliū requirere, si casus ille per reliquarum ecclesiarum ampliorem partem, & legislatoris iudicium exigat concilium huiusmodi congregari.

Hoc igitur solo & ultimo modo episcopum aut ecclesiam aliquam unicam statuere aliarum caput seu principaliorē in cura pastoralis, absque iurisdictione coactiua, quamuis non sit lege diuina præceptum, quoniam & sine hoc fidei unitas, licet non sic faciliter saluaretur, expedire dico ad hanc unitatem facilius & decentius obseruandam. Deinde uero monstrandum erit nobis, qualem episcopum, ecclesiam, siue collegium sacerdotum & clericorum. Et ex qua diocesi siue prouincia conuenientius expediat aliorum caput siue principaliorē statuere. Demum uero monstrabimus cuius aut quorū sit au-

*Officium superioris capituli aut ecclesie.*

*Vnicū caput ec-  
clesiæ, in conti-  
lio conuocando*

toritas huius institutionis, correctionis, & depositionis etiã, si uisum fuerit expedire. Horum autem primum uidelicet, quod tale caput ecclesiarū unicum expediat instituere, supposita necessitate, conuocandi quandoq; generale fidelium concilium & sacerdotū propter utilitates prædictas circa ecclesiasticum ritum siue fidem & cultum, diuinum, persuaderi potest ex eo quod frustra occupantur plures episcopi aut ecclesiæ in officio quod per unicum episcopum aut ecclesiam, æque conuenienter exerceri potest, atq; cõpleri. Nunc autem insinuatio conciliorum prædicta cum reliquis, quæ ad huius capitis ecclesiæ officium diximus pertinere, æque conuenienter, aut conuenientiùs per unicū exerceri possunt & perfici quàm per plures. Amplius & huiusmodi capitis siue principalioris super episcopos & ecclesias institutione, contentio tollitur, & scandalum oriri possibile. Nam in generali concilio congregato, agendorum dare formã & modū oportet. Hęc aut ordinare aut præcipere, si quilibet indifferenter posset & uellet, inter eos uerisimiliter suscitaretur scandalum, consilio atq; contentio, & rursus quoniam in generali concilio congregato attenditur ordo loci: ut in sedendo uel stãdo, sermonis etiam, ut in proponendo & deliberando, & aliqua præcipere quandoq; ut nimis garrulis, silentium in ponendo. Amplius quoniam & per cõciliū deliberata re colligere oportet, ac in scriptis per tabelliones redigi facere, sub certis & autẽnticis signaculis & sigillis, expediens fuit unum esse aliorū priorem, cuius sit autoritas ceteros ordinandi, & reliqua expedientia præcipiendi circa concilium celebrandū & debite consumandū, ne propter taliū diuersitatē & quandoq; contrarietatē publica fidelium turbetur aut differatur utilitas. Adhuc uidet̃ id expedire propter cõsuetudinē ecclesię Christianæ, in hoc. Et quoniam ex eo fidei unitas magis apparet sensibili signo.

*Quis episcopo-  
rum præferri  
debeat.*

Quem uero episcopū & qualem cuiusq; prouinciæ siue diocesis ecclesiam, sic caput aliarum instituere magis conueniat, qualem primum assignantes, dicamus secundū ueritatē eum qui ceteris uita & sacra doctrina, cunctis præpollet, in quo tamē est bonę uitæ potius attendendus excessus, cuius autem loci siue prouinciæ ecclesia præferri debeat, dicendum eam, cuius sacerdotale siue clericorum collegium, & ut plurimum honestioris uitę ac lucidioris doctrinæ sacre, uiris abundat. Quamuis cæteris paribus aut non multum distantibus etiam Romanus episcopus & ipsius ecclesia, q̃diu locus habitabilis extet, pluribus congruentijs uideatur meruisse preferri. Primum quidem, propter episcopi sui primi beati Petri aut Pauli, uel utriusq; excellentem fidem & charitatē, famositatem, & per aposto-  
los re

los reliquos illis impensam reuerentiam: deinde uero propter Romanæ urbis solennitatē, & quā dudū super cæteras obtinuit principalitatem & abundantiam in ipsa uiroꝝ illustrium, sanctorū atq; doctorū fidei Christianæ, secundū temporis plurimū ab initio ecclesiæ constitutæ, qui aliarū ecclesiarū in augmento fidei & eius unitate seruanda, curam diligentem atq; laborem assiduū præbuerūt, rursus etiam propter sui populi ac principis generalem tunc monarchiam & auctoritatem coactiuam super reliquos omnes mundi principantes & populos, qui de obseruatione fidei & eorū quæ per generalia diffiniebantur consilia, soli poterant omnibus coactiuū ferre præceptū, & illius ubilibet transgressores arcere, sic quoq; fecerunt & ecclesiam ex modico in rem magnam auxerunt, quanquā ab ipsorū aliquibus postmodū persecutionē fideles sint passi quodq; propter quorundā malitiā etiam sacerdotū. Demū uero congruit episcopo Romano & illius ecclesiæ principalitas hæc propter consuetudinem, eo quod hunc episcopum & ecclesiā fideles omnes præ cæteris didicerunt seu consueuerunt amplius reuereri, & illius exhortationibus atq; monitionibus ad uirtutes & dei reuerentiam excitari, eiusq; arguitionibus seu increpationibus & comminationibus æternæ damnationis à uitijs & sceleribus reuocari.

*Quare ecclesia  
Ro. summa.*

Cuius autem sit auctoritas instituendi prioritatem hanc: Dicendum, quod generalis concilij aut secundū eius dictamen fidelis legis latoris humani superiore carentis. Ad quos etiam pertinet determinare primū illum clericorū cœtum siue collegiū, secundū quē modum Romanæ urbi q̄ diu extiterit, obicemq; ad hoc non appo fuerit populus ille, propter beatorum Petri & Pauli reuerentiam, & quas pridem diximus cōuenientias poterit licite ac debet iam dicta principalitas in episcopo & ecclesia continue reseruari.

Hanc autem fore legis latoris quam diximus potestatem, testatur edictum primi Constantini Romanorū Imperatorū, insertū cōdici Isidori supradicto, in quo cōtinet inter cætera series hæc. Atq; decernentes sancimus, nos uidelicet, Imperator Romanus, ut principatum teneat ecclesia Ro. scilicet, tam super quatuor præcipuas sedes, Antiochenam, Alexandrinā, Constantinopolitanam, & Hierosolymitanam, atque etiam super omnes in uniuerso orbe terrarum dei ecclesias. Et pontifex, qui pro tempore ipsius sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ extiterit, celsior & princeps cūctis sacerdotibus totius mundi existat. Et eius iudicio quæq; ad cultum dei, uel fidei stabilitatem procurandam fuerint, disponantur. Dixit autē signanter procurandam per ipsum fidei siue legis diuinæ stabilitatem, nec

*Edictum Con  
stantini.*

dixit secundū suam aut suæ solius ecclesiæ siue collegij sententiam determinandam. Quoniã ut pridem diximus sollicitari & inquirere opiniones emergentes circa scripturã & fidem, quæ schisma uel aliud scandalum afferre possunt, & fidelium quietem ac unitatem turbare, idque denunciare fidei legislatori, aut illius autoritate principanti, & ab ipso concilium requirere propter huiusmodi determinanda, & si expediens fuerit, corrigenda, ad sui pertinet officij prioritatem, quam diximus. Sic igitur principalitatem hanc tribuit Cōstantinus episcopo & ecclesiæ Romanorū: & cū principalitate hac propter deuotionem, autoritates alias quæ plurimas etiã coactiuas, ad quarum collationem eidem diuino uel humano iure minime tenebatur. Hanc siquidem etiam principalitatem iam dictam ab episcopo & ecclesia Romanorum, reuocatam fortasse per successores aliquos Cōstantini, restituit Augustus Phocas ecclesiæ supradictæ, ut ex Chronica Martini de Romanis pōtificibus & Imperatoribus euidenter apparet, Vbi legitur inter cetera, Bonifacius quartus natus Marforū, &c. & parū infra. Hic obtinuit ab Augusto Phoca Imperatore, ut ecclesia beati Petri apostoli caput esset omnium ecclesiarum, quia Constantinopolitana primam omnium se scribebat.

Phocas Imperator.

Huius autem rursus institutionis autoritatem esse legislatoris humani fidelis, iuxta consilium & determinationem generalis concilij, cōuinci potest eisdem rationibus & autoritatibus, quibus ostensum est xxi. huius, ad ipsius autoritatem pertinere generale cōciliū conuocare, rebelles ad conueniendum sacerdotes & non sacerdotes omnes, ac ordinatorū per cōciliū transgressores, licite per coactiuam arcere potentiam, sola rationū mutata extremitate minori. Ex quibus eisdem per necessitatem sequitur, eiusdem fore autoritatis, iam dictū episcopum principalem, & ecclesiam siue collegiū corrigere, ab officio suspendere ac priuare seu deponere licite, si uisum fuerit rationabiliter expedire. Non est autem prætereundum silentio, quod sub infidelibus legislatoribus siue horum autoritate principantibus cōstituti fideles, tam sacerdotes quæ non sacerdotes, qui fuerint in lege diuina periti, eadem diuina lege uidelicet obligantur, si cōgrue possint cōuenire ad eius sensus dubios diffiniendū, & determinandū, ac reliqua ordinandū, quæ ad fidei & fidelium augmētū & unitatē atque cōmunē utilitatē proficere possint, quæuis ad hoc amplius obligentur sacerdotes, & debeant alios excitare. Quoniã ipsorum officium est alios docere, exhortari, arguere, & si oportuerit increpare. Tenentur etiam consequenter ad hoc, qui docti fuerint in lege diuina, & per sacerdotes ad hoc requirendi sunt, quoniam scienti



enti bonum facere, & non facienti, peccatum est illi, ut scribitur Iacobi quarto. Quemadmodum enim ad ciuilem libertatem defendendam per pugnam corporalem tempore necessitatis, humana lege non solum obligantur qui assignati sunt officio militari, pedestri aut equestri, uerum etiam qui ex alijs officijs ciuitatis extiterint. Et amplius qui ad hoc sunt magis idonei, præcipue cum per militares aut ipforum ducem fuerint requisiti. Sic etiam ad fidei defensionem & declarationem & reliquū ritum ecclesiasticum ordinandū, non soli sacerdotes obligantur lege diuina, uerum etiam qui non sacerdotes, periti tamen in ea, præsertim cum ad hæc per sacerdotes fuerint requisiti, quæuis hoc sit propriū sacerdotū officium.

Quo uero conuocante sacerdotum collegium & reliquorum fidelium idoneorū congregabuntur, merito quæret utique quis, cū nullus sacerdotū aut reliquorū fidelium, lege diuina sit cæteris prior secundum determinata prius, neque humana, eo quod legis lator humanus ubique supponitur infidelis. Nos autem dicamus iuxta scripturæ sensum, per nullum episcopum siue sacerdotem, habentem super alios sacerdotes & episcopos auctoritatem, futuram conuocationem aut congregationem prædictam, nisi forsitan eo casu, quo per iam dictam fidelium pluralitatem huiusmodi auctoritas alicui sacerdotum concessa foret. Esto igitur neminem sic alijs omnibus per sacerdotem & reliquorum fidelium multitudinem fuisse prælatum, sed præferendum expedire, aut aliud quid circa fidem & ecclesiasticum ritum expediens ordinandum. Dico uocationem congregationis huius uel ab omnibus sacerdotibus prouenturam, si fortasse tantæ charitatis fuerit unusquisque, quod propter fidem cōseruandā & augendam uelit alios excitare, sic, ut hoc sibi condicentibus & consentientibus omnibus, nulli dubium ipsos faciliter congregari. Aut si forte non oēs tantæ fuerint charitatis, ut seipsos & alios ad dictā cōgregationē mouere uelint, ab aliquo uel aliquibus reliquis feruentioribus amore diuino pueniet, alijs uero presbyteris aut nō presbyteris obtemperantibus sibi tanquā bene dicentibus & cōsulētibus recte. Quo etiam alterutro dictorū modorū conuenerunt apostoli & seniores uidere, an oporteret ad salutem æternam incircūcisos fratres circūcidi, sicut apparet Actuum xv. Nusquam enim legitur, quod uocante apostolorum aliquo per suam auctoritatē alij conuenerint. Sed solum hoc quod conuenerūt apostoli & seniores uidere de uerbo hoc. Et rursum quod conuocantes duodecim multitudinem discipulorum. Quis uero apostolorum primus excitator seu exhortator fuerit ad huius congregationes fiendas, ex scriptura non habetur

*Conciliū à quo  
conuocandum.*

tur expressum. Esto tamen hunc fuisse beatum Petrum propter ampliore in ipso charitatem, nō propterea sequeretur ex hoc, ipsum habuisse super apostolos alios auctoritatem aliquam, nisi eam forte quam sibi per ipsorum electionem super cæteros tribuissent, quæ ad modum supra ostensum est decimo quinto & xvi. huius. Sunt enim in claustris & ciuitatibus plurimi, merito uitæ atq; doctrinæ sacrę perfectiores, aut uirtute politica præstantiores, qui tamen minus perfectiorum nō sunt principes aut prælati, sed plerunq; subiecti, quod in sacerdotalibus officijs, nescio uel fortasse noui, qua peste frequenter euenit temporibus his. Amplius, sicut quandoq; in ciuili congregatione studiosioribus, antiquioribus, & magis approbatis uiris à suis ciuibus, nulla sibi tamē auctoritate subiectis, sed propter solam reuerētiam quæ ampliori uirtuti & ætati deberi uidetur prærogatiua sedendi, loquendi, & deliberandi cōceditur, & in alijs honorationibus defertur quàm pluribus, sic uerisimile ualde ac iuxta scripturæ seriē, propter iam dictas causas, ceteri apostoli Petro deferebāt. Primus enim inter alios proposuisse legitur, unde fortassis à quibusdam sanctis, dictus est os & uertex collegij apostolorū, quamuis nulla forent sibi auctoritate subiecti, nisi secūdem eam quā pridem diximus ipsorum electionem, si ipsum sic sibi præferre sponte uoluerint, ut abatē aut priorē monachi & præsidē populi. Secundū itaq; iam dictos modos, cōuocationē & congregationē fideiū fuisse possibilem, rationabile ualde. Sicut enim ad ciuilem communitatē & legem ordinandam cōuenerunt homines à principio, ipso forum ualētiori parte concordante in his quæ sunt ad uitæ sufficientiam, non quidē uocati per singularē hominē, aut per plures aliquos habentes auctoritatem coactiuā in reliquos, sed suauitate & exhortatione prudentum & facundorum uirorum, quos natura inter alios produxit inclinatos ad hoc, ex se postmodū proficientes suis exercitijs, & alios dirigentes, ad quam etiā homines naturaliter inclinati, obtemperauerūt suadentibus facile, quemadmodum ex primo Politicæ capitulo primo, & quarto eiusdem capitulo decimo, & ex septimo illius capitulo xij. induximus tertio, quarto, septimo & xij. primæ. Sic quoq; proportionaliter opinandum, multitudinem apostolorum atq; fidelium conuenisse, suadente fortasse apostolorum aliquo uel aliquibus charitate feruentioribus, reliqua quoq; multitudine spiritus sancti gratia, & inclinatione obtemperante facilliter. Quo etiam modo post apostolorum tēpora sub infidelibus legis latoribus siue principibus, fortasse fecerunt episcoporum siue sacerdotū aliqui charitate Christi & proximi magis abundātes, cū quibus

quibus se mansurum usq; ad seculi consumationem, Christus promisit Matth. ultimo & nouissimo uerbo. Hi enim sunt de quibus Rabanus dicit ibidem, quod usq; in finem seculi nō sunt defuturi in mūdo, qui diuina māsiōe & inhabitatione sunt digni, quamuis ad hoc ex officio teneatur quilibet sacerdotum, si congrue possit. Omnibus enim hoc datum est præceptum in apostolorum persona Matth. ultimo, dum ad eos dixit Christus, Euntes ergo docete omnes gentes. Quod attendens apostolus primę ad Corinthi, nono, dicebat. Væ mihi si nō euāgelizauero, necessitas enim mihi incumbit. Cuius exemplum, sollicitudinem & laborem circa fidei augmētum & unitatem seruandam moderni pastores ecclesię Romanę, parum attendūt, Christi fideles ad litem & discordiam inuicem excitantes, ut eisdem possint securius, quamuis illicite ac indebite, seculariter principari.

Ex dictis itaq; patet, Romanum episcopum, & ipsius ecclesiam aliarū hactenus extitisse principaliorē & caput, & in quibus esse debuerit & debeat esse caput, sufficienter ostensum est. Vnde uero ad ipsum, & secūdū quē modū peruenerit autoritas hæc, & usq; ad quātū de facto, quāuis indebite ac illicite subreptitie sit protensa, resu-  
mentes dicamus, quod episcopus & ecclesia Romanorū, secundum ea quę induximus xvij. huius, parte quinta, sexta, & septima ab initio sui usq; ad tempora Cōstantini obtinuit licite prioritatē hanc ex aliarum ecclesiarum, quasi electione præbentium eidem consensum & obedientiā, sponte tamen, nō quidem, quia eidem aliqua foret autoritate subiectę sed propter apostolorum Petri & Pauli præ eminentiam charitatis, & in fide constantiā, & rursus propter multitudinē solennium personarum in ea, honestate præpollētium atq; doctrina. Qui etiam propter ipsorum charitatem immensam, curā & sollicitudinem assumpserunt, aliarum ecclesiarum prælatos & singulares fideles alios instruere, ac fraterne monere. His autem ipsorum monita tanquā doctiorum, suscipientibus, ipsorum etiam ordinationes circa ecclesiasticum ritum, quoniam utiles uidebātur & iustę, postmodum susceperunt, & demum ipsorum mandatis sub ecclesiastica censura excommunicationis uel interdicti, propter fidelium unitatem seruandam obedierunt, quę siquidem obedientia spontanea, per longā consuetudinē obtinuit uim electionis cuiusdā. Vnde licet circa initium ecclesię, reliqui episcopi & ecclesię fidelium neq; diuina neq; humana lege aliqua obligarētur obedire mandatis aut institutis ecclesię uel episcopi Romanorū, plusquā ecōuerso, inualecente tamē hac utili & rationabili cōsuetudine, qua fideles in unitate amplius seruabantur, eo quod tūc fideli caruerunt legislatore

*Sponte Rom.  
episcopo obedi-  
erunt nō coacte*

re ipsos ad ordinē reducēte ac in unitate seruante, obligati fuerūt politeri lege diuina ad huiusmodi obedientiam inlicitis & honestis, ac si dictum episcopum & ecclesiam per electiōem sibi iudicem stauissent circa ecclesiarum ritū, & hoc præsertim usq; in ea tempora quibus possent publice cōgregari, & de statu ecclesiastico perfectius ordinare. De cōtentiosis autē actibus altera quidē ratio est, in illis enim iudicandis inter fideles, siue sacerdotes siue non sacerdotes aliud cōsiliū dedit apostolus, secūdū quod ex. primę. ad Cor. sexto, induximus aliquo modo. ix. huius, & eiusdē xxix. explicabimus amplius. Hoc enim noluit Apostolus esse officiū sacerdotis seu episcopi cuiusq; , aut solius ipsorum collegij, sicut ex Apostoli serie ac sanctorū expositionibus euidenter apparet ibidem. Sic ergo Romanus episcopus & ipsius ecclesia prioritatē licite à principio, per quādam sui charitatiuam sollicitudinē obtinere cœpit, quæ postmodū propter consuetam deuotionē, reuerentiam, & obedientiā spontaneam electionis quasi robur assumpsit. Nusquā enim ex scriptura colligi potest, quod præcepto Christi uel consilio aut alicuius apostolorū, ecclesiæ uel episcopi reliqui, subesse deberent ecclesiæ uel episcopo Romanorū etiam in ecclesiastico ritu. Quod si tamen necessitatis fuisset debitum ad salutem fidelium, quæ admodum asserunt iam quidā Rom. episcopi, nec solū circa ecclesiasticū ritū, uerū etiā in iurisditiōibus coactiuis, nō tantū super clericos, uerū etiā seculares principatus quoslibet, quō existimabile est, Christū & ipsius apostolos hoc prætermisisse tradēdū. Sed quoniā tam Christus q̄ ipsius apostoli aperte statuerunt oppositū p̄sertim in iurisditiōibus coactiuis, ut ex scriptura palā ostēsum est iij. huius, v. & ix. debet sic sermo dicētiū cū apocryphis fabulis cōputari. Tēpore uero Cōstantini primi Rom. Imperatoris qui patēter Christi fidē & baptismum assumpsit, primū fideles inceperūt publice cōgregari, & dubia circa fidem diffinire, ac ecclesiasticū ritū ordinare, ut ex Isidori prædicto codice apparet, capitulo de primitiua ecclesia, in synodo Nicena, ab hoc siquidē Cōstantino per edictum imperiale iuxta prædictā laudabilem & antiquam consuetudinē obtinuit episcopus & ecclesia Romanorum, prioritatē quam sibi super alias determinauimus cōuenire, Et ultra prioritatem hanc prouinciarū quarūdam possessiones atq; dominia, quamuis ante tempora Constantini & post etiam Romanorū episcopi quidam suis epistolis siue decretis quibusdam prioritatem, quā super alios illis conuenire monstrauimus electiōe uel cōstitutionibus principū sibi singulariter absq; requisitione uel consensu legislatoris humani fidelis, collegij cuiusquā uel personæ

*quando fideles  
inceperint de  
dubiis disputa  
re.*

singularis cuiusvis præminentiae aut autoritatis existat, innuunt diuina lege deberi, cuius tamē oppositum monstratum est sufficienter capitulo præcedente. Post tempora uero Cōstantini primi & præcipue imperiali sede uacante, hanc sibi deberi prioritatem quā doq; lege diuina, quandoq; uero cōcessione principū suis epistolis expresserūt Romanorū episcopi quidam. In quibus autē & qualibus hæc sit attendenda prioritas, q̄ pluribus ipsorum insinuantibus & aliquo modo exprimentibus hanc esse circa legis euangelicæ interpretatiōem, & circa ordinationē ecclesiastici ritus, tam circa diuinū cultū quā circa ministros, quātū ad omnē ipsorū institutionē, in se parabilem siue primariam quā essentialē diximus, siue secundariam ac ipsius priuationē, quā separabilē siue accidētālē dicebamus xv. huius. Hanc etiam extēdentes autoritatē in omnes episcopos, & ecclesias, populos & singulares personas, ad sentētiā excōmunicatiōnis & interdicti diuinorū officiorū, tam subditis, q̄ ecclesiarū ministris siue prælatis, ac alterius cuiuslibet ecclesiasticæ cēsuræ cōsimilis, ut anathematis in supradictos fideles ferendum. Consequenter uero ipsorū alijs idem intendentibus de omni iurisdictione seu coactiua potestate, super omnes ecclesiarū mundi ministros & ipsorū collegia, ea quidem utentes tanq̄ sibi conuenienti ex concessione principum, q̄ diu potens extitit Romanorū princeps, ipsiusq; regnum integrum, & plena sedes. Hoc uero deducto in seditionem, & præcipue imperiali sede uacante, per temporum interualla, freti sunt hac potestate, tanquā sibi diuina lege cōcessa. Quod cur tam uarie contigerit, sequēti capitulo dicturi sumus. Sic etiā suis epistolis expresserunt, sibi conuenire temporalium omnium ecclesiasticorum dispensationem seu distributionē pro uoto absq; collegij cuiusquā aut personę singularis cuiuscunq; dignitatis uel autoritatis requisitione cōsensu. Quibus etiam ipsorū moderniores excessibus nō contenti, suis expresserunt epistolis siue Decretis, autoritatem siue iurisdictionem coactiuam supremā super omnes mundi principatus, populos & singulares personas, sibi lege diuina deberi: sic quidem, ut nullus principantium iam dictorum, iurisdictionem hanc coactiuam, quā uocāt ipsi gladiū tēporalē p̄ter aut cōtra ipsorū cōsensum siue dictamē, licite ualeat exercere, præter aut aut cōtrariū facientes, principes & populos excōmunicatiōnis uel interdicti sentētiæ uocaliter p̄nūciando subiectos, asserūt enim se solos in mūdo Christi uicarios, qui fuit Rex regū & dominus dominantū, hic latenter intendentes per eū quē sibi debitum dicunt titulum plenitudinis potestatis, propter quod etiā ad suam autoritatē pertinere, dicunt omnia mundi

Decreta.

regna & principatus conferre, ac auferre licite posse, regibus & cæteris principantibus, ipsorum mandata transgredientibus, quãuis impia sint secundum ueritatem & illicita sæpe. Hoc autem inter cæteros romanos episcopos, non minus temerarie quàm præiudicialiter & contra scripturæ sensum literalẽ, methaphysicis eius expositionibus innisus octauus Bonifacius, intantũ expressit & asseruit, ut hãc Romanis episcopis deberi potestatem decreuerit ab omnibus credendũ & confitendum esse de necessitate salutis æternæ Cuius sententiã affecuti sunt successores eius Clemēs quintus, & dicti Clemētis uocatus Ioannes immediate successor, quamuis hoc solum explicite uideantur dicere de solo imperio Romanorũ. Quod quia id asserũt innisi titulo supradictõ, plenitudinis uidelicet sibi datæ potestatis à Christo, indubiũ est, potestatem hãc siue auctoritatem, si quæ talis ex hoc illis conueniat, omnia mundi regna & principatus ex æquo respicere, quemadmodum Christi potestas, sicuti seriose satis ostendimus decimonono, & ultimo primæ.

DE MODIS PLENITVDINIS POTESSTATIS ET SECVNDVM quem modũ & ordinẽ, hos sibi assumpserit Romanus episcopus, & summarie, qualiter his usus sit & utatur.

Caput XXIII.

**E** quantis quidem igitur & qualibus potestatibus sacerdotum, determinatum est sexto, vij. ix. & xi. huius. Amplius de ipsorum inuicẽ potestatis & dignitatis equalitate habitum est xv. & xvi. huius. Et rursus de unius episcopi, ecclesiæ siue collegij sacerdotum & clericorũ super cæteros omnes expediendi & conueniendi prioritate seu principitate ipsiusque inijt atque processus, adhuc autem de illius indiscõuenientem sibi prioritatis formã & speciem latenti transitu, atque serpigine, usque quasi ad grauissimũ & importabilem seculariũ potestati occupationis excessum, immoderatumque amplius & intolerabile futurum penitus eorum desiderium principandi, uocaliter iam expressum, dictum est aliquo modo capitulo præcedente. Quodque tam in occupatis quàm etiam occupandis secularibus potestatibus & principatibus ad quos, ut omnium quasi sensibus euidenter apparet, omni conanimine tendunt episcopi Romanorum, quamuis indebite, non modicum exemplum fuerit, extet futurusque sit eis locus ille sophisticus, quem sibi uidelicet ascribunt titulum plenitudinis potestatis. Vnde etiam paralogismus, quo reges & principes ac singulos coactiua sibi iurisdictione subiectos, nituntur concludere

dere traxit originem, bene se habet perscrutari de huiusmodi plenitudine potestatis. Primum quidem separando seu distinguendo modos illius, deinde uero inquirendo, an Romano pontifici uel alteri cuius episcopo, secundum aliquem unum aut plures modos, plenitudo conueniat potestatis. Post hæc autem secundum quam significationem, hunc titulum Romanus episcopus sibi primum assumplit. Demum uero qualiter ex hac in alias assumendas acceptiones non ut deceptiones principantibus & subiectis omnibus ciuilibus uiuentibus præiudiciales se transtulit. Et qualiter & in quibus eis usus fuerit & utatur idem pontifex, & nisi prohibeatur, uerisimiliter sit usurus. Verum quia plenitudo potestatis, uniuersalitatem quandam importare uideatur, & de uoluntarijs potestatibus propositum sit intendere solum, distinguendum nobis est plenitudinem potestatis in modos, penes uniuersalis uoluntariæ potestatis distinctionem. Est igitur & intelligi uere potest uno modo potestatis plenitudo secundum significationem siue uirtutem sermonis, ea quæ cuiuslibet actus possibilis & in re quolibet uoluntarie factiua est, non habens hiperbolam, quæ soli hominum Christo conuenire uideatur, unde Math. ultimo. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Secundo uero modo intelligi potest plenitudo potestatis, ad propositum magis, ea secundum quam liceat homini exercere quemlibet suum actum uoluntarium imperatum, in quolibet hominem & rem quamlibet exteriorem existentem, in hominum potestate, siue ordinabilem ad usum eorum. Vel ea rursus secundum quam quidem liceat in omnem actum iam dictum, quamuis non super quemlibet hominem aut rem omnem, humanæ potestati subiectam, uel amplius ea secundum quam liceat, non omnem actum exercere sed determinatum specie, siue modo, secundum tamen omnem uolentis impetum quemlibet super hominem & rem omnem humanæ subditam potestati. Tertio uero modo intelligi potest plenitudo potestatis, ea quæ supremæ iurisdictionis coactiue super omnes mundi principatus, populos, cõmunitates, collegia, & singulares personas, aut rursus in aliqua horum, secundum tamen omnem impetum uoluntatis. Quarto uero modo intelligi potest, ea quæ iam dicta est, aut secundum dictum modum super omnes clericos tantum, ipsosque omnes ad ecclesiastica officia instituendi, priuandi, seu deponendi, & ecclesiastica temporalia siue beneficia distribuendi, aut secundum modum iam dictum. Quinto autem potest intelligi, ut ea quæ sacerdotum omnimode ligandi & soluendi homines à culpis & poenis excõmunicandi, interdiciendi, & recõciliandi, de qua dictum est sexto huius, & vii. Sexto quidem intelligi potest, ea qua manus imponere li

*Quot modis  
capiatur Pleni  
tudo potestatis.*

ceat

ceat omnibus ad ecclesiasticos ordines suscipiendos, & ecclesiastica sacramenta cōferendi uel p̄hibēdi, de qua dictū est etiā xvi. & xvij. huius. Septimo uero intelligi potest, ea quę sit interpretādi scripturę sensus, præsertim in his quę sunt de necessitate salutis, & ueros à falsis, sanos ab insanis diffinire seu determinare, ritumq̄ omnē ecclesiasticum ordinandi, & ordinatorū obseruationis coactiuum uel sub anathemate generaliter ferre præceptum. Octauo uero & ultimo modo quantū proposito nostro attinet, intelligi potest plenitudo potestatis, ea quę curę pastoralis animarū generalis ad omnes mundi populos atq̄ puincias, de qua dictū est nono & xxij. huius. Possset autem rursus plenitudo potestatis intelligi secundū unamquamq̄ diuisionum dictarū, ea quę nulla sit determinata lege, nō plena uero, quę foret determinata per leges humanam aut diuinā, sub qua etiam recta ratio potest conuenienter comprehendi. Sunt aut̄ fortasse modi quidā & cōbinationes alię plenitudinis potestatis, quę tamen omnes ad intentionē p̄positā pertinent, enumerasse uidemur. His itaq̄ potestatis plenę diuisionibus sic præmissis: Dico plenitudinē potestatis secundū iam dictos duos priores modos episcopo Ro. uel alteri cuiq̄ sacerdoti, præter Christum siue deum minime conuenire. De quibus siquidē, propter rei euidentiā, & quoniam certificatū est ex diuina & humana sapientia, & omni morali scientia, pertranseo etiam propter abbreviationem. De tertio quidem & quarto modo plenę potestatis per demonstrationem ostensum est xy. primæ, per scripturę sacrę testimoniū infallibile quarto, quinto, & viij. huius, amplius cōfirmatū xy. xvi. xvij. ac xxi. eiusdem firmissime roboratū, quoniā sacerdoti aut episcopo inquātum huiusmodi super clericū aut nō clericū quenq̄ absolute, nedū cum plenitudine aliqua lege diuina nulli conueniunt. Vtrū autem humana lege sit clerico cuiq̄, episcopo, uel sacerdoti uel non sacerdoti, talis potestatis plenitudo concessa, secundū aliquem modum possibilis quidem cōcedi, & ex causa rationabili legis latoris humani iudicio reuocari, certificandū est & humanis legibus & rescriptis seu priuilegijs legis latoris eiusdem. De reliquis autem quinto & sexto modo, plenę potestatis scilicet, ostensum est sexto huius & septimo, quoniam potestas ligandi atq̄ soluendi à culpis & pœnis, similiter eaq̄ anathematizandi seu excōmunicandi publice quenquā, nō est absolute siue cū plenitudine sacerdoti cōcessa, sed lege diuina determinata, sic ut neq̄ innoxios apud deum damnare, neq̄ noxios soluere possit. Et rursus, quoniā excōmunicādi quenq̄ publice, præcipue principantē aut cōmunitatem aliquā interdicēdi cui-



libet episcopo & sacerdoti humana ordinatione conuenienter debet determinari potestas, quemadmodum ostensum est sexto, vij. & xxi. huius. Amplius eandem potestatem ad ecclesiasticos ministros instituendos per manuum impositionem, docendum & prædicandum, ac ecclesiastica sacramenta in cõmunitatibus fideiũ ministrandum, monstratum est xvij. huius, non sic episcopis aut sacerdotibus cum plenitudine cõuenire, quin diuina & humana lege determinatus sit eis modus conueniens agendi secũdum illam. De residuis autem vij. & viij. modo plenitudinis potestatis, ostensum est xx. xxi. & xxij. huius, eos nulli episcopo aut sacerdoti cum plenitudine conuenire, sed secũdũ determinationem tam diuinæ q̃p̃ humanæ legis. Nõ igit̃ episcopo Romanorũ aut alteri sacerdoti cuiq̃ plenitudo conuenit potestatis, in quantum huiusmodi, nisi eam fortasse uelint appellare plenitudinem potestatis, prioritatem seu principalitatem, quam episcopo supradiçto & ipsius ecclesiæ super reliquas omnes, fidelis legis latoris humani autoritate, xxij. huius monstrauimus conuenire. Vnde uero & à qua significatione per Romanum põtificem primũ exordium sumptum est huius ascribendi sibi tituli plenitudinis potestatis, cum tamen uere secũdum nullam dictarum significationum illi conueniat, consequenter dicendum. Videtur aut̃ titulus hic à Romano pontifice secũdũ significationẽ octauam primũ assumptus, & suę cuiusdam apparentis cõuenientię, originem extitisse id Christi oraculum, quod habetur Ioannis xxi. dum beatum Petrum alloquens, inquit, Pasce oues meas. Amplius ex eo quod Matth. xvi. ad eundẽ singulariter, Tibi dabo clauas regni cælorũ, &c. Rursum ex eo quod Ioannis xviij. Conuerte gladium in uaginam. Amplius ex discipulorum responso ad Christum. Ecce duo gladij. Ex quibus siquidem secũdum suas interpretationes, quidam intelligi uolunt uniuersitatem totam & totius orbis ouium, id est Christi fideiũ, soli Petro fuisse cõmissam, & sic cui libet Romano pontifici, tanq̃ beati Petri uicario singulari: reliquis uero apostolis & ipsorum successoribus episcopis, non totam & totius orbis uniuersitatem ouiu, sed singularis determinatũ & singulũ gregem atq̃ prouinciã gubernandã, fuisse cõmissam. Quorũ beatus Bernardus, sic intelligens oraculum Christi prædictũ, ad Eugenium papam Romanũ de consideratione libro secũdo, sic ait. Nec modo ouiu, sed & pastorũ tu modo unus omniu. Vnde id probem, quæris? ex uerbo domini. Cui enim, nõ dico episcoporum, sed etiã apostolorũ sic absolute & indiscrete, totæ cõmissę sunt oues? Si me amas Petre, pasce oues meas: nihil excipitur ubi nihil distinguitur.

Parũ

Parum etiā infra subiūgēs. Inde est quod alij singuli singulas sortiti sunt plebes sciētes sacramentū. Deniq; Iacobus, qui uidebatur una esse columna ecclesiæ, una cōtentus est Hierosolyma, Petro uniuersitatem cedens. Cōsequenter aut̄ propositū inferens, inquit sexto, iuxta canones tuos, alij in partem sollicitudinis, tu in plenitudinem potestatis uocatus es. Intellecta fuit igitur ab initio plenitudo potestatis administratio seu cura generalis omnium animarum.

*Plenitudo potestatis cura animarum.*

Secundum hanc quidem significationem assumpta sibi prædicatione tituli huius, quæuis nō secundū uerum scripturæ sensum, quæ admodum xxviij. huius sufficienter monstrabitur: ex præsumptione transiit in aliam Romanus episcopus, fortasse quæstus gratia, uel alterius commodi aut excellentiæ super alios usurpandæ, assumendo uidelicet, ac publice prædicando se solum singulariter à penis debitis seu infligendis pro statu futuri seculi, iuxta peccatorū demerita, suo uerbo uel satisfactionis in hoc seculo, quo sibi libeat modo taxato simpliciter eximere peccatores & absoluerè posse.

*Decreta pontificum. Ieiuniorū institutiones.*

His autem sic sumptis sub quadam pietatis & misericordiæ specie: Prima quidem, ut ex charitate sollicitari & curare de omnibus uideantur: secūda uero, ut omnibus misereri posse ac uelle credantur, priuilegijs & concessionibus principū sulti, præcipue Imperiali sede uacante, titulum hunc consequenter extenderunt episcopi Romanorum. Primum quidem ad ordinandū circa ecclesiasticū ritū lationes legum quasdā in clericos ab initio uocata Decreta. Deinde uero per modū rogationū seu exhortationū ordinationes quasdam laicis suaserunt, ut ieiuniorū & cæteris temporibus abstinentiæ ciborum quærundā propter diuinū suffragium, & misericordiā impetrandam, ad quasdā tollendas tunc ab hominibus epidimias, & aërias tempestates, sicut ex legenda beati Gregorij & aliorū quorundam sanctorū satis apparet. Has autem suscipientibus laicis

*Excōmunicatio.*

sponte, ac propter deuotionem obseruantibus, inueterata taliū cōsuetudine, ordinationes iam dictas Rogationes per modum præcepti cœperunt indicere, sic ut earum transgressores ausi sint absq; humani legis latoris licentia, uocalis sui anathematis seu excōmunicacionis, sub pietatis tamen, seu diuini cultus specie, terrore ferire.

*Indulgentiæ.*

Crescente autem consequenter ipsis appetitu amplius dominandi, attendentibus etiam deuotos fideles huiusmodi uerbis terreri propter ignauiam & diuinæ legis imperitiam, qui ad ea quæ per sacerdotes indicebantur, obligari credebant, metu damnationis æternæ præsumpserunt ulterius episcopi Romanorū cū suo clericorū cœtu oligarchica quædā ædicta siue ordinationes circa ciuiles actus statuere

tuere, quibus se ipsos, ac ipsorum ordinē siue officiū clericatus assumētes quoslibet, etiam mere laicos pronunciauerūt exemptos ab omnibus publicis, ad hoc promouentes officium, seculares etiam coniugatos, qui facile sunt allec̄ti, ut immunitatibus gaudeant onerum publicorū, unde non modicam ciuilibus multitudinis sibi subiecerunt particulam, subtrahentes principantium potestati. Rursumq̄z ampliorē subtrahere studebant, alijs pronunciauerunt edictis, anathematis p̄cena feriri eos qui personales iniurias qualescūq̄ intulerint his, qui clericorū collegio sunt ascripti, sic quoq̄ clericis iniuriam inferentes per excommunicationem in templis publice diffamātes, nec minus propterea persequentes eosdem, requirunt humanarum legum penis arceri. Horum autem, detestabilius & sacerdotū officio execrabile ualde, quod Romanorū & episcopi reliqui, ut suam amplient iurisdictionē, & per hanc sibi quæstū turpissimū in dei contemptum & principantium præiudicium manifestum, tam laicos q̄ clericos, uel negligentes aut etiam impotētes quædā persoluerē debita pecuniaria, quibus ad certū temporis terminum persolendis fuerant ciuilibus obligati, excommunicant & excludunt ab ecclesiasticis sacramētis quos Christus & sancti apostoli multis exhortationibus, p̄cenis, & laboribus, ac demū suis martyrijs & preciosis sanguinibus infra ecclesiam posuerunt, non enim sic fecit qui omnibus omnia factus est, ut omnes lucrifaceret. Sed propter sola crimina grauiora uoluit peccatores à reliquorum fidelium p̄cedi consortio, ut ex primæ. ad Corint. quinto, induximus septimo huius. Quibus etiā non contenti, sed seculariū cōtra Christi & apostolorū p̄ceptū aut consiliū petentes fastigia in legū lationes seorsum ab ijs quæ ciuium uniuersitatis proruperunt, omnem clerum ab his decernentes exemptum, ciuile schisma & principatum supremorū pluralitatem inducētes ex ipsis, quam uelut impossibilē humanæ quieti, certam huius experientiam inducentes, demonstrauius xviij. primæ, Hæc enim pestilentia Italici regni radix est & origo, ex qua cuncta scandala germinauerunt, prodeunt, & qua stante, nunq̄z ciuiles ibidem cessabunt discordiæ, potestatem etenim hanc, ad quam paulatim & latenti præuaricatione subintrauit ex cōsuetudine aut abusione uerius, dudum detinuit Romanorū episcopus, eademq̄z sibi per principem reuocari formidās, & merito propter cōmissos excessus, creationem, atq̄z promotionē Romani principis omni maligna solitudine uetat, & in tantam, demum ipsorum quidā prorupit audaciā, ut in suis edictis expresserit, Romanū principem sibi iuramento fidelitatis astringi, tanq̄z coactiua iurisdictione subiectū, ut ex sua

*Diuus Paulus.*

*Italia deuastatio.*

rum narrationum quas Decretales appellant, derisibili & contem-  
nendo prorsus inuolucro septimo, De sententia & re iudicata, pa-  
lâm se inspicientibus offert. Cui præcipiti temeritati adnuere re-  
cusans Christianissimus Imperator ille, uirtutum omnium uir, per  
omne tempus, locū & statū, singulariter inter cæteros principes ap-  
probatus, felicitis & diuæ memoriæ vij. Henricorū, tanquā præstiti iu-  
ramenti se immemorem simulās, illius transgressor describitur per  
falsam non minus quàm temerariā narrationem quandam decretalem  
uocatam, cui titulus de iure iurando: quæuis potius de iniusta iniuria  
& illata diuo imperatori, suisque successoribus & affinibus omnibus  
contumelia, intitulari merito possit. Nam à canonum uocatis con-  
ditoribus quoniam periurus pronunciat infamis. Qui etiam eius  
claram memoriam, si calumniatorū huiusmodi maculari posset uer-  
bis aut scriptis, denigrare sunt nisi. Has siquidē oligarchicas ordina-  
tiones non auferunt episcopi Romanorum cum suis cardinalibus  
uocare leges, sed decretales appellarunt, quæuis eisdem homines ad  
pœnam obligare intendāt pro statu presentis seculi & per potentiā  
coactiuam, quæadmodū hæc intendunt legislatores humani. Id autē  
uocabulo legum a principio in auferunt exprimere, formidantes re-  
sistentiam & correctionem legislatoris prædicti, quoniā ex hoc in-  
principantes & legislatores cōmiserunt crimen læsæ maiestatis, uo-  
cauerunt rursus huiusmodi ordinationes à principio iura canonice  
ca, ut ex uocabuli colore, quæuis impie appoliti, magis habeantur au-  
tentice, ipsarumque credulitatem & reuerentiā atque obediētiam fide-  
libus imprimant amplius. Sic igitur paulatim clanculū se trans-  
ferentes, ut omnia concludamus, sex posteriores significationes  
plenitudinis potestatis de se prædicant Romanorum episcopi, per  
has quæ plurima in ciuili ordine monstruosa cōmittentes contra legē  
diuinam & humanā, ac rectum iudicium cuiuslibet rationem habē-  
tis. De quorū aliquibus, quæuis nō omnibus, singulariter saltem, re-  
memorationem fecimus capitulo præcedenti.

Imperator  
Henricus octa-  
uus.

Tit. De iure iu-  
rando.

Iuris canonica.

QUALITER IN SPECIALI ROMANVS EPISCOPVS VSVS SIT  
assumpto primatu & plenitudine potestatis infra eccle-  
siasticos limites siue sacerdotalem iconomiam.  
Caput XXIII.



D hæc autem consequens est manifestare, qualiter &  
in quibus plenę potestatis sibi modis assumptis uli fu-  
erint hactenus Romanorū episcopi, utātur, & nisi ue-  
tentur, uerisimiliter sunt usuri; & primum quidē in ec-  
de

eleſtaſticis officialibus ſtatuendis & beneficijs, ſeu temporalibus diſ-  
 ſpēſandis tam in eccleſiaſticos miniſtros, q̄ alias miſerabiles perſo-  
 nas propter quas etiā, ut in xiiij. huius, eccleſiaſticatēporalia tradita  
 ſunt & ſtatuta fuere ſic per miniſtros eccleſiaſticos diſpēſanda. De-  
 inde uero monſtrādū qualiter his plenīs poteſtatibus uſi ſint haec-  
 tenus & utātur ac deinceps uſuri ad eos qui ciuilit̄er uiuūt tā principes  
 q̄ ſubiectos. Secundū hāc itaq; plenitudinē poteſtatis haec tenus  
 & in preſentiarū Romanis epiſcopis actione permiſſa, Chriſti cor- *Plenitudo pote-*  
 pus omne myſticū infecerunt, & ſi dicere liceat, corruerūt. Electio *ſtatis, Chriſti*  
 nem namq; modum potiorē, quinimō in quo ſolo ſecuritas eſt ſim- *corpus corru-*  
 pliciter bene inſtituendi officialem quēcunq; diminuerunt, corrupe- *pit.*  
 runt & demum quaſi totaliter extinxerunt, cum tamen hac apoſto-  
 li cum reliqua fidelium multitudine diaconorum inſtitutionem ef-  
 fecerunt, ut habetur Actū vi. Diminuerunt quidem primo, in ſolū  
 clerum conuertendo quod per uniuerſam fidelium multitudinē fie-  
 ri ſolebat & debet, quēadmodū oſtēſum eſt xvij. huius. Corruerūt  
 autem ruruſum diminuendo, ut in quorundam imperitorū & exor- *Canonici.*  
 tium legis diuinæ iuuenes, quos Canonicos uocant, excluſis pro-  
 uinciæ ſacerdotibus, eligendi epiſcopum autoritatem transferen-  
 do, niſi forte caſu cōtingeret, quod rarū eſt & in paucioribus, eun-  
 dem eſſe ſacerdotem atq; canonicū, ad ſolius unius eccleſiæ ſiue tē-  
 pli clericos in prouincia, determinantes electionis autoritatē, quæ  
 ſaltim per omnem prouincię clerum fieri deberet, & per ſacerdotes  
 præcipuē, quos debitum eſt eſſe diuinæ legis doctores, ut ubi ſupra  
 monſtrauimus. Extinxerūt autē quaſi finaliter, quoniā omniū ferē  
 prælationū eccleſiaſticarū, nec non horum, uerum mediocriū & mi-  
 norum officiorū, etiam quæ mere laicis conuenire poſſunt, propter  
 templorū cuſtodia, collectionē & pro his temporalium ſeu beneficio-  
 rum diſtributionē, immediate ſuę poteſtati reſeruant epiſcopi Roma-  
 norum. Qua ſiquidem reſeruatione, irritas & inanes eſſe decernūt  
 electiones quaſlibet, q̄ uis rite factas, de ſufficiētibus & approbatis  
 perſonis, horū uice inſtituentes de ſuæ plenitudine poteſtatis igno-  
 rāntis aut affectæ precio uel prece, odio uel amore, terrore, obſequio  
 exhibito, aut obtinēdo fauore, uel peruerſæ aliter, diuinarū literarū *Quales ordinē*  
 ignaros, idiotas & indiſciplinatos, & plerūq; homines mente corru- *tū ſacerdotes.*  
 ptos & notorie criminoſos, qui plebibus etiam quibus præficiūtur,  
 non communicant idiomate ſeu ſermone. Vnde reſpondeat  
 ipſe, Chriſto Ioannis decimo, qui contra uel poſt factas aut fiendas  
 electiones inter cætera monſtra, quæ fecit & facit, de lingua ſua Oc-  
 citana duos inſtituit epiſcopos, unum Guintonienſem in Anglia, re-  
 A ij li

liquum Londensem in Dacia, cum populis illis nullo communicantes sermone, quales autem doctrina & moribus, non mea referre interest, quamuis Londensis, ut in Dacia liquet, ecclesia & diocesis spoliata omnium armentorum gregibus necessarijs ad agrorum cultum, secundum exigentiam patriae, per uenditionem collectis inde thesauris & ecclesia destituta, abfugerit, reuersus in regionem suam. Respondeat, inquam, Romanus episcopus, quomodo pastor hic proprias oues uocabit nominatim, mores ipsarum cognoscendo per ipsorum confessiones, & quos arguere oportet reprehendendo aut quomodo sequentur illum oues, eius uocem praedicationis & doctrinae intelligendo? Nec modo propter necessitatem siue defectum hominum, qualis erat antiquis temporibus, oportet ex alienis prouincijs mendicare pastores. Erant enim in Anglia uiri praestantiores uita, & sacra doctrina doctiores eo qui uocum seu sermonum significationis ipsorum expertus nec sacrae scripturae doctor sed caudidicus quidam praefectus est illis, sic & in Dacia, & in reliquis prouincijs de quibus in errore consimili, inocculta possent induci testimonia plurima, quae tamen pertransio propter abbreviationem. Quis enim non admirabitur aut stupebit, diuinarum scripturarum ignaros iuniores, morum conuenienti grauitate carentes, inexpertes indocti populo proficiuntur. disciplinatos & quandoque notorie criminosos, ad maiores ecclesiarum thronos esse praefectos Simoniaca prauitate, uel prece potentium, non dico quandoque terrore, obsequio uel sanguinis affinitate, repulsis aut neglectis scripturae sacrae doctoribus, uiris honestate probatis. Ficta ne loquor aut falsa, ab numeranti quippe prouinciarum episcopos aut archiepiscopos, patriarchas & reliquos inferiores praelatos, sacrae theologiae doctor, aut in ipsa sufficienter instructus, non reperietur unus ex decem. Et quod referre pudet, quamuis non pigeat quia uerum, Episcopi modernorum neque praedicare populo uerbum dei, nec haereticorum, si qui apparuerint, nouerunt erroris aduersari doctrinis, sed in praedictis euentibus impudenter mendicant aliorum doctrinas, cum tamen dicat doctor gentium primae ad Timoth. tertio, quod oportet episcopum esse doctorem, amplectentem eum qui est secundum doctrinam, fidelem sermonem, ut potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere, ut idem scripsit ad Titum primo. De reliquis uero praelatis inferioribus, abbatibus & prioribus ac reliquis ecclesiarum curatis, testem inuoco deum, immortalem ueritatem, numerosam ipsorum multitudinem, uitae atque doctrinae sufficientis exortem, sic etiam, ut graematice nesciant ipsorum quam plures congruum proferre sermonem, Sed quibus rursum

*Indocti populo proficiuntur.*

*Episcopi sermo nis diuini ignari.*

sum dicā de plenitudine potestatis, plerūq; cōceduntur maiores ec-  
 clesiae dignitates, & qui ad has gubernandas sufficientes putantur,  
 causidici sunt. Hos enim tanquā utiles dignificat Romanus pontifex, et ecclesiae defensores, qui pro tēporalibus conseruādis uel am- *Causidici.*  
 plius usurpandis, contendere norunt. Sacre uero theologiae docto-  
 ribus tanquā inutilibus reiectis ab eo, simplices enim sunt, ut inquit  
 ille, cū suorū Cardinaliū coetu, & ecclesiam dilapidare sinerēt, cū ta-  
 mē ecclesia non sint temporalia sed Christi fideles, pro qua nō pro *Ecclesia Catho-*  
 temporalibus, iuxta Christi consiliū & apostoli, contendere debet *lica.*  
 episcopus, ut in Ioāne decimo, ac ex apostolo, ubi supra, & alijs innu-  
 merosis scripturae locis, quae inducere omitto propter euidenciam  
 & sermōis abbreviationē. Non enim sunt temporalia hereditas  
 apostolorum, quam conseruandam successoribus suis episcopis di-  
 miserunt. Nec sunt iura sponsae Christi, fastigia imperialia & secula-  
 ria dominia, quae sub huiusmodi uerborū sophisticis, modernus Ro-  
 manorum episcopus se, ut defendat, imò potius ut offendat, oppo-  
 suit iniquissime inclyto Lodouico ex Bauariae ducibus Romanorū  
 regi. Vnde Bernardus ad Eugenium de consideratione li-  
 bro secundo capitulo quarto, cum de animarum seu ecclesiarum  
 solitudine locutus fuerat, quam sancti apostoli successoribus dimi-  
 serunt, inquit. Nam quid aliud sanctus dimisit apostolus, quod ha- *Quid apostoli*  
 beo, inquit, hoc tibi do, quid illud? unum scio, nō est aurum neq; ar- *successoribus*  
 gentum, cum dicat ipse, Argentum & aurum non est mihi. Et infra *dimiserint.*  
 parum subdit. Esto ut alia quacuncq; ratione haec tibi uendices, tem-  
 poralia scilicet, sed non apostolico iure. Et infra rursum. Quod ha-  
 buit hoc dedit, solitudinem, ut dixi, super ecclesias. Quid autem  
 de dominio seu principatu, audi adijcientem Bernardū, Nunquid  
 dominationem? audi ipsum. Nō dominantes, ait de clero sed forma  
 facti gregis. Et ne dictum sola humilitate putes, ne etiam ueritate,  
 Vox domini est in euangelio, Reges gentium dominantur eorum,  
 & qui potestatem habent super eos, benefici uocantur. Et infert. Vos  
 autem non sic. Planū est, apostolis interdicitur dominatus. Et quod  
 amplissima omnium admiratiōe ac attentione dignum, & per princi-  
 pes tanquam dei ministros ad formam debitam reducendum in con-  
 cilio generali, est de summi pontificis & suorū fratrum, Cardinaliū  
 scilicet, institutione quos caput & principaliores ceteris constituen-  
 dos diximus, principaliter ad fidei ueritatem & unitatem seruandam atq;  
 docendam iuxta determinationem concilij supradicti. Ad hunc enim  
 dignitatis apicem non semper, imò rarius eligitur, qui sacrae scriptu-

ræ doctor præfuerit, sed plerunq; assumitur ex causidicorum collegio, quod sacrae scripturae inconsonum est omnino, rectæ rationi dissonum, & in omnium ecclesiarum facie pudētissimum omnium. Sic quoq; conuenienter, nec quasi minus aduertendum de Cardinalium cœtu, quoniam ad hoc assumuntur lasciuui iuuenes, & diuinarum literarum indocti q̄ plures. Cum tamen episcopus hic & ecclesia siue collegium omnium aliorum esse debeat exemplar & forma, horumq; consilio fretus, non aliter, præsertim in arduis, Romanus pontifex habeat uniuersalem ecclesiam gubernare. Sed de his hæctenus, unde sermo uenerat, redeuntēs dicamus, quod Romanus pontifex de plenitudine potestatis, ampliorem multitudinem prælationum maiorum, mediocrum & minorum confert idiotis aut diuinarum literarum ignaris, non utinam criminosis, tam sibi cognitis q̄ ignotis, pueris & infantibus etiam simoniaca prauitate sui, uel intercessorist, aut alia quauis plerūq; affectione sinistra. Maioribus ergo ac principalioribus sedibus sic infectis ex talium promotione, quinimò intrusione, ceteræ minores curæ siue officia ad collationē horum pertinentia, cōtagione polluta redduntur. Gaudentes enim similibus, quemadmodū homine homo, & equus equo, iuxta sapientis gentilis oraculum, ad ecclesiastica officia eam, qua symoniæ aut alterius peruersæ uia ianuam ingressi sunt, referāt idiotis & more peruersis. Nam uolentes agere secundum habitum propriū, quē non mutauit dignitas, sed plerunq; monstrauit sanctos & iustos ac doctos, qui per talem semitam domū dei intrare non quærunt, tanquam sibi inimicos odiunt & reijciunt, declināt, & premunt. Quoniam, ut inquit ueritas, qui male facit odit lucē. Nectaceo quod supradictus episcopus, fauore ac gratia potentum sibi quærendis, & cum his etiam inde fortassis receptis pecunijs, quosdam iuuenes diuinæ legis & aliarum disciplinarum indoctos, nec in sacrum quēq; ordinem promotos, adhuc in famosis urbibus ad episcopatus promouit, cum tamen ad Euandrum dicat Hieronymus, presbyterum in episcopo contineri. Ecclesiastico igitur regimine sic infecto, uniuersum corpus Christi mysticum egrotat nimirum. Omittentibus enim ecclesiarum prælatis reliquis curatis exhortationes, obsecrationes & increpationes secundū sanam doctrinam, cōmittentibus autem detestanda & abominanda, palàm scandalizatur populus ipsorum exemplo. Quia uelut signū sagitatoribus, sic plebi constituentur exemplū, quod ueritas attendens Matthæi quinto inquit.

• Sic luceat lux uestra corā hominibus, ut uideāt opera, uestra bonā.

Et

*Cardinales lasciuui & indocti*

*Episcopi nostri*



Et hinc est modernorū morū radix & prima peruersitas, ad quam demum sequitur æterna damnatio. Quoniam, ut ait Christus Matthæi quinto. Si cæcus cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt. Quid autem de temporalium dispensatione dicemus, cum debeant ecclesiasticorum ministrorum sufficientiæ residua pauperibus impotentibus, alijsq; personis miserabilibus dispensari: quod neminem quasi latet: conuertuntur in eos usus, & uerius abusus *Patrimonium Christi in bella consumi.* dixerō, de quibus sermo fuit undecimo huius: quibus adijce nouum elemosynæ modum, quod in mercenarios milites, equites, & pedites, horum plurima cōsumuntur ad pugnas inter Christi fideles cōcitandas, & continue nutriendas, ut eos suæ tandem subijcere ualeant tyrānicæ potestati. Sic igitur ex prædictis apparet, propter plenitudinem potestatis corpus ecclesiæ mysticum, secundū materiā siue membra principalia, maxime (uerbi causa) prælatos undiq; infectum, & corruptioni propinquum.

Nunc autem de corporis huius forma dicturis, quæ in suorum membrorum ordine, ac situ debito consistere debet. Hoc ipsum tanquam inuenustum ac deforme monstrum uidebitur diligenter inspectum. Quis enim animalis corpus, cuius singula membra suo capiti nexu immediate iunguntur, monstruosum & inutile ad operationes conuenientes esse non æstimet. *Simile.* Digitus nanque uel manus, si capiti immediate nectatur, situ sibi debito, carens, uirtute, motu & opere conuenienti carebit. Non sic autem, si digitus manui, manus brachio, brachium humero, humerus ceruici, ceruix uero capiti, per conuenientes nectantur iuncturas. Sic enim corpus redditur sua forma decens, sic eius caput membris reliquis conuenientem uirtutem uni per reliquum secundum eorū naturam & ordinem immittere potest. Et ipsa quidem hinc sibi conuenientes operationes perficere. Quam siquidem formam & modum in ecclesiastico, necnon & civili quolibet regimine oportet attendere. Non enim potest uniuersalis pastor aut princeps immediate in omnibus prouincijs singulorum singulos actus inspicere, & immediate dirigere, sed oportet, si decenter, si sufficienter hæc perfici debeant, secundum ordinem debitum substitutis & specialibus ad ea iuari ministris, sic enim ordinatū permanere potest & crescere corpus ecclesiæ. Quod sentiens doctor gentium Paulus ad Ephesios quarto, sic inquit. Crescamus in illo, qui per omnia caput est Christus ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem iuncturam subministrationis, secundum operationem in mensuram

unius cuiusque membri augmentum corporis facit. Verum de plenitudine potestatis Romano permiffa pontifici, omnis hic ordo seu forma sublata est, absoluit enim ipse à potestate seu cura & correctione superiorum, inferiores praelatos & ordines, ut à patriarchis archiepiscopos, ab archiepiscopis episcopos, ab episcopis uero suorum capitula seu collegia clericorum, & rursus abbates & monachorum priores, nouissime aut, non utinam pessime, religiosos qui paupertatis ordines appellantur. Hosque omnes ordine perturbato suae curae atque immediatae correctioni submittens, nulla quidem euidenti utilitate, sed notoria potius sibi lites accumulandi auiditate, in pecuniarum confluxum, ac in praelatorum expoliationem, & ipsorum ampliorem subiugationem intendens. Quanta tamē inde subsecuta insolentia, quasi nullus ignorat. Carentes etenim hi superiori cura sibi praesenti, contumaces, inobedientes & irreuerentes fiunt, quibus merito subesse deberent, ad seipfos & alios facultatem peccandi liberius, hinc etiam assumentes. Quibus uero cura talium esse deberet, sibi debita potestate priuatis, torpendi & negligendi praebetur occasio, unde uexationes fidelium tot, tantaeque contingunt inconuenientia, eo quod ea diffusius enumerare propter ipsorum incompraehensibilem quasi uarietatem & numerum, particulariter describere praetermissi. Quamuis ipsorum plurima, se uolentibus indagare, faciliter offerant. Id quidem pertransseo, iam ex abusu faciem gerens honesti, quod mensarum ministros diaconos quosdam, Cardinales uocatos, sede ac reuerentia episcopis & sacerdotibus praeferre patiunt, nihil attendens scripturam in hoc, nec quantum detestabile sit illud secundum Hieronymum ad Eusebium epistola, de qua supra decimo quinto huius. Et his adijce nouum germen iam dicti radices, quod Romanus episcopus ex hac plenitudine potestatis, beneficium ecclesiasticum obtinentibus ubique locorum, absque sui licentia, interdixit condere testaments, & intestatorum simpliciter, aut sic ad suam sedem immediate decreuit bona deuolui & debere deferri. Et quod amplius à malo est, quoniam Simonia, quamuis post factum expleatur, amplissima est, quod eadem potestate redditus & prouentus beneficiorum omnium & ubique, quo primum anno uacantia fuerint, sibi reseruat, secundum hunc modum sibi congregans omnes mundi thesauros, & eisdem omnia regna spoliās, atque prouincias in quibus distribui debent ministris euangelicis & personis miserabilibus, aut in reipublice, de qua sumuntur, subsidiū, si oportet conuertit, quoniam ad hoc statuta & ordinata fuerunt. Hoc rursus

*Primi fructus  
beneficiorum*

intolerabilius, quod legata in testamentis fidelium laicorum, pro ultramarino trāfitu uel alias pias causas, secūdum determinatarum personarum dispositionem, quas Cōmissarios uocare solent, ad sui ordinationem pertinere dicit, eadem plenitudine potestatis: nec mirum, cum eadem omnium regum, principum & regnorum, se quidā ipsorum asseruerit habere dominium, ut induximus xx. huius. cum tamen prædictorū omnium nullum ad sui pertineat potestatem, ut ostensum est xv. primæ & xvij. huius. Ab eodē quoq; radice his ampliora & grauiora contingēt, quæ omnia narrari nequeūt, propter ipsorum tam uariam esse naturam. Vno enim inconuenienti dato, præsertim eo, in quo cætera cogitabilia circa ciuiles actus humanos, inconuenientia continentur alia quęcunq; contingere, nihil difficile, iuxta gentilis sapientis oraculum. Hac enim sibi debita potestate plena, illi sequitur licere quod libet, propter quod humanas omnes ordinationes & leges, etiā per generale conciliū ordinatas, secūdū sui uotū suspendit & reuocat, quod tanquā ultimum inconuenientiū in omni mundano regimine, tā sancti quā philosophi refugerunt, ut in undecimo primæ per demonstrationē, & quinto huius, auctoritate Augustini, primæ ad Timoth. sexto fuit amplius confirmatū. Sic igitur ex sibi permissa plenitudine potestatis uniuersum corpus ecclesiæ infectū est. Omnis ecclesiasticę economiæ præuaricatus est ordo, & omne ciuile regimen impeditū simpliciter, aut in parte turbatum, cum tamen huius episcopi, & ipsius ecclesiæ siue collegij sermones & opera cōstituta sint uelut exemplū omniū aliorum. In quos siquidem, uelut quæso, fideles conuertant lumina, quodā dudū honestatis sophisticæ plurimorū ex ipsis obumbrata uelamine, cernent se ipsis lymphide, qui Romanæ curiæ, imò uerius cū ueritate dicam, domus negociationis, & ea quæ latronū horribilioris spelūcę limina uisitarūt, aut qui ab hac abstinerūt, tnumerosę fide dignorū multitudinis relatiōe discēt, eam penè sceleratorū omniū & negotiatorū, tā spiritaliū quā tēporaliū receptaculū esse factā. Quid enim aliud ibi, q̄ Simoniacorum undecunq; concursus? quid aliud q̄ causidicorū strepitus & calūniatorū insultus, & iustorū impulsus? Ibi periclitatur innocentū iusticia, uel intātum differtur, si eā pretio redimere nequeāt, ut tandē exhausti innumeris fatigati laboribus, iustas & miserabiles ipsorum causas cogantur deferere. Ibi nāq; al

*Romana curia  
domus negotia  
tionis.*

*Iusticia Roma  
na curia.*

*Statue quã Daniel describit, enarratio.*

sollicitudo neq̃ consilia . Et adde quod ibi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Qui uero, uidi & affui uidere uideor, quã Danielis secundo Nabuchodonosor terribilem statuam in somnio recitatur uidisse, caput siquidem habẽtem aureũ, brachia uero & pectus argẽtea, uentrẽ autem & scœmora ærea, tibias quidem ferreas pedũq̃ partem unam ferreã, & reliquã fictilem . Quid enim aliud ingens hæc statua, q̃ status personarum curiẽ Romanæ seu summi pontificis, quæ olim peruersis hominum terribilis, nũc uero cunctis studiosis horribilis est aspectu. Huius enim statuę superiora mẽbra caput, pectus & brachia, quid sunt aliud in conspectu, in affectu & in amplexu q̃ aurum & argentũ & opera manuum hominum? Eius uero uenter & scœmora, quid aliud, q̃ secularium litium seu causarũ calumniarũ ue, ac Symoniacarum negotiationum, tam spiritualium q̃ carnalium rerum sonitus & tumultus? Nec modo dicam excommunicationum & anathematum, tam uocalium q̃ literalium, tonitrua & fulmina in Christi fideles Romano pōtifici & ipsius ecclesiæ seculariter subijci, & ipsorum carnalia siue temporalia, quãuis iuste recusantes tribuere. Quid aliud dic quæso ænea femora, quã uoluptatũ, luxus & uanitatum quasi omnium, etiã laicis indecẽtiũ, apparatus pomposus, quem sensibus hominum imprimũt, qui cæteris esse debent castitatis & honestatis exemplum? Ipsius autem ferreę tibie ac pedes & digiti, quibus statua figitur, secundum partem fictiles & testei, in quid aliud tendunt, quã secularium principatũ, regnorum & prouinciarum usurpationem, inuasionem & occupationem, per armatorum seu ferreatorum uolentiam, secum portãtes in hoc superiora membra, auri & argenti exhibitionem, armatos ad hoc inuitãtem, uentrẽ quoq̃ ac scœmora ænea talium, sonora promissione ac peccatorum & pœnarum uocali, quamuis fallaci, absolutiõẽ, propriam uero libertatem defendentiũ, suisq̃ principibus debitã fidem obseruare uolentiũ, iniusta, quãuis deo protegente prorsus innocua, condemnatione ac maledictione? Pedum uero bases & digiti testei, fictiles & proinde fragiles, quid aliud representãt, quã incõstantiã Romanæ curiæ? quid aliud notant quã quibus innititur Romanus pontifex aduersum Christi fideles opprimendos, occasionũ debilitatem, nõ modo dicã falsitatem & iniquitatem omnibus manifestam? Verum eodem testante propheta, super hæc statuam casurus est lapis sine manibus abscisus de monte, id est Rex, quem de hominũ uniuersitate per suam gratiã electũ suscitabit deus, illi scilicet conferendo potestatem, & cuius regnũ alteri non tradetur, hic inquam magis uirtute siue gratia trinitatis q̃ opere

opere seu potestate manuū hominū, huius terribilis & horribilis ac monstruosæ statuæ primum conteret atq; cōminuet testeam partē, pedū uidelicet, quibus incōueniēter inniti, falsas scilicet ac iniquas causas, & occasiones caluas uerius dixerō cum poēta, omnibus populis, & principibus ipsarū referato sophismate ac humanis demonstrationibus impugnato, & scripturæ sacræ ueritatibus annullato, in notescere faciendo, deinde uero ferrū ipsius, scilicet atrocem & impiam potestatem arcendo: æs autē consequēter, idest maledicendi, quam sibi præsumpsit in principes & populos, autoritatem: secularium quoq; iurisdictionum. usurpatarum & proinde causarum & uexationum tumultum silere ac obmutescere faciet: luxus quoq; uoluptatum & pompas uanitatū cessare: Demum uero argentū & aurū, idest, auaritiā & rapinā Romani pontificis & superiorum membrorum curiæ Romanæ compescet, temporalium quoq; usum moderamine debito sibi cōcedet. Sicq; pariter secundum prophetam conterentur ferrum, testa, argentum & aurum, omnia scilicet supra dictę curię uitia & excessus extinguentur, quali redacta in fauillam æstiuę areæ, quæ rapta sunt uento. Quod enim tam cōtra naturā, legem humanam atq; diuinam & omnem rationem est, diu permanere non potest.

QUALITER IN SPECIALI PRAEDICTIS SIT VSVS ROMANVS  
episcopus extra ecclesiasticos limites ad laicos siue ciuilia.

Caput XXV.



Vperest autē nobis exquirere, qualiter & in quibus plenitudine sibi potestatis assumpta extra limites ecclesiasticos usi sint hactenus & utātur episcopi Romanorum, rememorabimur tamen primum ecclesię primitiuę ritus eiusq; processus à sui principio & capite quod est Christus, & à primis suis promotoribus, apostolis sanctis. Hic enim, Christus uidelicet, uenit in mundum, sacerdotale siue pastoris animarū officiū instruere, ac etiam exercere. Legis nāq; lator æternę, salutis existens, sacramentorum ritū & exercitiū præcepta quoq; atq; consilia credendorū, agendorū & spernendorū ad merē dā simpliciter aut excellēter felicē seu beatam uitā, quam uocamus æternā, sub eadē lege perstrinxit, iudiciū quidē ciuiliū actū siue principatus officiū huius seculi abdicans & eidē expresse renunciās, & consimiliter abdicare præcipiens aut cōsulens, omnes apostolos & sui ac ipsorum alios successores in officio supradicto, seipsumq; subiectū exprimēs ordinatiōe diuina, iudicio seu coactiuę potestati  
prin

*Christus quid  
instituerit.*

principantium huius seculi, sic quoque suos apostolos, sic ipsi seipso tam opere quam sermone, quemadmodum euidenter ostensum est ex scriptura, cum sanctorum & doctorum expositionibus & autoritatibus quarto huius & quinto. Et humanis rationibus octauo & nono, eiusdem aliquantulum declaratū. Eas uero potestates exercens & apostolis ac ipsorum successoribus in eorum persona exercendas concedens, de quibus etiam dictū est sexto septimo xv. & xvi. huius, summamque rursum paupertatem obseruās, ipsisque ac ipsorum successoribus seruare docēs, præcipiens, aut consulens secundum rememoratum & declaratum à nobis modū xij. & xiiij. huius. Hanc siquidem formam & modum uiuendi, & iam dictum officium exercendi, secundum potestates prædictas, obseruauerūt apostoli, tanquam obedientiae filij, obseruauerunt etiam Romanorum episcopi & apostolorum cæteri successores plurimi, quibus non omnes, usque quasi ad tempora Constantini primi Romanorum Imperatoris, ipsorum enim quidam prædia possederunt quorum primus legitur fuisse primus Urbanus, Romanus episcopus, usque in cuius tempus uixerat ecclesia siue sacerdotale collegiū instar uitæ Christi & apostolorum, quam meritoriam & summam diximus paupertatem. Hoc quibus fortasse faciēs principaliter prædictus Urbanus propter pietatem & pauperum subuentionem seu misericordiam, ut ipsius intentionem quam pie possumus referamus ad bonum, si tamen huiusmodi prædiorum aut ex ipsis prouentuum coram iudice coactiuo, uendicandi potestatem assumpsit, uel ipsa uendendi & precium distribuendi pauperibus habuit potestatem, nec uendit & distribuit, à summa paupertate iam dicta siue perfectiōis statu sciēter aut ignoranter hæc fecerit, indubie declinauit. Quomodo etiam secuti sunt Romanorum episcoporum quibus plures in hoc usque in tempora Constantini. Quo siquidem interuallo, quemadmodum diximus octauo, decimo, & xxiij. huius, ordinationes quasdam circa ritum ecclesiasticum, ut cultum diuinum, & statum honestum sacerdotalis collegij sibi statuerint cum suo collegio Romanorum episcopi. Et eas tanquam utiles communicauere reliquis ecclesijs requirentibus maxime has, cæterarum quoque mundi ecclesiarum iuxta possibilitatem propter pietatem & charitatem, curam, diligentiam assumpserunt, eo quod rectoribus, siue pastoribus sufficere carebant frequentius, propter quod aliarum personas exhortabantur atque monebant in his quæ pertinebant ad honestatem & fidem. Eorum uero monitiones grate ac sponte sumebant ecclesiarum reliquæ propter causas assignatas xvij. & xxiij. huius. In quibus quidem etiam ecclesijs, quandoque discipulis existentibus sacerdotum seu episcoporum aut diaconorum uel

*Urbanus primus prædia possedit.*

Reliquarum personarum aliquibus, neque ab aliorum turbatione circa mores aut fidem, fraterna praesentium monitione cessantibus: procurabant fortasse ipsorum discretiores, ac pie uolentes in Christo uiuere, per Romanum episcopum & ipsius ecclesiam, quorum monitu propter iam dictas causas magis uerebantur fideles, excommunicationes seu anathemata ferri, & mandari super rebelles & aliorum turbatores uel aliter criminosos, uel id per seipsos zelo fidei fecerunt episcopi Romanorum. In alijs ergo locis, fideles existentes, secundum plurimam partem ipsorum, concordauerunt obedire Romanorum episcopo, & ipsius ecclesiae, propter fidei unitatem & ipsorum inuicem quietem seruandam, quoniam haec potestate coactiua nec modo conuenientiori alio seruare poterat, eo quod infidelis esset quasi ubique tunc legislator humanus. Adueniente uero tempore Constantini primi Romanorum Imperatoris, qui primus Romanorum principum permisit & concessit, fideles Christi publice congregari: facta sunt primum concilia generalia sacerdotum seu episcoporum, praescepto & autoritate principis supra dicti: Quibus quidem concilijs definiti sunt & determinati scripturae sacrae sensus ambigui, & ipsorum ueri a falsis & erroneis sequestrati. Quos siquidem falsos & insanos sacerdotum aliqui, quandoque quidem propter ignorantiam & plerumque propter superstitionem atque malitiam seminauerant inter Christi fideles. In quibus rursus concilijs, factae sunt ordinationes circa ecclesiasticum ritum, ut circa cultum diuinum, diaconorum & sacerdotum honestatem & disciplinam, ipsorumque ad officia ecclesiastica, tam inseparabilia, quae uocantur ordines, quam separabilia, quae uocantur praelationes, siue curas animarum, & huiusmodi reliqua, in certis locis siue prouincijs, promouendi, ac temporalia seu beneficia, ut oblationes ac reliqua quae sibi propter ministerium euangelij tradebantur, tam mobilia quam immobilia distribuendi, determinatus siue statutus est modus & forma. De quo siquidem obseruando legislator humanus seu principans eius autoritate, praesceptum coactiuum siue legem tulit, obligantem quemlibet sacerdotem aut non sacerdotem, secundum exigentiam cuiusque poena reali uel personali pro statu & in statu praesentis seculi transgressoribus infligenda. Ferebantur enim huiusmodi leges in sacerdotes & episcopos magis quam in alios, quoniam & ipsi tunc erant, qui frequenter causam dabant talibus edictis: nec aduersus legislatorem humanum reclamantibus episcopis Romanorum, aut alijs quibuscumque tanquam non subiectis principum legibus & edictis, sed instanter supplicantibus ad principes pro legibus ferendis huiusmodi, quemadmodum ex codice

*Quando concilia primum congregata.*

*Iura canonica in sacerdotes primum lata.*

Isidori supradicto, & alijs apprabitis apparet historijs, de quibus  
 induximus plures uigesimo primo huius. Amplius per eosdem  
 principes statuebantur & statuta sunt leges de ipsorum numero cer-  
 to secundum prouincias, & de ipsorum temporalibus siue carnali-  
 bus bonis, tam mobilibus quam immobilibus, quae sibi per praedi-  
 ctum Constantinum donata fuere, ac per reliquos principes Roma-  
 nos aut alios, & successiue etiam per personas aliquas singulares:  
*Priuegia sa* rursusque de ciuilibus seu contentiosis ipsorum actibus, quibus speciali  
*cerdotum.* bus ex humani legis latores gratia moderatę fauoribus. Attenden-  
 tes namque legis latores sacerdotalis characteris dignitatem & reue-  
 rentiam, quoniam per ipsum secundum ueritatem, Christi represen-  
 tatur officium, attendentes etiam grauitatem morum, & simplicita-  
 tem ac innocentiam personarum, quae tunc in euangelio ministrabant,  
 & iam dictum gerebant officium: etiam in consimilibus actibus le-  
 ges minus rigorosas pro his statuebant, ipsisque quibus plurima priuile-  
 gia concedentes, ne à laicis calumniatoribus uexarentur, uel à diui-  
 nis officijs turbarentur. Erant enim numero pauci deuoti, & propter  
 humilitatem facile caudicorum cedentes insultibus, nec uiolen-  
 ta seu armata propter sui defensionem aut aliorum offensionem ual-  
 lati potentia. Nam clericos, praesertim sacerdotes aut episcopos, arma  
 sumere, uel per se sumi iubere, grande nefas, & quasi monstrum ciui-  
 le uisum fuisse priscis temporibus, unde Ambrosius, ubi supra indu-  
*Ambrosius de* ximus nono huius. Dolere potero, flere potero, gemere potero, ad-  
*armatura sa* uersus arma, milites, Gothos quoque, lachrymae meae arma mea sunt,  
*cerdotum.* talia enim munimenta sunt sacerdotis, aliter nec deo nec possum  
 resistere. Propter quod fauoribus & priuilegijs specialibus indige-  
 bant, ad quiete ac tute uiuendum, & calumniatorum uexationes eua-  
 dendum, quibus modernis temporibus ipsorum ad laicos in hoc con-  
 uersio facta sit in oppositam qualitatem. Sic ergo sub legibus &  
 ordinationibus ciuilibus principum uixerunt antiquis temporibus  
 & dudum totum sacerdotale collegium ab eisdem & à populo col-  
 lationes, confirmationes, & inuestituras suorum officiorum separabi-  
 lium, ut praelationum, curarum & reliquorum similium, aut minorum:  
 ac temporalium seu beneficiorum distribuendi & dispensandi po-  
 testatem suscipientes, nec propter huiusmodi subiectiones conten-  
 debant pastores antiqui Romanorum episcopi aduersus principes  
 Romanorum, neque aduersus populum aut singulares personas ec-  
 clesiarum patronos, quoniam ad hoc se teneri nouerant diuina &  
 humana lege, quemadmodum quarto, quinto, & octauo huius, ac  
 decimo septimo per scripturam & humanas rationes sufficienter  
 osten



ostendimus. Sic enim legimus de Symachō, natiuitate Sardo. Hic enim Laurentio cuidam coelectus discorditer per Theodoricū regem, facto iudicio, cōfirmatus est in papam Romanum. Sic etiam scribit Martinus de beato Gregorio. Hic, inquit, in papā eligitur, & ipse, Mauricius uidelicet Imperator, imperialibus literis suū affirmat consensum. Sic etiam suorum priuilegiorum confirmationē, ab Imperatoribus petere solebant episcopi Romanorum, ut de Vitteliano, natiuitate Signeno, & Constantino, natiuitate Syro, & alijs plerisque Romanis pontificibus legitur, quinimō pro his & alijs supplicationibus & suis confirmationibus impetrandis ad Imperatores per loca distantia plurimum personaliter solebant accedere, ut de ipsorum quibus pluribus legitur in chronicis & approbatis historijs. Et quod amplius est, Ioannēs duodecimus per Ottonem primū Romanum Imperatorē suis exigentibus demeritis, consentientē omni populo, tam clero quā laicis, à papatu depositus est, sic etiam ubi de nono Benedicto agitur in chronica Martini, legitur de duobus electis cōtentiose, atque depositis Imperiali censura per Henricum tunc principem Romanorū. Eiusdem enim autoritatis primæ est aliquid statuere, ac id cum expediens fuerit destituere: cum igitur episcopus quilibet per principem & omnem populum eligi debeat, ipsorū autoritate destitui siue deponi potest, quemadmodum certificatū est decimosextimo huius. Initar ergo Christi & apostolorum uixerunt Romani, & cæterarum prouinciarum episcopi & sacerdotes, ac clericorum omne collegium, sub regimine coactiuo principantium autoritate legislatoris humani. Verū suadente ac stimulante huius mundi principe, superbix, ac ambitionis primo parente, reliquorum quoque uitiorum omnium suggestore diabolo, in alienam uiam, ab ea quæ Christi & apostolorum, deducti sunt, quinimō seducti uerius Romanorum episcopi quidam. Nam ipsorum animos inuadens cupiditas & auaritia, inde foris expulit, quam Christus in ecclesia tertio modo dicta, plantauerat & statuerat, summam meritoriā paupertatem. Rursumque inuadens eosdē superbia & ambitio seculariter principandi, expulit inde summam humilitatem, quam Christus indixerat, & obseruare mandauerat eidem ecclesiæ siue uniuerso coetui sacerdotum. Quorū quidem primus hoc passus, si eo prior in hoc non alter extiterat, fuisse legitur *Simplicius. Tibertinus.* Simplicius quidam, Tibertinus cognomine, Romanus episcopus. Hic enim, unde sibi nescio autoritate sumpta, quā muis certissime no uerim, nisi per ignorantiam excusetur, unde temeritate præsumpta

*Inuestitura.* statuit nullum clericum inuestituram à laico debere suscipere, Inue-  
 stituram siquidem intelligendo beneficiorum & officiorum, de qui-  
 bus diximus prius, quamuis tamē ex ipsius statuto significetur ma-  
 nifeste, prædecessores suos humilitatem & reuerentiam debitam  
*Pro solitū esse.* principibus exhibere uolentes, inuestituras prædictas à laicis reci-  
 pere soluisse. Huius siquidem rursus successor, quamuis nō imme-  
*Pelagius pri- mus.* diatus, Pelagius primus statuit, ut hæretici per seculares potestates  
 punirentur. De quo etiam statuto mirandum, quoniam non latuit  
*Lex de hæreti- cis puniendis.* illum huiusmodi legem tempore Iustiniani Romani principis in hæ-  
 reticos latam fuisse. Et quoniam suæ non erat autoritatis ferre hu-  
 iusmodi leges in quantum episcopi, nisi fortasse hoc sibi autorita-  
 te humani legislatoris foret indultum, quemadmodum duodecimo  
 & decimo tertio primæ ostensum est, & uigesimo primo huius.  
 Ideo quemadmodum iam dictus Simplicius in alienam messem fal-  
 cem iniecit, autoritatem sibi, uidelicet quæ alterius, usurpando. Cui  
*Adrianus Imperator.* rursus Adrianus tertius, licet nō immediate, successit in usurpatione  
 prædicta. Statuit enim, ut nullus Imperator se intromitteret, &  
 de electione papæ, ut dicti Martini uerbis utamur. Quod siquidē  
 statutum omnino nullum, eo quod à carente tali autoritate legisla-  
 tiua scilicet, emanauit. Apertū etiā inconueniens continebat, quæ-  
 admodum ex decimo septimo huius ostensum est, fueratq; illius op-  
 positum longa & laudabili cōsuetudine roboratū. Quamuis enim  
 dicat Martinus, ubi legit de Leone decimo, quod Romani ex pra-  
 ua consuetudine petebant ab Imperatore pontificem sibi dari, cō-  
 suetudinem confessus, quod uerum concedimus, prauam tamen au-  
 toritate propria dicēs, quantū petens iustificare usurpationes præ-  
 dictas Romanorum pontificum, & iura principum siue humani le-  
 gislatoris obfuscans, magis homini quàm deo & ueritati placere nī-  
 sus, non uerum dicit. Sed huius rei ortum & mysterium sibi clausum  
 fuisse demonstrat. Nam licet ad principem aut alteram personam  
 singularem, in quantum huiusmodi, nō conueniat diuino uel huma-  
 no iure, nec aliqua laudanda consuetudine, secundum ipsius solius  
 impetum ad officium aliquod instituere seu determinare personā,  
 maxime ad Romanum episcopatum, quemadmodū decimoquin-  
 to primæ, ac decimo septimo & uigesimo huius sufficienter osten-  
 sum est: ad principem tamen autoritate legislatoris humani sibi  
 concessa secundum certam formam & modum determinatum à le-  
 ge, ut uidelicet usuro collegij sacerdotalis & aliorum sapientum, &  
 studiorum consilio, ipsorumq; ualentioris partis determinationi  
 cre

credituro potuit licite ualde Romani pōtificis institutio pertinere. Nec in hoc Martino credendum est, quoniam ipse, cum sui ordine usurpationis huiusmodi particeps erat obtinuerunt, nanque uel obtinuisse credunt ordines, quos paupertatis fratres appellant à Romanis pōtificibus exemptionem, ut uidelicet suis pastoribus episcopis aut alijs superioribus prelati nulla sint iurisdictione subiecti, quibus exemptionē, quæ à principū iurisdictione obtineāt ex solis priui legijs, quibus clerus ab humano legislatore reperitur exemptus.

Vnde tamen uenit sermo prius, nō praua neque illaudabilis cōsuetudo fuit per Imperatores, ut diximus, ecclesiæ Romanæ pastores institui. Hanc enim auctoritatem & ampliori modo iam dicto legimus, & concedunt qui tecum Martine ueritati huic aduersari nituntur per omnem Romanum populum, ut per episcopum, clerū, & alias seculares personas Carolo magno, & Otthoni primo regi Theutonicorum, & Romanorum Imperatori postmodū fuisse cōcessam. Vnde in approbatis legitur historijs, & uerum est, edictum hoc emanasse de populi Romani consensu cōmuni. Leo papa in synodo congregata Romæ in ecclesia sancti Saluatoris ad exemplū beati Adriani apostolicæ sedis episcopi, qui domino Carolo uictoriosissimo regi Francorum & Longobardorum patriciatus dignitatem ac ordinationem apostolicæ sedis & inuestituram concessit. Ego quoq; Leo seruus seruorum dei episcopus cum cuncto clero, ac populo Romano constituimus, confirmamus, & roboramus, & per nostram apostolicam auctoritatem cōcedimus atque largimur domino Otthoni primo regi Theutonicorum, eiusq; successoribus, huius regni Italiae in perpetuum, tam sibi facultatem eligendi successorem, quàm summæ sedis apostolicæ pontificem ordinandi, ac per hæc archiepiscopos seu episcopos, ut ipsi ab eo inuestiturā suscipiant, consecrationem autem unde debent, exceptis his quos Imperator pontifici & archiepiscopis cōcessit. Et nemo deinceps cuiuscumq; sit dignitatis uel religiositatis eligendi uel patritium siue pōtificem summæ sedis apostolicæ uel quencumq; episcopū ordinandi habeat facultatem absq; consensu ipsius Imperatoris, qui tamen fiat absq; omni pecunia, & ut ipse sit patritius & rex. Quod si à clero quis episcopus eligatur, nisi à suprascripto rege laudetur & inuestitur, non consecratur. Si quis contra hanc auctoritatem aliquid moliat, hunc ex cōmunicationi subiacere decreuimus: & nisi resipuerit irreuocabili exilio puniri, uel ultimis supplicijs puniri. Hoc siquidem edictum confirmauit Stephanus papa, prædicti Leonis

*Leonis papæ  
edictum.*

successor, & Stephani successor quidam Nicolaus, ipsumque sub ter-  
 ribilis anathematis poena seruari praecipiens, Vt uidelicet eius uio-  
 latores seu transgressores cum impijs, qui non resurgent, debeant con-  
 putari. *De inuestitura.* Ex hoc autem edicto singulariter notandum est, quod auto-  
 ritas haec, quam de inuestituris Romanus episcopus cum uniuerso  
 populo in Imperatorem transfudit, quantum erat ex parte papae, fuit  
 renunciatio quaedam, quoniam autoritas huius prima fuit & est prin-  
 cipis siue legislatoris humani, qui hanc autoritatem, inuestiendi scilicet  
 episcopos & archiepiscopos iam papae concesserat, eo quod  
 omnia temporalia per quencumque translata fuerint in quamuis ec-  
 clesiam, quantum ad hoc subiecta fuerant & sunt legislatori huma-  
 no, prouinciae, in qua sita sunt. Signatur autem hoc ex edicto pre-  
 dicto, ubi dicitur, exceptis his, quos Imperator pontifici & archiepisco-  
 pis concessit. Sic etiam sedis apostolicae pontificem instituere, perti-  
 net ad Romani principis & populi potestatem, ut decimosextimo  
 huius ostensum est. A quo siquidem populo non excluditur sed in-  
 cluditur clerus cum pars sit illius, quam quidem potestatem seu au-  
 toritatem, si transferre uoluerunt in principem, aut simpliciter, aut  
 cum determinatione legali, eam princeps Romanus licite sumpsit,  
 nec ab ipso per Decretalem siue legem cuiuscumque Romani pontificis,  
 absque decreto populi potuit licite reuocari. Non enim Romano po-  
 populo, uel sibi cum clero tantummodo in communitate fidelium conue-  
 nit leges aut decretales aliquas condere, quencumque obligantes ad poe-  
 nam, ut ex decimo tertio primae, ac uigesimo primo huius ostensum  
 est. Has tamen ferre ac promulgare, licet indebite, tam in ipsa latio-  
 ne, quam in legibus latis, iurisdictionem populorum & principum usur-  
 pantes tentauerunt Romanorum episcopi quidam, & paulatim in  
 his processerunt, maxime imperiali sede uacante, quemadmodum  
 deduximus uigesimo secundo huius. Hinc autem plurimum, & pro-  
 pter temporalium, quorundam occupationem, quantum ex chro-  
 nicis siue approbatis historijs comprehendere potest, suscitatae sunt li-  
 tes inter Romanorum Imperatores & ipsorum episcopos, quamuis  
 contra Christi & apostolorum consilium aut praecipitum in hoc ege-  
 rint, qui sibi succedere debent in apostolatus siue sacerdotis officio,  
 summam paupertatem & humilitatem seruare debentes, qui quidem  
 in aliam quandam & illi oppositam diuertentes uiam ignorantia uel  
 malitia uel utrisque, ut ex praemissis ostendimus, hanc inierunt aduer-  
 sus iam dictos principes immortalem contentionem & pugnam, quam  
 inter caeteros magis aggressus est Romanus episcopus quidam, no-  
 mine Paschalis contra Henricum quartum Theutonicorum regem.  
 Hunc

Hunc enim secundum historias prohibuit dictus episcopus ad imperialem apicem scandere, aduersus illum concitans Romanū populum, usquequo præfatus Henricus in Tuscia existens per nuncios & literas inuestituras episcoporum, abbatum, & omnium clericorū quasi coactus eidem concessit episcopo. A quo rursus postquam ingressus est urbem, super extortis ab ipso iuramentū expetens papa prædictus, cum suorum Cardinalium cœtu captus est, Et demū liberatus pacem habuit cū Imperatore prædicto, cui rursus suscitans pristinam litem, tandem contendendo, laboriose finiuit.

Huius uero successori Calixto cuidam narrat Martinus Imperator prædictus ad corrediens, ut Martini uerbis utamur, inuestituram episcoporum & aliorum prælatorum per anulum & baculū libere resignauit, & concessit per omne imperium in omnibus ecclesijs, canonicam fieri electionem, possessiones & regalia beati Petri quæ propter suam uel aliam cum ecclesia discordiam alienata fuerant, Romanæ ecclesiæ restituit, & alias possessiones tam clericorū quàm laicorum eisdem occasione guerræ sublatas, restitui fideliter disposuit. Has siquidem postmodum concessiones & priuilegia ex causa fortasse legitima reuocare uolētes, aut reuocantes simpliciter aut in parte, Ottho quartus & Federicus secundus Romanorum Imperatores, episcoporum & cleri Romani plurimas infidias, persecutiones, & impedimenta sunt passi, & eorum prædecessores aliqui minus adiuti per populos subditos propter ipsorum aut suorum officialium & ministrorum regimen, quandoque fortassis tyrannidem sapuisse. Est igitur, ut iam diximus, & fuit fomes hic primus præsentis litis atque discordiæ inter Imperatores & Romanos pontifices. Hisque propter legem diuinā, & quorundam principum hæresim contentionibus extinctis omnino. Volunt enim Romanorum episcopi minus debite ac excessiue temporalia possidere, nec legibus & edictis subesse principum seu legislatoris humani contra Christi & apostolorum exemplū atque doctrinā, ut in quarto huius, & quinto, & decimo quarto eiusdem ostensum est prius, cum tamen in his quæ sua non sunt, suis existentibus potius cedere quàm contendere debeant iuxta consilium Apostoli ad omnes fideles primæ ad Corinthios sexto. Sic non est, inquit, inter uos sapiens quisquam, qui possit iudicare inter fratrem suū, sed frater cum fratre iudicio contendit, & hoc apud infideles. Iam quidem omnino delictum est in uobis: quid iudicia habetis inter uos? Quare nō magis iniuriam accipitis? Quare nō magis fraudem patimini?

Et subdit, quod potest ad Romanos episcopos & reliquos clericos  
 » quasi omnes conuenienter dici. Sed uos iniuriam facitis & fraudatis,  
 » & hoc fratribus. An nescitis, quia iniqui regnū dei non possidebunt?  
 » Nolite errare, neque fornicari, neque idolis seruientes, neque  
 » adulteri, neque molles, neque masculorū cōcubitores, neque fures, neque  
 » auari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnū dei possidebunt.  
 Quod parum attendentes Romani episcopi cū reliquis alijs, si quando per Romanos principes sibi uideantur grauari per decimarum aut tributorum talium temporalium sumptionem, ad suos milites sustentandos, instante necessitate bellorū, pro suscepta gratia & beneficio carnalium rerum quas sibi contulerunt gratiose Romani principes, in superbiam elati, suæ conditionis ignari, & ingrattissimis omnibus magis ingrati, effrenata quadam presumptione in horribiles blasphemias & anathemata proruperunt tam in principes quàm ipsis subditos Christi fideles, quamuis in ipsorum animas infelices & corpora potius redeuntes, quàm in principes & innocentem gregem fidelium trāseuntes.

Nec sibi per principes concessis temporalibus cōtenti propter eorum esse insatiabilem talium appetitum, multa temporalium ad imperiale ius pertinentium prouinciarū, ut quæ Romandiolæ ciuitatum, ut quæ Ferrariæ atque Bononiæ, ac plurium aliarum possessionum, nec non etiam prædiorum & aliarum iurisdictionum occuparunt, maxime imperiali sede uacante. Et quod omnium ciuiliū inconuenientium est extremum, principes & legislatores se constituerunt, ut reges & populos in suam, quamuis intolerabilem & turpissimam seruitutem redigere ualeant. Eorum enim plurimi ex humili plebe trahentes natalia, dum ad statum pontificalem sumuntur, præsidatum seculi nescientes, quemadmodum neque diuitias, indifcreti nuper ditati, fidelibus omnibus importabiles fiunt.

Amplius credentes sibi licere quodlibet de plenitudine potestatis, quam sibi debitam asserunt, ordinationes quasdam oligarchicas, Decretales uocatas, statuerūt & statuunt, quibus ea quæ suo & suorum clericorum ac reliquorum laicorum, de quorum exemptione diximus octauo huius, temporalis commodo conuenire credunt, quamuis in principantium & reliquorum fidelium grande præiudicium seruāda decernunt. Inobedientes uero his suo, quemadmodum præ diximus anathemate ferientes, uocaliter aut in scriptis, In tantam quoque dementiam demum & insaniam prorumpentes ipsorum aliqui, ut omnes mundi principes & populos, his decretalibus pronunciauerunt sibi coactiua iurisdictione subiectos. Et hoc  
 cre

credere tanquam uerum fore cuiuslibet de necessitate salutis æternæ. Quod tamen quanta sit irrisione dignum, supra monstrauius uigesimo huius, viij. in xij. Hos itaq; quos narrauius per Rom. episcopos cum suorum clericorum cœtu in cunctos principes & populos patros excessus, quãuis amplius & manifestius in Italicos populos & principes Romanorum conseruare uolentes ipsi, & pertinaciter uelut obstinati defendere. Nec hos tantummodo, sed præconceptos & optatos eosdem aut ampliores in reliqua regna sibi quærere uolunt, omniq; solitudine tendunt, & quam audent omnium ad hoc exteriorem operam præbent. Sanè tamen attendentes atque noscentes, quamuis hoc dissimulent, & quibusdam uerborum poëtis boatibus & inuolucris, tam obscurare, quàm negare conentur humani legislatoris eiusdem esse autoritatem, priuilegia & concessionem quascunq; cõferre & auferre. Cum id iudicauerit expedire, Romani principis creationem atq; promotionem omni solitudine maligna & conamine prohibent, suæ uel prædecessorũ suorum ingratitude & demeritorum cõscij, priuilegia & concessionem reuocari & auelli sibi per Romanũ principem formidantes, & inde meritas disciplinas subire. Rursumq; propter iam dictã formidinem, & quoniam priuilegijs supradictis ad aliorum regnorum dominia, iurisdictiones & possessiones occupandas, non sine calumnia sibi pateret ingressus, reclamãtib; fortasse quibusdã principum exemptionem à principe Romanorum, alia quadam astuta meditatione ad hæc quæsierunt intrare. Assumpserunt enim titulũ quem de se prædicant, & huius nequitia instrumentum facere student, plenitudinem uidelicet potestatis, quam à Christo in personã beati Petri aiunt sibi tanquam huius apostoli successoribus singulariter fore cõcessã. Quo siquidẽ execrabili titulo & oratione sophistica secundũ equiuocũ, omnibusq; fidelibus nihilominus tanq; falsa secundũ oẽm eius sensum semper & ubiq; neganda: paralogizauerant hæctenus, paralogizãt & amplius paralogizare nitunt, & in ipsorum seruitutem redigere omnes mundi principes & populos, collegia & singulares personas. In eo nanq; sensu secundum quem plenitudo potestatis signare uidetur uniuersalem animarũ curam seu pastoratus uniuersalitatẽ, & rursum secundum quem sensum potestatem importat: omnes enim homines singulariter absoluedi à culpis & poenis sub specie pietatis, charitatis, & misericordia dicto titulo plenæ potestatis per Romanos episcopos sibi primũ assumpto: ex his paulatim atq; latenter, ut deduximus uigesimo

*plenitudo potestatis, titulus execrabilis.*

tertio

tertio huius, transiuerunt, & demū sibi sumpserunt hunc titulum in eam & secundum eam significationem, qua potestatis plenitudo per ipsos intelligitur autoritas uniuersalis & suprema iurisditio siue principatus coactiuus, omnium principum, populorum, & temporalium rerum. Eius quidem transitus & præsumptionis inde, quæ in inconuenienter, per metaphoricæ expositiones suscipientes exordium, unde diximus uigesimo tertio huius, parte quinta. Signū autem omnibus in occultum, Romanos episcopos iuxta sensum hunc de se prædicare plenitudinem potestatis, supremæ scilicet iurisdictionis seu coactiui principatus autoritatem sibi uelle super omnes principes, populos, & singulares personas ex hac potestatis plenitudine conuenire. Quoniam in suarum narrationum, quas Decretales appellant, in uolucro septimo de sententia & re iudicata, Clemens quintus papa Romanus, qui conditor eius præscribitur, & qui postmodum propalauit, eiusdem uocatus successor, quantum in ipsis extitit, reuocantes sententiam quandam diui Henrici septimi Romanorum Imperatoris inter cætera ipsorum iam solito more præmissis quæ plurimis contumeliæ, ignominia ac irreuerentiæ uerbis in præfatum Henricum, tam uocaliter quàm in scriptis protulerunt hanc seriem. Nos tam ex superioritate, quam ad imperium non est dubium nos habere, quàm ex potestate in qua uacante imperio, Imperatori succedimus, & nihilominus ex illius plenitudine potestatis, quam Christus rex regum & dominus dominantium, nobis, licet immeritis, in persona beati Petri concessit, sententiam & processus prædictos, & quicquid ex eis secutum est, uel occasione ipsorum de fratrum nostrorum consilio declaramus fuisse, sic esse omnino irritos & inanes. Quod ne deinceps lateat horum episcoporum fallacia, tanquam ueritatis prece, clamo ualenter, & uobis dico, regibus, principibus, populis, tribubus, & uniuersis linguis per Romanos episcopos cum suorum clericorum seu Cardinalium cœtu, hac ipsorum scriptura, secundum omnem eius suppositionem apertissime falsa, summum omnium præiudicium fieri. Vos enim tentant in suam redigere subiectionem, si eam manere passi fueritis, præsertim uim ac robur legis habere. Attendite namque per necessitatem sequi, habentem autoritatem primam cuiusuis principis siue iudicis reuocandi sententiam, super eum habere iurisdictionem & coactiuum principatum, potestatem quoque sui principatus instituendi & deponendi. Hanc autem Romanus episcopus sibi autoritatem ascribit super omnes principes mundi & principatus indifferenter: quoniam ab ea potestate  
 plena

*De sententia &  
re iudicata.*

*Quid Rom. epi  
scopi tentent.*



plena, quam sibi Christum in persona beati Petri cōcessisse asserit, sententiam ciuilem reuocauit Henrici præfati: Quā siquidem etiā potestatem, per necessitatem sequitur non sibi minus fuisse concessam super reliquos omnes mundi reges & principes, q̄ super principem Romanorū: quoniā Christus non minus est uel fuit, aut erit rex aut dominus aliorum regum & principum, quā regis aut principis Romanorum, Quod etiam ipsorum sermo siue scriptura testatur aperte, dum dicunt aut scribūt, rex regum & dominus dominantium. Si enim ipsorū sermo uel scriptū habuisset singulariter, quod de plenitudine potestatis sibi cōcessæ per Christum regem & dominum, regis siue Imperatoris Romani, &c. posset ex eo reliquorū regum atq̄ regnorū aliquāter exceptio comprehendi. Nūc autem, quoniam pluraliter, absolute ac indifferēter orationem protulerūt, quemadmodū ab Euangelista scribitur, q̄uis non ad eam quā episcopi Romanorū intendūt sententiam, nulla potest ex ea regis aut principis exceptio fieri, sicut nec ipsi quēq̄ ab hoc exceptum intelligunt, sed conceptum quemlibet, ut alibi prædecessor ipsorū octauus Bonifacius distincte protulit, & induximus uigesimo huius, parte octaua. Ad quos tamen ne propter ipsorum sermonem uel scripturam quisquam infestus animo maneat. Quod quanquam uerum dixerit Euangelista, Christum enuncians regem regum & dominum dominantium, etiam si addidisset omnium creatorum: falsum tamen & apertum mendacium contra Christi & apostolorum Petri, Pauli, & Iacobi manifestam sententiā dixit & scripsit, qui potestatem principatus seu coactiue iurisdictionis aliquam, ne dū plenam asseruit fore traditā in persona beati Petri aut alterius cuiusuis apostoli, Romano uel alteri episcopo cuiquam. Sed est, fuit & erit episcopo Romano, & reliquis omnibus in apostoli cuiuscunq̄ persona, talis per Christum interdicta potestas, quemadmodū indubie certificauimus per scripturam, & sanctorū autoritates, quarto, quinto, & nono huius. In ea uero noua, & prius semper inaudita fictione Romanus episcopus non minus false, q̄ temerarie contra suam mentem & omnium quasi fidelium, cōsideratione hac participantium, non ueretur enunciare palam, dum pertinaciter asserit nō esse dubium se superioritatem, quam coactiue iurisdictionis siue principatus intēdit, ad Imperatorem Romanū habere: rursusq̄ uacante Imperio, se succedere Imperatori prædicto. His enim manifeste monstratur iniqua & iniusta usurpatio iurisdictionum imperialium, quam hætenus episcopi Romanorum exercuerunt, & in præsentiarum exercent, ut diximus, maxime imperiali sede uacante.

*Apertum mendacium plenitudinis potestatis.*

Quis

Quis enim tam effrons sine uerecundia proferret indubium uerum esse, quod nunquā à seculis est auditum, neq; diuina uel humana lege aut recta ratione firmatum, & cuius oppositum secundū has semper est conceptum & enunciatum, tanq; signum omnibus creditæ ueritatis? Vnde proportionaliter medicorū prouerbio, sicut plures sanat ille, de quo plures confidunt, sic reuera dicere possumus: Plures seducere uult & fallere, cui plurima credulitas, modernis temporibus adhibetur.

*Simile.*

QUALITER EISDEM SPECIALIUS SIT VSVS RO. EPISCO-  
pus in principem & Romanum Imperiū. Cap. XXV.



*Quare episcopi & papa Romanū imperiū subiugauerint.*

*Sophistica pietas.*

*Sponsa Christi.*

Am dicta quidem igitur plenitudine potestatis, & in deterius continuo secundum processum sic hactenus uisi sunt Romanorum episcopi & utuntur, magis tamen aduersus principem & principatū Romanum. Quoniam in eum amplius hanc suā, sibi scilicet submittendi principatus, possunt exercere nequitiam, propter regnicolarum inuicem, & aduersus eorū principem per hos uocatos pastores, seu patres sanctissimos, suscitātā hactenus, & continuo suscitari atq; nutriri discordiam. Et rursus, quoniā hoc principatu submisso ipsis, facile credunt, ad subiuganda reliqua regna patere ingressus, q̄uis principi & principatui Romanorū ex susceptis beneficijs amplius & singulariter, ut notum est omnibus, obligentur. Verum ne ulli rem incognitam aut nostræ uocis egentem loquamur, cupiditate seu avaritia, superbia & ambitioe percussi, ingratitude peiores effecti q̄ mali, omnimode querūt prohibere Romani principis creationem, ipsiusq; demum querentes soluere principatum, aut in aliā formam sibi subiectam amplius transferre tentantes, ne per iam dicti principis potestatem corrigantur, quos in imperium patrauerunt excessus, & inde meritas subeant disciplinas. Quod quāuis ea, quam diximus, intentione patenter obicem ponant undecūq; principi supradicto: id tamen dolose prætendentes, se facere aiunt ut sponsæ Christi, ecclesiæ uidelicet, iura defendant, quanq; sophistica pietas hæc derisibilis sit. Quoniam temporalia uel eorum cupiditas, iurisdictionis aut principatus ambitio sponsa Christi nō est, neq; hanc Christus sibi matrimonio copulauit, sed tanquā alienam repudiavit expresse, quemadmodum ex diuinis scripturis ostensum est quarto & quinto, xij. & xiiij. huius. Non est hæc etiam apostolorū hæreditas, quam suis ueris non fictis successoribus reliquerunt, ut aperte

aperte dicit beatus Bernardus ad Eugenium papam, de consideratione libro, & cap. quarto. Petrus hic est, inquit Bernardus, qui nescitur processisse aliquando uel gemmis ornatus uel sericis: nec tectus auro, uel uectus equo albo, nec stipatus milite, nec circumstrepentibus septus ministris, absq; his tamen credidit satis posse adimplere salutare mandatū. Si amas me, pasce oues meas. In his, auro, uel gemmis & reliquis, temporalibus scilicet, successisti non Petro, sed Constantino, Sic igitur propter temporalia contendendo, non uere defenditur sponsa Christi. Eam etenim quæ uere Christi sponsa est, catholicam fidem & fidelium multitudinem, non defendunt moderni Romanorum pontifices, sed offendunt, illiusq; pulchritudinem, unitatem uidelicet, non seruant, sed fœdant, dum zizanias & schismata seminando, ipsius membra lacerāt, & abinuicē separant, Christi quoq; ueras comites, paupertatem, & humilitatē, dum non admittunt, sed excludunt penitus, se sponsi ministros non ostendunt, sed potius inimicos. Hunc ergo principatū quærentes subuertere Romanorū episcopi, supponunt quod ex suis narrationibus pridem induximus, se diuino uel humano iure, aut utroq; fortassis, superioritatem habere ad Romanum principem seu Imperatorem, siue creatum siue creandum, Imperialem quoq; potestatē, siue iurisdictionem illis conuenire, uacante imperio. Quæ tamē suppositiones apertissime sunt falsæ, & nullo iure diuino uel humano, aut recta ratione firmatæ, sed oppositū per demonstrationē ostensum est xij. primæ: quarto, quinto, & nono huius, per scripturā amplius confirmatū. Fuit autem cū alijs iam dictis harū suppositionum, imò uerius præsumptionum occasio, superflua dicam deuotionum. quædam: Voluerunt enim Romanorum principum quidam citra tempora Constantini, electionem de se factam amicabiliter signare Romanis pontificibus, ut in eorum persona Christo singularem reuerentiam exhibentes, ab eo per pontificum intercessionem ampliore benedictionem & gratiam ad suum gubernandū imperiū obtinerent: eodemq; aut consimili quasi modo, propter suæ intro- nizationis solennitatem & signum, & ampliore dei gratiam obtinendam, Romanorū quidam Imperatores, diadema regiū imponi sibi fecerunt per Romanos pontifices: quam siquidem impositionē pontifici Romano plus autoritatis tribuere super Romanum principem, quàm Remensi archiepiscopo super regem Francorum, quis dicet? Non enim conferunt huiusmodi solēnitates autoritatem, sed habitam uel collatam significant. Ex hac quidem igitur reuerentia sic sponte per Romanos principes exhibita, quærentes sæpius quæ

*Papæ nō Petro  
sed Constantino  
successerunt.*

*Christi comi-  
tes quæ.*

*Superstitio pe-  
stis Christiano-  
rum.*

*Coronatio im-  
peratorum.*

*Electio regis  
Rom.*

sua non sunt, episcopi Romanorum induxerunt consuetudinem, & ab usum uerius propter principum simplicitatem, nō modo dicam ignauiam, laudationem electæ personæ ac benedictionem, quam super illam mittebant uocaliter aut in scriptis uocare confirmationem electionis prædictæ. Nec attendentibus olim Romanis principibus, quæ sub hac appellationis figura præiudicialis latebat intentio, sic ipsam successiue subinduxerunt latenter, nunc uero patenter Rom. pontifices, ut nullus quātumcunq; conuenienter electus in Romanorū regem, rex uocari debeat, neq; regis Romanorū auctoritatem habeat aut exerceat, nisi per Romanum episcopum fuerit approbatus. Quæ siquidē approbatio in episcopi Romani solius mera uoluntate consistit, ut dicit, quoniam in terris superiorem neminem aut æqualem in tali iudicio recognoscit, neq; suorum fratrum, quos Cardinales appellant, cōsiliū in hoc aut alijs, quibus eo utatur imitari tenetur, sed oppositum agere se posse in quibuscūq; si uoluerit de suæ plenitudine potestatis. Verum in hoc secundum suum morem falsum ex ueris, & malum ex bonis concludit Romanus episcopus, non enim ex hac illi per Romanū principem propter deuotionem sponte impensa reuerentia, significādo sibi suam electionem, & ipsius postulādo benedictionem, & apud deum intercessionem, sequitur electionem Romani principis ab ipsius uoluntate pendere. Nō enim esset hoc aliud quā Romanū soluere principatum, & principis creationem perpetuo prohibere. Nam si electi regis auctoritas pēderet à solius Ro. episcopi uoluntate inane penitus est officiū eligētū, quoniā per ipsos electus, neq; rex est, neq; rex uocari debeat ante quā per suā uoluntatem siue auctoritatem, quā uocat sedem apostolicam confirmetur, neq; regalem auctoritatem aliquam sic electus exercere potest, quinimō quod nedum pati, uerum etiam audire onerosum est ualde, nemini licebit electo ex prouentibus imperij absq; huius episcopi licentia, quotidianos sibi sumere sumptus. Quid ergo aliud sibi tribuit auctoritatis principum electio quā nominationē, ex quo ipsorū determinatio ab unius solius alterius uolūtate dependet? Tantā enim septem tonsores aut lippī possent Romano regi auctoritatem tribuere. Ne tamē hoc in cotempum ipsorum, sed ipsos auctoritate sibi debita priuare uolentis irrisionē dixerimus. Ignorat enim ipse, quæ sit electionis uirtus & ratio & propter quid in ualentiore parte debentium eligere, consistat potestas ipsius. Et quoniam eius effectus ab alicuius unius uoluntate solius dependere non debet nec potest, si fuerit rationabiliter instituta, sed à solo legislatore, super quem principās debet institui: uel

*Ridicula electio Imperatoris.*

ab his tantummodo, quibus idem legislator talem autoritatem cō-  
 cesserit, quemadmodū certificatum est per demonstrationem xij. *Rom. episcopus*  
 & xij. primæ. Sic igitur Romanus episcopus palàm destruere *electionē impe-*  
 uult officium electorū, quamuis ipsos mirāda uersutia excēcare ac *ratorū destruit.*  
 circumuenire nitatur. Inquit enim suis quibusdam sermonibus atq̃  
 scripturis, quod nullus electus in Romanorū regem, rex est, nec rex  
 uocari debet ante confirmationem, cuius autoritatem ad suam libe-  
 ram potestatem pertinere asserit, & electorum etiam institutionem  
 ad eandem non minus intelligit pertinere. Quoniā imperiū à Græ- *Imperiū à Græ-*  
 cis in personā magni Caroli transtulit in Germanos, ut asserit idem *cis translatum.*  
 episcopus. In alijs uero quibusdam edictis pronuntiādo, quendam  
 per ipsos electum, à Christo & à sua sede priuatum esse omni auto-  
 ritate, quam electores illi tribuere potuerūt, subdole subdit. Ac per  
 hoc nullum uolumus electoribus seu ipsorum officio præiudicium  
 generari, manifeste tamen illis præiudicando, quinimō uerius ipso-  
 rum penitus officium annullando, dum prædixit per ipsorū electio-  
 nem nemini regalem Romanorū autoritatem cōferri. Et dum per  
 ipsos electum absq̃ ipsorum cōsensu & determinatione priuat ele-  
 ctionis iure per ipsos impenso. Sicq̃ ipsis illudens, nō aliter præiu-  
 dicat, q̃ eruens alterius oculus, id patienti noceat, q̃ quis sic agens  
 dicat se illi nocere non uelle. Est rursus, hanc sibi Romani regis  
 electi confirmationem ascribere, ac absq̃ ipsa, regē non esse quen-  
 quam, nec regem uocari debere, neq̃ regalia ministrare, nil aliud  
 q̃ dicti principis creationem & promotionem perpetuo prohibere  
 uel iam dictum principatum in Romani episcopi totalem redigere  
 seruitutem. Quoniam Romanus episcopus neminem electum Ro-  
 manorum regem, si non uoluerit approbabit aut confirmabit, cum  
 se omnibus superiorem asserat, & in hoc nulli subesse collegio uel  
 singulari personæ: uolet aut neminē semper, eo quod ab electo rege  
 certa pacta & iuramenta, priusq̃ approbet, exigere uult, & inter cē-  
 tera iuramentū, quo Ro. Imperator se illi episcopo asserat & expri-  
 mat fidelitate seu temporali siue coactiua iurisdictione subiectum, & *Iuramēta impe-*  
 quarundā prouinciarū occupationes illicitas & iniustas cōseruari *ratoris pōtifici*  
 uult sibi per dictum electū, idq̃ promitti, & ipsius electi iuramento *illicita.*  
 firmari. Quæ siquidem illicita pacta & iuramēta, nec salua conscia  
 entia regis maiestatis, & licito iuramento præstito in sui creatione,  
 ad libertates imperij conseruandas fieri possibilia, neq̃ facta tene-  
 ri, nullus unq̃ electus, nisi muliere mollior, & manifeste talia iuran-  
 do uel pmittendo periurus, Romano uel alteri cuiq̃ præstabit pō-  
 tifici, propter quod electorū regū nullū unq̃ in regem Romanorū

creabitur, aut uocem imperij merebitur, si ab episcopo Romano regalis seu imperialis autoritas electorū pendeat. Quod diu enim dictus episcopus, quousque hoc iniquissime agens, & quæ sua non sunt, quærēs, ipsos poterit impedire ac prohibere, impediet tam opere quam sermone.

His autem grauius præiudicium & importabile nocumentum assequitur cunctos principes, cōmunitates, & singulos Romano subiectos imperio. Cum enim uacante eodem, asserat iam dictus episcopus se in officio succedere Imperatori prædicto, per necessitatē sequitur, ad ipsius autoritatē pertinere, iuramēta fidelitatis à cunctis principibus & fœdatorijs imperialibus reliquis exigendi, ipsosque compellendi ad præstandum iuramenta prædicta: nec non ab eisdem petēdi tributa & reliqua seruitia, per eosdem Romanis principibus fieri consueta, cum hisdem quæ ultra consuetudinem sibi debita fingere uoluerit iam dictus episcopus, de sua, quam de se prædicat plenitudine potestatis. Collationem quoque principatum, fœdorum & aliorū iurium, quæ propter defectum masculorū hæredum aut alia quauis ratione uel causa princeps Romanus conferre potest ad autoritatem huius episcopi, uacante imperio, similiter pertinere. Amplius horum præiudicialissimū & summe molestū, quod uacante imperio, iuxta Romanorū episcoporum potentiam & sollicitudinem, ut diximus, in perpetuum uacaturo: contententes inuicem ciuiler principes, collegia, cōmunitates, & singulares personæ, imperio Romano subiectæ, per interpositas appellationes aut de ipsis ad curiam Romani episcopi delatis querelis, tam realibus quam personalibus iam dicti episcopi per ipsius citationes adire curiam & subire ciuile iudicium compellentur. Nullam quoque sententiam poterit princeps, cōmunitas aut iudex Romano subiectus imperio, executioni mandare ad Ro. curiam ab ipsorum sententijs ciuilibus appellationes semper interponentibus, condemnatis. Nolentes autem imperio Romano subiecti, iam dicto episcopo parere aut in prædictis subesse, quemadmodū nec teneretur, per anathematismum seu blasphemiarū, excōmunicationū, hæresum, interdictorum, & demum temporalium priuationis seu amissionis uocatas sententias, eiusmodi temporalia publicando, & cōcedendo quomodo cunq; potentibus rapere, ipsosque persequentibus cum sibi subditis & adhærentibus, qualitercunq; etiam occidentibus, cuiuslibet culpæ aut pœnæ ueniam, inanem quousque, atque fallacem cōcedendo, subditos eorum à iuramentis sibi præstitis aut præstandis, hæretice quamquam, absoluendo, incessanter & omni suo maligno ac proteruonatu, sæpe dictus episcopus persequetur. Quod si dixerit Ro. episcopo

more solito, curam plebis & pietatem prætendēs, eo pertinere ad se Romani principis electionē cōfirmare, siue probare, ne fortassis ad imperialem apicem hereticus scandere ualeat, cōmunitati fidelium inde quā plurimū nociturus. Illi respondendum utique cōueniēter, propter quod talis electio sui p̄batione nō eget, cū eadem celebretur & fiat per tres solennes archiepiscopos Christianos, quorū quilibet æqualem à Christo suscepit autoritatē episcopālē seu sacerdotālē Romano pontifici, quē admodum ostensum est. xv. & xvi. huius. Et rursus per quatuor fideles principes seculares, cū quibus unā cōuenientibus p̄dictis religiosi pastoribus, siue prælatis, electio p̄dicti Romani principis cōsumatur. Hos autē .vij. non est uerisimile sic errare, aut intentione peruersa moueri, sicut solius Romani episcopi uoluntatē, qui suo inniti soli iudicio sibi credit de iure licere, per eā, quam sibi ascribit incōgrue, plenitudinē potestatis. Sic enim quencūque p̄ uoto posset hæreticum iudicare, ac electiōis iure priuare, unde principum eligentiū officium redderetur nullum, & electi creatio atque p̄motio p̄hibita semper, p̄pter causas prædictas. Esto tamē secundū aduersantem Romanum principem ante uel post sui electionem in hæreticam incidisse, aut incidere labem, idque latuisse uel sciuisse principes electores, dicendum, nequaquā p̄pterea iudicium aut correptionem ipsius, ad solum Romanum episcopum pertinere. Nec rursus erit autoritas hæc illius solius episcopi, aut cū solo suorum clericorum cœtu uel synodo, sed cōcilij generalis, eorū qui sub imperiali regimine continentur, propter iam dictas causas & alias assignatas xxi. huius. Nā & cardinales ipsi prædictæ usurpationi plerūque cōsenserunt; cōsentiūt, atque participant, propter quod insegurum est, electionem hanc, talium subesse iudicio. Amplius quærendum, cur etiā nō aliorum regum sufficientias personarum suo dicto iudicio & approbationis potestati subesse, p̄ quibus spondeo, sic ipsos intendere, quamuis hoc nondum audeant attentare, sed eius sibi congruum tempus obseruent, de quo etiā fortassis aliquid dicturi sumus. Ex dictis itaque suppositiōibus falsis uiam erroris & iniquitatis ingrediens, iam omnium nouissime modernus quidam, uocatus papa Romanus, totis suis studijs & nisibus impedit & prohibet inclyti Ludouici, ex Bauarie ducibus Romanorū regis assumpti processum ad possessionē quietam apicis imperatoriae dignitatis. Interimit enim & merito dictus Ludouicus tam uerbo quā facto, suppositiones episcopi supradicti. Nam quamuis nondum per illius uerba uel scripta, confirmatus aut approbatus extitit, sicut pridem euidenter ostendimus, nec indiget confirmari ab electi

onis de se factæ & publicatæ per electores tempore citra seregem Romanorum continuo, sicut secundum ueritatem fuit, & est, scribi ac nominari facit ac fecit. Imperialia quoq; siue regalia quæq; qd' etiam de iure tenetur, & potest, in omnibus administrat. Vnde aduersus ipsum, quæuis tamen per ipsum, seu prædecessores ipsius, calefactus coluber in suis prædecessoribus, iuxta Esopi attēdendam, & huic proposito conuenientem apologum, ex quanta paupertate, deiectione, oppressione, opprobrijs, ac persecutiōe, per Romanos principes, ad temporaliū abundantiam, throni sublimitatē, & honore, potestatem, & tranquillitatem releuatus, nō uelut habēs apostolorū, sed tanq̄ ingratus & immemor, Romanus hic uocatus episcopus se erexit. Primum quidem suo peruerso & solito more in dictū principem expuēs, uerba ignominia ac irreuerētia quæ plurima protulit, hoc tamen sub melle uenenū porrigēs, speciem pietatis secundum suam consuetam prætendit fallaciam, dum inquit in suis quibusdam epistolis, quas uocat edicta, se talia scribere uel proferre, ut dictum Ludouicum ab erroris deuiō, ad callem siue semitā ueritatis & salutis reducat. se ipsum qui loquitur, quid loquitur, & cui loquitur non attendēs. Ad quē tanquā deuiū ab omni tramite ueritatis & cuiuslibet æquitatis exortem, conuenienter & cū ueritate

- uerissime dici potest illud Matthæi viij. & Lucæ viij. Quid autē uides
- festucā in oculo fratris tui, & trabē in oculo tuo nō uides: aut quo
- modo dicis fratri tuo, frater sine eijciā festucā de oculo tuo, & trabs
- est in oculo tuo: Hypocrita eijce primū trabem de oculo tuo, & tūc
- uidebis eijcere festucā de oculo fratris tui. Nō est arbor bona quæ
- facit fructus malos, neq; arbor mala faciens fructum bonum, una
- quæq; arbor de fructu suo cognoscit. Quid igitur hypocrita hic, arbor pessima, fructus omnis malitia, ac seditiōis, & discordiæ portās ubiq; ut sensatum est omnibus, uirum uirtutum, in fontem, catholicum, & probatum suis ignominia uerbis sub falsa pietatis & charitatis specie nitit diffamare. Eijciat enim primo à sui mēte caliginosa & quasi cæca trabem, summā scilicet ignorantiam & errorem, & à sui affectione peruersa, quasi obstinata & indurata, malitiam & furorem: tuncq; aliorum minutias peccatorum cernere ualebit, & per suas exhortatiōes & monitiones poterit aptius & conuenientius expurgare. Deinde uero, qui nō correptionem hominis, sed mortem ciuilem his sermonibus dolosis & fictis intendit, in supradictū principem Christianissimū, uenena quæ credidit illi mortifera ciuili uitæ, supradictus episcopus effudit & sparsit, dum ipsum cum sibi singulariter adhærentibus excōmunicauit, & cōitatibus fidelium, eidem tanquam regi Romanorum præstantibus aut præstituris au

Edicta.

Hypocrita.



xilium, consilium aut fauorem, diuinorum officiorum exercitium interdixit: parum aut nihil attendens, quod monet Ambrosius in libro qui de sacerdotali dignitate intitulatur. Tractans enim illud primæ ad Thimotheū tertio. Si quis episcopatū desiderat, inter cætera viij. dicti libri capitulo inquit. Nō litigiosum, id est non linguā ad cōuicium relaxet episcopus, ne per eandem linguam, per quam laudes refert deo, & diuina libat officia, litiū uenena pferat. Quia nō decet de ore episcopi benedictionem simul & maledictionem egredi, ne per eandē linguam qua deus laudatur, homo maledicat, quia nō potest de uno fonte dulcem & amaram producere aquam, Demum uero suæ malitiæ aculeū, quem in nocumento & exterminacione credit extremum, foras emittet fortassis, in prædictum principem figere credens, blasphemiam uidelicet suam quandam, ab ipso uocatam sententiam, licet re uera supremam dementiam, qua *Sentētia Pont.* supradictum principem cum adherentibus, aut obedientibus, & fauentibus sibi omnibus tāquam regi, pronūciauit hæreticos & ecclesiæ inimicos siue rebelles, suorūq; temporalium omnium, mobiliū & immobilium iure priuauit, ea quidem per iā dictam sentētiā indigne uocatam, publicando, ipsa quoq; occupare uolentibus & occupantibus concedendo, & hoc licite fieri posse, per suas uoces atq; membranas inscriptas, per se uel pseudo quosdam prædicatores alios, in omnibus prouincijs nunciando, ipsosq; rursus morte damnādo, & occidentibus aut inuadentibus, culparum atq; pœnarum omnium conuictorum criminum, ueniam concedendo. Et si uiui capiuntur ubicunq; fuerint, in seruitutē capiētium redigendo. Amplius officia ecclesiastica maiora, ut episcopatus, archiepiscopatus, atq; patriarchatus, mediocria & minora concedit, ecclesiastica quoq; temporalia, beneficia iam uocata, thesauros, atq; pecunias effundit, ut aduersus dictum principem in inuidiam atq; rebellionem, & guerrā atq; discordiā concitet uniuersos, cum tamen supradictorū cuiusq; ad huius episcopi autoritatē nullam pertineat pferre sententiā. Ut iij. v. vi. viij. viij. & x. ac xx. huius euidenter ostēdimus. Preter has autē malignitates horrēdas nouū genus exercet nequitiae, qd̄ ma *Facinus Rom. episcopi.* nifeste uidet hæreticā sapere labem. Cōcitatur enim aduersus iam dictū catholicū principem in rebellionē eius subditos atq; fideles, per sua quædā dicta uel scripta diabolica, quæ tamē apostolica uocat, ipsos absoluēdo à iuramētis fidelitatis, quibus sæpe dicto principi fuerāt & sunt, secūdū ueritatē astricti. Talesq; absolutiōes ubiq; diuulgat & prædicat per quosdā ministros facinorū, ex tali exercitio sperantes, per iā dictū ep̄m, ad ecclesiastica officia & beneficia pmoueri.

Hoc siquidem non opus apostolicū, sed diabolicum esse extat: quoniam secundum hoc & ex hoc episcopus iste cum omnibus sibi complicibus, ordinatoribus, consensoribus, & executoribus, sermone, scriptura, uel opere, cæci existentes cupiditate, auaritia, superbia, cū ambitione, summaq; ut omnibus cōstat, iniquitate repleti, ducatū præbent sibi credentibus & assequētibus opere, in omnibus supra dictis ipsorum sermonibus atq; scripturis ad casum & præcipitationem in foueam mortalium peccatorū. Primum quidem in periuriū manifestum, deinde uero in proditionem & iustitiam omnibus inoccultam, consequenter autem in rapinā, homicidiū, & omnia quasi scelerum genera incidere faciunt, in quibus morientes nec poenitentes, per hunc sanctissimū patrem, & illius seducti ministros, nec propter ipsorum crassam fuisse ignorantiam excusabiles apud deum, præcipitantur & submerguntur in gehēnam ignis, foueam uidelicet perpetuo damnatorū. Nam certū est & esse debet unicuiq; rationem habenti, & ea uti potenti, neq; Romanum episcopum aut alium sacerdotem ab huiusmodi & quouis alio licito iuramēto præstito siue promisso quēq; absq; causa rationabili absoluere posse. Nunc autem unicuiq; constat, qui propriæ conscientiae stare uoluerit, & quem sinistra non perturbat affectio, causam quam Romanus præterdit episcopus aduersus pium principem Ludouicū, & alium quencunque in casu consimili, rationabilem minime fore, sed iniquam, præcipitem & iniustam. Vnde ducatus siue doctrina & exhortatio huius episcopi & sibi ministrantium in talibus cauendus est, & omnino spernendus tanq; is qui ad æternum animarum perducit interitum. Sanæ enim doctrinæ ac uerbis & sententiæ Apostoli ad Romanos xiij. ad Ephesios sexto, primæ ad Timotheum sexto, ij ad Titum ij. & iij. repugnat palam, Aperte nāq; ubi supra, præcipit Apostolus, subditos obedire debere dominis suis carnalibus, non tantum bonis & modestis, sed etiam discolis, ut beatus Petrus dicit prima canonica sua secundo capitulo. Quanto igitur magis cum fuerint illis per iuramētum astricti: quod etiā glossæ secundū sanctos ibidem amplius explicant, manifeste dicentes, qd' dominis etiam infidelibus & quantūcūq; malis obedire tenentur & debent subiecti. Hoc sanè tamen intelligendo, in quibus obediētia non repugnet sermone uel opere legi diuinæ. Indubium autem est, sermōes & opera, quibus Romanus episcopus aduersus Romanū principem inuehitur & procedit, nec diuinæ legis fore mandata, neque illi consona, sed dissona potius & repugnātia manifeste, quem admodum per scripturā monstratum est, capitulo quarto, quinto,

& no

*sanctiss. pater,  
ironicos.*

*Doctrina Ro.  
episcopi cauenda.*

*Quatenus obediendū principibus.*

& nono huius. Hæc rursum docenti seu prædicanti Romano aut al-  
 teri cuius episcopo credere uel obtemperare, nil aliud est q̄ omniū  
 principatum radicem succidi sinere, uinculum & nexum cuiuscūq̄  
 ciuilitatis & regni dissolui. Non enim radicem & nexum huiusmo-  
 di arbitror alium, nisi mutuum iuramentum & fidem subditorum &  
 principū. Hæc enim, fides scilicet, ut inquit Tullius de officijs, libro *Fides.*  
 primo, Omnis est fundamentum iustitiæ, quam inter principantes  
 & subditos soluere nitens, nil minus sibi quærere tentat, quam pro  
 sui libito principatum omnium potestatem euertere posse, & hinc  
 eos in suam redigere seruitutem, Et hoc etiam ciuilitate uiuentium  
 omnium pacem seu tranquillitatem turbare, ac inde præsentis secu-  
 li sufficienti uita priuare, demumq̄, ut iam diximus, sic animo dispo-  
 sitos finaliter perducere ad æternam perniciem animarū, Propter  
 quod huius episcopi & suorum complicum peius q̄ pharisæorum  
 ueniæ promissionem inanem, perniciosam & insanam doctrinam, *Promissio ue-*  
 quinimò seductionem animarum uerius dicam, omnes Christiani *nia.*  
 contemnunt & caueant, attendentes Christum id cōsulentem aut  
 præcipientem, Matthæi decimo quinto, dum ad uniuersos fideles,  
 in apostolorum persona tamen, ait. Sinite illos, id est pharisæos, qui  
 tunc Mosaicæ legis doctores putabantur: erronee tamen sentien-  
 tes in ea, & Christo aduersantes quasi cōtinuo. Per quos siquidem *Pharisæi so-*  
 significabantur & intelligebantur omnes sophisticæ & falsi docto- *phiste.*  
 res sacræ scripturæ, quales sunt hi persecutores Romani principis  
 & aliorum innocentium uere fidelium, in quorum persona etiam hi  
 nequam Christum persequuntur, & illi aduersantur. Subdit autem  
 causam Christus, quare hos falsos doctores spernere debemus, dū  
 inquit, cæci sunt, & duces cæcorum: cæcus autem si cæco ducatum  
 præstet, ambo in foueam cadunt. Sic igitur iuxta præceptum domi-  
 nicum sinendi & spernendi sunt hi falsi doctores, tanq̄ cæci cupidi-  
 tate, auaritia, superbia, & ambitione, cæcorum, auarorū scilicet, ac  
 superbiorum & rebellium duces. Qui etiam non attendentes aut at-  
 tendere nō uolentes præceptum apostolicū, quinimò diuinū, sine  
 metaphora, dicētis aperte ad Romanos decimo tertio. Omnis ani-  
 ma subdita sit potestatibus sublimioribus. Docēt & prædicant sub-  
 ditos aduersus ipsorum principes esse rebelles. Tales enim sic rebel-  
 les & alios ad rebellionem suis dolosis & iniquis persuasiōibus in-  
 ducentes, ordinationi dei resistunt: Nam Apostolus ubi supra, qui  
 potestati, id est seculariter principanti resistit, dei ordinationi resi-  
 stit: de quibus pphetauit idē primæ ad Tim. iij. & eundē. ij. tertio,  
 dum dixit. Hoc scito, quod in nouissimis diebus instabunt tempora  
 per

*Inobedientes.*

» periculosa. Et erūt homines seipfos amantes, cupidi, elati, superbi  
 » blasphemi, parentibus non obedientes, sub parentibus principes  
 cōprehēdens, unde Tullius de officijs, libro primo. Principes sunt  
 patria, sunt parentes, quorum maximis beneficijs obligamur. Pa-  
 » rentibus ergo siue principibus non obedientes, ingrati, scelesti, infi-  
 deles, pactū nō custodiētes, sine affectione, supple bona, sine pace,  
 criminales, incontinentes, immites, sine benignitate, p̄ditores, p̄-  
 » caces, p̄terui, tumidi, uoluptatum amatores magis q̄ dei, habentes  
 quidem speciem pietatis, id est apparentes agere quæ faciunt, pro-  
 » pter cultum dei, reuerentiam, & amorem. Virtutem autem eius, scia-  
 licet talis pietatis, abnegantes. Quod de facile omnibus cognosce-  
 » re est ab ipsorum operibus, iuxta illud Matthæi septimo. Attendi-  
 » te uobis, inquit, à falsis prophetis, qui ueniunt ad uos in uestimentis  
 » ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces, à fructibus eorū cogno-  
 » scetis eos. Et subdit Apostolus conformiter Christi consilio uel præ-  
 » cepto præmissio. Et hos deuita, id est his noli credere, neq̄ in talibus  
 obedire. Sed proh dolor, quod p̄pter hanc speciē pietatis, in tantū  
 homines seduxerūt, ut iam uiolenta freti potētia, quā sub specie pie-  
 tatis obtinuerunt gratis in parte, plurimū uero latēter usurpauerūt,  
 & nūc patēter atq̄ uiolēter usurpant, deuitari nō possunt, uiolentiā  
 Christi fidelibus inferentes. Qui etiam ingrati, superbi, sine pa-  
 ce, ac immites, & reuera quales eos per omnia descripsit Apostolus,  
 » Ponentes bonum malum, & lucem tenebras, secūdū illud Esaia. v.  
 Ecclesiarū officiorū, maiorum, mediocrium, & minorum, colla-  
 tione, ac temporalium seu beneficiorum, tam rerum mobiliū, quā  
 immobilium, ac decimarum, quæ propter bonū finem statuta fue-  
 runt, exhibitione, promissione, ac horum prius interueniente con-  
 uentione nephanda: concitant aduersus fideles principes sibi sub-  
 ditos, & affines etiam non subiectos. Quod quāuis cum sibi compli-  
 » cibus, nec solum aduersus Romanum principem facere uideantur,  
 illius tamen exēplo, qui Romano episcopo, & ipsius ecclesiæ, intan-  
 tum beneficis extitit, cæteri principes discant, eadem sibi probabi-  
 liter contingere posse, & aduersus eosdem, eadem satagare prædi-  
 ctum episcopum, sine affectione bona in quemlibet existentem, dū  
 se illi huius insultus facultas offeret. Asserēs enim ipse, tam suis ser-  
 monibus q̄ scripturis pridem inductis, propter suę, quam sibi, q̄uis  
 incōueniēter ascribit plenitudinē potestatis, oēs principes & popu-  
 los suo principatui siue iurisdictioni coactiuę subiectos, Hoc etiā ad  
 effectū perducere cupiēs & anhelans, obseruat tēpora quibus prin-  
 cipum fidelium inuicem aut populorū inuicem schismata & conten-  
 tiones

*Imperatores à  
 Rom. episcopis  
 uexatos*

tionem, aut subditorum aduersus ipsorum dominos rebellionem appareant, quas etiã nonnunquam cõcitari procurat, ut sic altera dissidentium inuicem partium, debilior uel aduersanti resistere nequies suum cogatur implorare subsidium & subire dominium. Quamuis enim sub ficta specie pietatis ac misericordię uideatur impotentes, inique fortassis oppressos, aliquando protegere, illisq; fauorem secularem impendere, non tamen hunc præstat, nisi prius ipsi constiterit sui fauoris egentes, eumq; requirentes, suum subituros principatum seu seculare dominiũ, Sperãs inde demũ per mutuã oppressionem & inuidiã, utrunq; sic aduersantiũ ipsius potestatem cogi subire, propter quod cauendæ sunt cõtentiones & actiones, quæ suorum fauorũ cuiq; necessitatem inducant, quoniam tandem conuertuntur in libertatis perniciem & eos suscipientium seruitutem.

Secundũ hunc igitur modum per regna mundi successiue reperit episcopus hic, ut omnes tandem, quos incessanter ardet, principatus sibi subijcere ualeat. In omnibus nanq; uel pluribus simul inaudet huiusmodi tentare processus, sed paulatim sibi tãtam expectat secularem subcreuisse potentiam, ut reliquorum residuam uideat & posse credat absq; sui discrimine superare. Tunc enim fiducialiter aperiret super reliqua regna sensum præsumpti à se tituli plenitudinis potestatis. Et quemadmodum eum qui Romanorum, sic reliquos principatus explicite proferret suo dominio seu coactiue iurisdictioni fore subiectos, sibiq; subijci, quanq; licite recusantes per blasphemias & cõsimiles iam præmissis sententias in Romanũ principem & sibi fideles, per uolentã quoq; siue armatã usq; ad attritionem & exterminiũ persequeretur potentiã. His igitur modis & uis iam dictus episcopus cũ sibi cõplicibus, quasi omnes Italiae principatus, cõmunitates & populos in contentionẽ ac schisua seduxit, idemq; in Alania iam facere cæpit, & cõtinuo perficere studet. Quosdã enim subditorũ, pditores & sceleratos, fauoribus secularibus, ut officiorũ ecclesiasticorũ collationibus, decimarũ & pecuniarũ exhibitione in rebellionẽ aduersus Ro. principẽ cõcitauit, & indefinẽter quoscũq; põt maiores, medios, & minores cõcitare, pcurat, eosq; qui sic per ipsum seducti fuerint, & eidẽ obtẽperauerint, ecclesiæ filios & uere fideles appellat & uocat: qui uero in debita fidelitate suo principi obediẽtes persistũt, & persistere uolunt, schismaticos & hæreticos nominat, & tanq; ecclesiæ inimicos persequit, blasphemãdo, quantũ in ipso est, diffamãdo, excõmunicando, & per sententiã secularẽ personaliter atq; realiter cõdemnãdo, cũ tamẽ nullũ tale iudiciũ illi taliter debeãt, inquãtũ huiusmodi diuina uel humana lege

*Ecclesiæ filii  
qui.*

*Hæretici qui.*

lege, ut ex præcedentibus patet, & rememoratum est prius.

Est autem, de quo pridem aliquid diximus, omnium nequissimū & grauissimum nocumentum generaliter inferēs, ne taceri potest à lege charitatis excidere non uolenti, quod uidelicet Romanus exercens episcopus, omnes Christi oues, quas ad pascendum salutari doctrina sibi dicit fore cōmissas, æternaliter confundit & deuorat. *Episcopi Rom. oues deuorant.* Ponens enim rursus malum bonum, & lucem tenebras, concedit ipse uocaliter in scriptis absolutionem culpæ ac pœnæ cuiuslibet militatibus omnibus tempore certo, equitibus aut peditibus aduersus iam dictos Christi fideles, Romano principi subditos, & cōstanter illi tanquā regi obediētes & obedire uolentes, quos etiam uelut hæreticos, & crucis Christi rebelles impugnare quocūq; licitū esse *Bella pontificū* spoliare ac exterminare finaliter, per se uel alios, sermone tam scripto, quā non scripto pronūciat. Et quod horret auditus, id prædicat, & per quosdam falsos & pseudofrateres, sitiētes ecclesiasticas dignitates, tanquam deo sit acceptum, quemadmodum in transmarinis partibus expugnare paganos, prædicari facit ubiq;. Quam siquidem fallacem ueniam concedit similiter dictus episcopus, nō potentibus propter corporis debilitatem id scelus explere, si ad proprios ipsorum sumptus id per alios usq; in idem tempus, procurauerint per *Pudeat Christi anos demētia.* petrari, aut summam illam ad hoc sufficientem exhibuerint nepharijs exactoribus suis. Cum tamen secūdum catholicam religionem nulli dubium esse debeat, sic militantibus atq; pugnantibus hanc derisibilem & inanem absolutionem nihil proficere, sed nocere. Sic tamen fallit simplices ad explēda sua impia desideria, quod in sui potestate non est uocaliter cōcedendo, quinimō sic ipsos deducit atq; *Papa non absoluit sed seducit.* seducit ad æternam perniciem animarū. Alienę nanq; patrię inuafores existentes, & expugnatores iniusti pacis, & quietis innocentū fidelium turbatores, quos etiam nō ignorant uere catholicos fore, sed proprię patrię defensores, & ipsorum uero & legitimo domino fidelitatis obseruatores spoliando & occidendo, uel aliter impugnando, non sunt Christi, sed diaboli pugiles. Rapinas enim, incendia, furta, homicidia, fornicationes, adulteria, cætera quoq; quasi omnia criminum genera incidūt & cōmittunt. Vnde constat indubie, non ipsos mereri ueniam, sed eo potius reos & debitores fieri damnationis æternæ: ad quæ tamen patrandæ seducuntur ipsi per illius oraculum atque scripturas, qui, quibus non existat, se Christi uicarium dicit in terris. Necq; his tam horrēdis suo imperio uel inductione per laicos exerceri contentus, uir sanguinum hic & dolosus quendam presbyterum ex suis fratribus siue cōplicitibus, quos Car dina

*Pontificis satellites diaboli Pugiles.*

dinales appellant, cum equitū & peditum numerosa caterua, trans-  
 misit in prouinciā Lombardiæ, similiter quoq; abbatem, monachū  
 quendam, in Marchia quadā Italiæ quæ cognominatur Ancona *Ancona.*  
 propter impugnandos & exterminandos Clitristi fideles, quos suis  
 impijs & iniquis iussibus aduersus ipsorū principem parere nolen-  
 tes, iam dictis persecutionibus omnimodis incessanter infestat, ip-  
 sorūq; piū principem Ludouicum prædictum, illis cōpatientē,  
 ipsosq; pro posse fouentē, fautorem hæreticorū ob hoc solita teme-  
 ritate, in suis dictis & scriptis appellare præsumpsit. In quos siquidē,  
 atq; cōsimiles usus ecclesiastica temporalia, quæ deuoti fideles tam  
 principes q̄ subiecti, cōmunitates & singuli statuerunt ad susten- *Bona ecclesi-*  
 tationem ministrorum euangelij & subuentionem pauperum im- *stica.*  
 potentum, episcopus hic consumit atq; conuertit: & in testamentis  
 ad pias causas legata temporalia, ut ultra marinum transitum, ca-  
 ptiuorum per infideles redemptionem, & similia reliqua, tanquam  
 suæ potestatis existentia iniuste uendicans, conuertere querit. Cum  
 tamē apostolicum & sacerdotale opus non sit, neq; sacerdotem aut *Sacerdotū non*  
 uirum deo dedicatū deceat arma mouere uel moueri iubere inter *est bellare.*  
 Christi fideles, & inique p̄sertim, sed eosdē potius, si discordes aut  
 dissidentes inuicem fuerint, per conuenientes exhortationes, ad cō-  
 cordiam reuocare, quæadmodum per Apostolum, Chrysostomū,  
 & Hilariū, atq; Ambrosiū sufficienter ostensum est quinto huius &  
 nono. Non est igitur decætero permittendū huic episcopo, uel alte-  
 ri cuiq; , sic generalem absolutā & tantam potestatem ecclesiastica  
 ipsi alia conferendi, & distribuendi, sed per principes & legis lato-  
 res, uel hanc simpliciter reuocandum ab ipso, uel moderandum, sic,  
 ut quæ ad salutem fidelium præsentem atq; futuram statuta, & or-  
 dinata sunt hæctenus, statuuntur & ordinantur cōtinuo, uel in futu-  
 rum ordinabuntur, non cedant in cōtinuam ipsorum uexationem  
 tēporalem, & demum in perpetuum cruciatum. Talibus quoq;  
 processibus sic laudabilibus, & deo gratis, quantum unusquisq; sa-  
 næ mentis neque peruersus affectu comprehendere potest, moder-  
 nis temporibus processit, & continuo procedit, uocatus modernus  
 papa Romanus cū suis ministris, quos legatos appellat, aduersum  
 sæpe dictū Ludouicū Romanorū regem: sic quoq; aduersum eius-  
 dem uicarios, & fideles subditos, maxime in prouincia Lombardiæ,  
 Thuscis, ac Anconitanæ Marchiæ processerūt. Quorum tamen  
 singularius persecutus est hæctenus generosum, nobile, & illustrem  
 uirum catholicū, morum honestate, ac grauitate inter ceteros Itali- *Matthæus uice*  
 cos singularem, bonæ recordationis Matthæum uicecomitem im- *comes Mediolanensis.*

periali autoritate Mediolanensem uicarium cum plurima sibi ad-  
hærentium multitudine fidelium populorum. Hunc enim quibus ini-  
quissime, prædictus episcopus suis prophanis sermonibus & scri-  
pturis damnatę uitę fuisse, ac damnatę memorię fore pronūciat:  
uerū nō ille Matthæus, sed ipse per quē scandala ueniūt, & qui præ-  
fert de suę thesauro malitię semper mala, dānatę pœnitētię apud  
deum & homines patēter habetur, estq; amplius ante mortē & post  
mortē futurus haberi, id sibi cōminante ueritate, Matthæi xviij. dū  
inquit. Væ homini per quem scādalu uenit. Et rursus eodem. Qui  
autem scandalizauerit unum de pusillis istis, qui in me credunt, ex-  
pedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur  
in profundum maris. Quę etiam non attendēs, sicut nec cętera mo-  
nita Christi, qui pertinax & impœnitens est, indefinenter persequi-  
tur, blasphemat uiros alios quęplures clarissimos, fidelitatis atq; cō-  
stantię ad ipsorum iam dictum Romanorū principem seētatores.  
Quorum famam apud deū & homines redolentem prædictis suis  
prophanationibus atq; blasphemijs nititur maculare. Hic enim est  
episcopus, cuius & ipsius ecclesię non sequitur iudiciū deus, quoniā  
per surreptionem & ignorantia iudicat, sicut dicit magister senten-  
tiarum, libro quarto, dist. xviij. capitulo sexto. Et huius causam red-  
dit Hieronymus super illud Matthæi xvi. Et tibi dabo claues regni  
cœlorum. Inquit enim, quod nec repetere piget. Hunc locum quidā  
non intelligentes, sicut, suppleendum, nec episcopus iste, aliquid su-  
munt de supercilio pharisęorum, ut damnare innoxios, uel soluere  
se putent noxios. Et subdidit ad propositū: cū apud deum, nō sentē-  
tia sacerdotū, sed reorū uita quæratur. Nō igitur sequitur deusta-  
lis sacerdotis seu episcopi uel ecclesię iudicium tam iniquum. Pro-  
pter quod ipsius ac suorum complicum blasphemię uerendę non  
sunt, nec ab aliquo fideli timendę, quęadmodū diximus, quoniā nō  
transeunt in fidelium gregem, sed prorumpentiū in has fœda cor-  
pora sceleratas & infelices animas, diuina uirtute referre potius di-  
dicerunt. Sunt igitur quę iam narrauimus quęsitorum initia ue-  
ra. Et quę etiam tam debite quā indebite processerunt post hæc,  
uel ab his, quibus propter temporis longitudinem, hominum ignauia  
& inaduertentiam, exciderint ab ipsorum conspectibus siue memo-  
rijs, horumq; uice propter consuetudinē audiendi falsa siue figmen-  
ta quędam in animabus fidelium plurimorum subinducta sint &  
inserta ueritatis opposita. Quorum siquidem origo & fomes, auari-  
tia, siue cupiditas, & ambitio siue superbia fuit. Incrementi uero at-  
que horum tutelę non paruum instrumentum, execrabilis illa opi-  
nio



nio & enunciatio, qua Romanus episcopus & suorum clericorū cœtus siue collegium eidem asserunt, in persona tamen beati Petri apostoli, à Christo fore traditam plenitudinem potestatis. Verum post multam diligentem atque laboriosam perscrutationem, & exquisitionem scripturarum, diuinas ab humanis separantes, quas Romani pōtifices quidam in unum confuderant, cre dētes ex permixtione hac communicare suis proprijs institutis, eam quæ soli sacro canoni debetur autoritas enunciationis iam dictæ seu tituli, sensus determinauimus, & sufficienter aperuimus uigesimo tertio huius omnibus ratione utentibus, saltem quos sinistra non perturbat affectio falsos esse, aliorum uero maxime eum sensum ad quem ultimo prædictam orationem transtulit Romanus episcopus, ex ea sibi uidelicet ascribendo uniuersalem siue supremam iurisdictionem coactiuam, quã sub uerborū metaphora uocat gladium temporalem super omnes mundi principes, cōmunitates, & populos. Quãuis, ut diximus, & quibus ex causis in solum principem Romanorū nunc explicet titulum hunc, In omnes tamen reliquos explicaturus eundem, dum in ipsorum regnis seditionem prospexerit, ea quoq; usurpandi & occupandi uiolentam sibi uiderit potestatem adesse. Sic ergo plenitudine potestatis propter ignauiam permixta Romanis episcopis, circa seculares actus ciuiles usi sunt hætenus, utuntur cōtinuo, sunt & in deterius, nisi prohibeantur usuri. Leges enim oligarchicas statuerunt, quibus uidelicet clericorum collegium & aliorum coniugatorum quosdam à legibus ciuilibus rite latis exemerunt in principum & populorū præiudicium summū. Nec his contenti limitibus, iam laicos citari faciunt coram suis uocatis officialibus siue iudicibus, & iustificare uolunt, in hoc principantium iurisdictionem penitus destruentes. Hæc autem litis seu ciuilis discordiæ causa est singularis & occulta in sui origine ualde, quam ex principio pponebamus ostendere. Propter diuinarū enim & humanarū scripturarum inuolucrū paralogizati fideiū plures inducti sunt credere, Romanum episcopum cum suis clericis, quos Cardinales appellant, super fideles statuere posse quod uolūt, ad id quoq; seruandum omnes obligari lege diuina, transgredientes uero reos fieri damnationis æternæ, quod tamen in prioribus, & præcipue duodecimo & decimo tertio primæ, ac huius uigesimo primo, parte octaua monstrauius per certitudinem non esse uerum, nec uero propinquum, sed ueritatis oppositum manifeste. Hæc rursus causa est, ut procecialiter diximus, qua regnum Italicum dudum laborauit, laboratq; continuo uehemēter contagiosa nil minus & prona serpere

*De officialium  
& aliorum iurisdictione.*

in reliquas omnes ciuitates & regna, & ea omnia iam infecit utcūque, demumque nisi prohibeatur, ea totaliter uelut Italicum infectura, propter quod principibus omnibus & populis per generale concilium, ut praediximus conuocandum. Expedit hunc titulum interdicere, ac simpliciter prohibere Romanorum episcopo, & alteri cuiuscunque, ne propter consuetudinem audiendi falsa, de caetero populus seducatur. Reuocandaque sibi est potestas, ecclesiastica officia, & temporalia siue beneficia conferendi & distribuendi. Quonia hi abutitur episcopus hic in dispendium corporum, & animarum damnationem fidelium Christianorum. Ad haec enim obligantur omnes iurisdictionem habentes, praecipue reges, lege diuina. Quonia propter hoc constituti sunt, ut faciant iudicium & iustitiam, quod etiam negligentes facere, deinceps inexcusabiles sunt, cum scandalum ex huiusmodi omissione proueniens, non ignorent. Qui uero Romanus episcopus cum sibi successoribus in sede praedicta, omnesque reliqui sacerdotes atque diaconi & spirituales ministri: ad quos sermones hi sunt, non tanquam inimicos, testem inuoco deum in animam & corpus meum, sed potius patres, & fratres in Christo, studeant imitari Christum & apostolos, seculares principatus & temporalium dominia simpliciter abdicando. Eos enim peccantes coram omnibus, iuxta doctrinam Christi & Apostoli argui & increpauit palam. Et ad ueritatis callem praeco ueritatis existens, per diuinarum & humanarum scripturarum concordiam tentauit reducere, ut caere possint, maxime Romanus episcopus, qui amplius tamen deuiasse uidetur, eam indignationem omnipotentis dei & apostolorum Petri & Pauli, quam ipse singulariter caeteris persaepe comminatur. Unde attendat ordinem charitatis, sic ut ipsam sibi praecauens, alios caere doceat consequenter. Ipse enim non ignorat, uel ignorabit de caetero, quod praeter, quinimò contra Christi & apostolorum consilium aut praecceptum, Romanum aggreditur principatum, & principem minus iuste prohibet atque perturbat. Neque rursus ignorat, quod propter scandalum per suos quosdam praedecessores & ipsum in Italia concitatam, bellicae pugnae sunt ortae, unde uiolenta morte tot milia fidelium sunt extincta, quos aeternae damnationis reos extitisse uerisimiliter praesumi potest, eo quod subita morte praeuenti sunt ipsorum plurimi fratrum odio & maliuolentia pleni, eorumque superstites infelices, nisi medica diuina manus adiuuet, eundem, quasi consimilem periculosum casum & exitum miserabilem expectantes. Ipsorum enim animos inuasit odium, lis atque contentio, unde postmodum pugnae sequuntur, honestis quoque  
iam

iam corruptis moribus & disciplinis utr usq; sexus mentes & corpora, uitiorum, dissolutionū, scelerū, & errorum quasi omnia genera totaliter occuparunt. Recisa est ipsis reparatiua successio prolis, consumptæ substantiæ, diruptæ domus, atq; subuersæ ciuitates q̄ magnæ atq; famosæ, uacua, suis incolis destitutæ, inculti agri & iā deserti desueuerunt reddere solitos fructus. Et quod omniū deflentissimum est, diuinus cultus quasi omnino ibidem cessauit abolitus, & ecclesiæ siue templa in solitudinem destitutæ rectoribus seu animarum curatoribus remanserunt. Ad quæ omnia miserabilia instigauit & instigat continuo miseros incolas undecunq;, propter odiū & discordiam ipsorū inuicem mente cæcos, draco ille magnus, serpens antiquus, qui digne uocari debet diabolus & satanas, quoniā omni conamine seducit & seducere tentat uniuersum orbem.

Quis igit tam agrestis huius patrię siue matris tam pulchrę olim & nunc a deo deformis & laceratę, filius hæc cernens, sciens & potens aduersus sic ipsam trahentes & lacerantes iniuste, silere poterit & clamoris spiritum ad dominum cōtinere? Huic nanq; cum Apostolo dicetur uerissime, quod fidem negauit, & omni foret deterior infideli. De plenitudine quidem igitur potestatis, & modis ipsius, adhuc autem de illius origine atq; progressu, amplius secūdū quos modos & qualiter eam sibi sumpserit Romanus episcopus, & eadē sit usus, tam circa ecclesiasticum ritum q̄ circa seculares hominum actus ciuiles, determinatum sit hoc modo.

DE QUIBUSDAM INSTANTIIS AD DETERMINATA IN DECIMOQUINTO HUIUS, & IN RELIQUIS CAPITULIS CONSEQUENTER. Caput XXVII.



Erunt de quibus diximus xv. huius, & sic in reliquis capitulis consequenter, merito quis dubitans, primū ostendet ampliorem & alteram esse specie dignitatē episcopi, ea quæ simpliciter siue tantūmodo sacerdotis, nec solum humana institutione, quam separabilē diximus, uerum etiam ordinatione diuina, quam essentialē uocauimus prius. Videtur autē id posse cōuinci ex Lucæ decimo, ubi series hæc habetur. Post hæc autem designauit dominus & alios lxxij. & misit illos binos ante faciem suam. Vbi Beda. Sicut autem, *Figurati presbyteri & episcopi.* duodecim apostolos formā episcoporū præmōstrare, uemo est qui dubitet, sic & hos lxxij. figurā presbyterorū secundi ordinis sacerdotum gessisse. Amplius ostēditur idem ex primæ ad Timotheum

Dij un

» quino, cum dixit Apostolus. Aduersus presbyterum, noli accipere  
 » accusationem, nisi sub duobus aut tribus testibus. Ergo Timo-  
 theus erat dignitate superior presbyteris alijs, non tamen presbyte-  
 rorum, aut fidelium multitudinis electione, igitur ordinatione diui-  
 na. Rursum apparet idem ex epistola Clementis papæ, ad Iacobū  
 fratrem domini superscripta. Videtur autem & hæc fuisse sentētia  
 quasi omnium episcoporū, qui beato Petro aut Paulo successisse di-  
 cuntur in episcopali sede Romana, ut ex Isidori codice supradicto  
 euidenter apparet. Deinde uero uidetur ostendi posse, beatum  
 Petrum potestate siue autoritate per Christum immediate, non per  
 hominem aut homines alios sibi tradita, superiorem fuisse cæteris  
 apostolis, & per cōsequens successores ipsius successoribus aliorū.  
 Videtur autem hoc primū ex Matthæi xvi. dum ad ipsum Christus  
 » singulariter inquit. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc  
 » petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebūt  
 » aduersus eam: & tibi dabo clauēs regni cælorum. &c. Per quæ uer-  
 ba Christus expressisse uidetur, beatum Petrum futurū caput & fun-  
 damentum ecclesiæ, præsertim mortuo Christo. Vbi glossa specia-  
 liter eam, scilicet potestatem, Petro concessit, ut ad unitatem nos in-  
 uicaret. Ideo enim eum principem apostolorū constituit, ut ecclesia  
 unū principalem Christi haberet uicarium, ad quem diuersa mem-  
 bra ecclesiæ recurrerēt, si forte inter se dissentiret. Qd̄ si diuersa ca-  
 pita in ecclesia essent, unitatis uinculū rumperetur. Amplius osten-  
 ditur idem ex Lucae xxi. cum ad ipsum specialiter Christus inquit.  
 » Ego aut̄ rogauī pro te Petre, ut non deficiat fides tua, & tu aliquan-  
 » do conuersus confirma fratres tuos. Suorum ergo fratrū, apostolo-  
 rum scilicet, ac aliorū fidelium prima cura pastoralis & cōfirmatio  
 beato Petro cōmissa fuit, propter suę fidei firmitationē, pro qua, ne  
 deficeret, singulariter Christus orasse uidetur, ne deficeret inquā in  
 ipso, neq; in ipsius aliquo successore. Vbi glossa. Confirma fratres  
 tuos cum te principem apostolorū constituerim. Hoc autem nō so-  
 lum intelligendū de apostolis, qui tunc erant, ut roborarētur à Pe-  
 tro, sed de omnibus fidelibus. Et parum infra subdit. Per pœnitē-  
 tiam obtinuit, Petrus scilicet, ut esset antistes mundi. Rursum osten-  
 ditur idem Ioannis xxi. inquit enim ad ipsum Christus singulariter,  
 Pasce oues meas, Pasce agnos meos, Pasce oues meas, ter replicās  
 idem uerbum. Non determinatis igitur ouibus, primus & uniuersa-  
 lis omniū pastor immediate à Christo institutus fuisse uidetur. Vbi  
 Chrysostomus etiam inquit sic. Eximius enim apostolorū erat Pe-  
 trus, & os discipulorū, & uertex collegij, unde negatione deleta, com-  
 mit

mittit ei prælationem fratrum. Demum confirmatur hoc autoritate plurimorum sanctorum, super illud Ioannis xxi. Sic eum uolo manere, donec ueniam, quid ad te? tu autem sequere me. Inquit enim Augustinus. Duas uitas sibi diuinitus prædicatas nouit ecclesia, quarum una est in fide, alia in spe. Ista, scilicet in fide, signata est per Apostolum Petrum propter sui apostolatus primatum. Rursum Theophilus ibidem, cunctorum fidelium prælaturam ei instituit. Chrysost. autem. Si uero dixerit quis, qualiter igitur Iacobus thronum assumpsit Hierosolymorum, id utique dicam. Quonia Petrum orbis terrarum inthronizauit magistrum. Et infra inquit idem. Huic, scilicet Petro, & præpositura fratrum credita est. Amplius idem, Quia igitur ei magna prædixerat dominus, Petro uidelicet, & orbem terrarum commiserat. Et rursum Theophilus super illud Ioannis xxi. Sic eum uolo manere, inquit sic. Te nunc dimitto ad orbis pontificatum, & in hoc sequere me. Amplius, quoniam si Christus ecclesie caput non instituisset in ipsius absentia, ipsam acephalam reliquisset, nec uideretur ipsam ordinasse secundum meliorem dispositionem aut optimam, nunc autem ipsam optime dispositam & ordinatam eum reliquisset credendum, ergo & illi caput aliquod instituisse tenendum, non aliud conuenientius beato Petro. Igitur fuit ipse Christi determinatione immediate, cæteris apostolis autoritate superior.

Deinde uero idem in specie conuincere possumus, ostendentes Paulum beato Petro dignitate siue autoritate non fuisse parem. Ad Galatas enim secundo habetur hæc series. Deinde, inquit Paulus, post annos tres ueni Hierosolymam uidere Petrum, & mansi apud eum diebus quindecim. Et parum infra eodem subdit. Deinde post annos quatuordecim iterum ascendi Hierosolymam cum Barnaba assumpto Tito, ascendi autem secundum reuelationem, & contuli cum illis euangelium quod prædico in gentibus, seorsum autem his, qui uidebantur esse aliquid, ne forte inuacuū currem, aut cucurrissem. Vbi glossa. Ostendit, Paulus scilicet, se non habuisse securitatem euangelij, nisi esset autoritate Petri confirmatum, & aliorum roboratum. Cum igitur Paulus securitatem euangelij sumpserit à Petro secundum glossam, apparet ipsum non fuisse parem Petro in autoritate. Vnde per necessitatem sequi uidetur tam ex hoc quam alijs supra dictis, reliquos omnes episcopos mundi Romano episcopo tanquam singulari successori h. Petri diuina ordinatio fore subiectos, ecclesiam quoque Romam sit aliarum omnium caput & prima, propter ipsius episcopi beati Petri successoris in ea omnium aliorum esse iudicem & pastorem, quod amplius exprimens Isidorus in codice supradicto capitulo, cui titulus

lus, Incipit præfatio Niceni cōcilij, sic ait. Sciendū est sanè ab omni-  
 bus catholicis, quoniā sancta ecclesia Romana nullis synodicis de-  
 cretis prælata est, sed euāgelica uoce domini & saluatoris nostri pri-  
 matum obtinuit, ubi dixit beato Petro apostolo, Tu es Petrus, & su-  
 per hanc petram ædificabo ecclesiam meam., & tibi dabo clauēs re-  
 gni cælorum &c. Quo siquidem primatu, absq̃ principū concessio-  
 ne aliqua, usi sunt hæctenus omnes episcopi Romani à tēpore bea-  
 ti Petri usq̃ ad tempora Constantini primi Romanorū Imperato-  
 ris, condendo scilicet canones, & illorum obseruationem, per omnē  
 præcipientes ecclesiam, ut ex serie iam dicti codicis patenter appa-  
 ret. Hoc rursus ratione confirmo, quoniam fides una est secun-  
 dum Apostolum ad Ephesios quarto, ergo & ecclesia una: non au-  
 tem est aliter una, nisi propter unum caput atq̃ principiū, quo nul-  
 lum conuenientius aut æque conueniens est episcopo Romanorū  
 singulari successori beati Petri, qui petra fuit, super quam Christus  
 se dixit suam ecclesiam fundaturū. Confirmatur autem hoc ex eo,  
 quoniam uelut temporalia in unum reducuntur principium, puta  
 in principatum, sic & spiritualia in aliquod unum primum uidentur  
 debere reduci, puta episcopatum. Amplius ex alio, quoniam sicut  
 in unico templo uel unica diocesi oportet unicum episcopū esse, ne  
 ibidem sacerdotum unusquisq̃ ad se trahens, Christi rumpat ec-  
 clesiam, ut ex epistola Hieronymi ad Euādrum induximus decimo  
 quinto huius: sic eo magis necessarium est in uniuersa Christi eccle-  
 sia unicum esse caput, propter fidelium unitatem seruandā. Quan-  
 to enim cōmunius est bonum eiusdem modi, tanto diuinius & eligi-  
 bile magis. Vnde Ioannis decimo. Et fiet unum ouile & unus pa-  
 stor. Hic quidem pastor, & hoc quidem caput aliorum conuenien-  
 tissimum uidetur Romanus episcopus propter causas in prioribus  
 assignatas. Ex prædictis autem per necessitatē sequi uidetur, Ro-  
 manum episcopum solum causam effectiuam primam esse institu-  
 tionis secundariæ omnium aliorū, tam mediate q̃ immediate pro-  
 pter ipsius uniuersalem autoritatem super reliquos omnes episco-  
 pos, presbyteros, & alios ecclesiarū siue templorum ministros. Cui  
 siquidem sententiæ suffragatur autoritas Ambrosij, de tradendis  
 basilicis, ubi sic ait. Ecclesia dei est, Cæsari utiq̃ non debet ascribi.  
 Ius Cæsaris esse non potest dei templum, nec per consequens insti-  
 tutio sacerdotum in eo, quam secundariam ipsorum autoritatem  
 uocauimus decimo quinto huius. Quod si basilicarum traditio ius  
 Cæsaris esse non potest, eo minus alterius cuiusuis principantis.  
 Erit igitur autoritas hæc illius, qui caput est, & primus omnium  
 fa

sacerdotum, Romani pontificis autoritate diuina, si nullius principis ius esse potest. Hinc etiam necessario sequi uidetur ipsius autoritatem fore distribuendi seu conferendi beneficia seu ecclesiastica temporalia, quoniam propter exercenda officia conferuntur huiusmodi. Ex supradictis etiam inferri posse uidetur, eiusdem episcopi primi fore iurisdictionem coactiuā super reliquos omnes episcopos mundi & alios templorum ministros. Sunt enim ordinatio ne diuina sibi subiecti, ut ex prioribus rationibus palam. Quod etiam potest astrui ex predicto Isidori codice atque capitulo. Inter cætera namq; ibidem scripsit hanc seriem. Sed in eo concilio admirabile factum principis nō puto reticendum. Etenim cum ex omnibus penè locis episcopi cōuenissent, & ut fieri solet, diuersis ex causis inter se quædam iurgia detulissent, interpellabatur frequenter, à singulis offerebantur libelli, culpæ offerebantur, & magis ad hæc q̄ ad id pro quo uentum fuerat, animos dabant. At ille uidens, quod per huiusmodi iurgia causa summi negotij frustraretur, diem certū statuit, quo unusquisq; episcoporum, si quid querimoniarum habere uideretur deferret. Cūq; resedisset, suscepit à singulis libellos, quos simul omnes in suo sinu continens, nec in eis quid contineretur aperiens: Ait ad episcopos, deus uos constituit sacerdotes, & potestatem uobis dedit, de nobis quoq; iudicandi, & ideo nos à uobis recte iudicamur, uos autem non potestis ab hominibus iudicari, propter quod dei solius inter uos expectate iudicium. Et uestra iurgia quæcunq; sunt, ad illud diuinum referuentur examen. uos etenim nobis à deo dati estis dñj. Conueniens non est, ut homo iudicet deos. Ad eum ergo, qui talium deorum deus est in terris, ut dicitur Romanum episcopum pertinet in eos iurisdictionis autoritas.

Ex eisdem quoq; uidetur eiusdem episcopi autoritatem fore, generalia sacerdotum concilia conuocare atq; præcipere, in ipsis etiā proponere ac determinare, quæ sibi proponenda & determinanda uidentur circa legem diuinam & ecclesiasticum ritum. De autoritate siquidem cōgregandi concilij loquēs Isidorus in præfatione operis iam dicti codicis, inquit sic. Synodorum uero congregandarum autoritas, apostolicæ sedi priuata potestate cōmissa est, nec ullam synodum ratam esse legimus, quæ eius nō fuerit autoritate congregata uel fulta. Hæc canonica testatur autoritas. Hæc ecclesiastica roborat historia. Hæc sancti patres cōfirmant. De ea uero potestate siue autoritate determinandi siue diffiniēdi scripturæ sensum, loquens idem, eodē codice atq; cap. dicit. Deinceps diuersorū cōciliorū Græcorū ac Latinorū, siue quæ antea uel post modū facta sunt,

sub

sub ordine numerorum ac temporū capitulis suis distincta sub huius uoluminis aspectu locauimus, subiicientes etiam reliqua decreta praesulum Romanorum usque ad sanctum Gregorium, & quasdam epistolas ipsius, in quibus pro culmine sedis apostolicæ non impar conciliorum extat autoritas. Potest igitur summus pontifex sui auctoritate solius id determinare, quod potest autoritas concilij generalis, ex quo non impar est eius autoritas, ei quæ concilij generalis secundum Isidorum. Potest autem & debet autoritas generalis concilij scripturæ sacræ dubias determinare, diffinire, ac interpretari sententias, quemadmodum ostensum est uigesimo huius. Eadem quoque uidetur in hoc fuisse sententia Hieronymi in epistola intitulata, de expositione catholicæ fidei, ubi sic inquit. Hæc fides est papa beatissime, quam in catholica ecclesia edidicimus, quam semper tenuimus, in qua si minus perite aut parè occulte aliquod forte positum est, emendari cupimus à te, qui Petri & fidem & sedem tenes. Sin autem hæc nostra confessio apostolatus tui iudicio comprobatur, quicumque me maculare uoluerit, se imperitum uel maliuolum, uel etiam non catholicum, non me hæreticum comprobabit.

De potestate uero statuendi, quæ ad ecclesiasticum ritum & æternam salutem pertinent, apparet ex oraculo Christi Lucae decimo. Inquit enim apostolis, & in ipsorum persona cunctis episcopis siue presbyteris. Qui uos spernit, me spernit: qui autem me spernit, spernit eum qui me misit. Sunt ergo de necessitate salutis sacerdotum obseruanda statuta. De his quidem igitur potestatibus assignatis Romano pontifici, & eis amplioribus, collectionem faciens beatus Bernardus ad Eugenium papam, de consideratione libro secundo, sic ait. Nunc iam repetendæ reliquæ, si quæ sunt, loci quæ differuimus. Age indagemus adhuc diligenter quis sis, quam geras uidelicet pro tempore personam in ecclesia dei. Quis es? Sacerdos magnus, summus pontifex. Tu princeps episcoporum. Tu hæres apostolorum, tu primatu Abel, gubernatu Noë, patriarchatu Abraham, ordine Melchisedech, dignitate Aaron, auctoritate Moses, iudicatu Samuel, potestate Petrus, unctioe Christus. Et subdit infra eodem continuata sententia. Nec modo ouium, sed & pastorum, tu unus omnium pastor. Vnde id probem quæris? ex uerbo domini. Cui enim? non dico episcoporum, sed etiam apostolorum sic absolute & indiscrete, totæ commissæ sunt oues? Si me amas Petre, pasce oues meas. Et parum infra subiungit. Cui non planum, non designasse oues? nihil excipitur, ubi distinguitur nihil. Et infra rursum eodem, Inde est quod alij singuli singulas sortiti sunt plebes, scien



scientes sacramentum : deniq; Iacobus, qui uidebatur columna una  
 ecclesiæ, una contentus est Hierosolyma, Petro uniuersitatem ce-  
 dens. Deinde uero concludens, ait sexto. Iuxta canones tuos, alij in  
 partem solitudinis, tu in plenitudinē potestatis uocatus es, aliorū  
 potestas certis arctat limitibus : tua extenditur & in ipsos, qui po-  
 testatem super alios acceperunt. Nonne si causa extiterit, tu episcō  
 po cœlum claudere, tu ipsum ab episcopatu deponere, etiā & tra-  
 dere sathanę potes? Stat ergo inconcussum priuilegium tuum tibi,  
 tam in datis clauibus q̄ in ouibus cōmendatis. Neq; solū in ec-  
 clesiasticos ministros, ut episcopos, sacerdotes & inferiores ordines  
 reliquos, autoritatē dixit Bernardus habere Ro. pontificem, uerum  
 etiam & coactiuam iurisdictionem super omnes principātes, quam  
 temporalem gladiū idem Bernardus sub metaphora uocat, eidem *Temporalis  
gladius.*  
 episcopo uidetur ascribere. Vnde idem ad eundem Eugeniū libro  
 quinto, capitulo quarto sic ait. Qd̄ tu denuo usurpare gladium ten-  
 tes, quē semel iussus es reponere in uaginā? qui tamē, qui tuum ne-  
 gat, non satis mihi uidetur attendere uerbū domini dicentis sic. Cō-  
 uerte gladium tuum in uaginam. Tuus ergo & ipse forsitan tuo nu-  
 tu, & si non tua manu euaginandus. Alioquin, si nullo modo ad te  
 pertineret, & his dicentibus apostolis. Et ecce gladij duo hic, non re-  
 spondisset dominus, satis est, sed nimis est. Vterq; ergo ecclesiæ, &  
 spiritualis scilicet gladius & materialis, sed is quidem pro ecclesia, ille  
 uero & ab ecclesia exercendus, ille sacerdotis, is militis manu, sed sa-  
 nē ad nutum sacerdotis & iussum Imperatoris. Sunt autē ad supra-  
 dicta firmanda sanctorum aliæ autoritates q̄ plures, harum tamē  
 seriem inducere omisi, propter eandem aut consimilem earum esse  
 cum inductis uirtutem & eundem aut cōsimilem modum soluendi,  
 & propter abbreviationem sermonis. Amplius uidētur hæc posse  
 firmari per Decretales & decreta quædam pontificū Romanorū,  
 his enim cauetur omnia officia ecclesiastica, & propter hoc institu-  
 ta beneficia, per episcopum Romanum & alios, nequa q̄ uero per  
 humanum legis latorem, aut eius autoritate principantem, sta-  
 tui uel conferri debere. Cauetur & rursus eisdem Decretali-  
 bus & Decretis, sacerdotes & clericos nō debere subire  
 iudicium coactiuum iam dicti legis latoris aut princi-  
 pantis, sed potius ecōuerso. Eisdem quoq; asruitur  
 omnes potestates conuenire Romano ponti-  
 fici, quas eidem in suis sermonibus  
 ascribit Bernardus.

Caput XXVIII.



Esidium autem huius dictionis est, scripturae siue canonis auctoritates conuenienter exponere, ac humanas rationes dissoluere, quae tertio huius, & capitulo praecedente inductae, nostris determinationibus contrariae uidebantur. Ante tamen bene se habet reminisci, quod diximus xix. huius, iuxta sententiam beati Augustini & infallibilem rationem in scriptura firmatam, uidelicet, quod nulli sermoni uel scripturae fidem siue credulitatem certam, aut confessionem ueritatis praestare tenemur de necessitate salutis, nisi eis, quae canonicae appellantur, id est quae in uolumine Bibliae continentur, & eis quae ad has per necessitatem sequuntur, & scripturarum sacrarum dubium sensum habentium eis interpretationibus, quae per generale fidelium seu catholicorum concilium essent factae, praesertim in his clausulis, in quibus error damnationem aeternam induceret, quales sunt articuli fidei Christianae, cum suis interpretationibus, factis in concilijs generalibus rationabiliter conuocatis, celebratis, & consummatis. Propter quod auctoritates canonis sacri siue scripturae, quae mystica expositione non egent, secundum ipsarum sensum literalem manifestum sequemur omnino, in quibus uero mystica expositione indigent sanctorum, probabiliori adhaerebo sententiae. Quas uero ipsorum auctoritate propria praeter scripturam protulerunt sententias, scripturae siue canonis consonas, recipiam. Quas uero dissonas reuerenter abijciam: non tamen aliter quam auctoritate scripturae, cui semper innitar, quoniam & ipsi quandoque circa scripturam & praeter scripturam sententis adinuicem dissident, ut Hieronymus & Augustinus super illud ij. ad Galathas. Cum autem uenisset Cephas Antiochiam, in faciem ei restiti, quia reprehensibilis erat. Et rursum Ambrosius cum Hierony. de uirginitate Ioseph. Amplius & idem ipsi sibi sanctorum aliquis quandoque dissona profert, ut ex sequentibus manifeste patebit. Hinc ergo primum ad instantias, quae inductae sunt capitulo praecedenti. Cum enim ex Lucae decimo sumebatur, episcopos esse maioris dignitatis quam simplices sacerdotes, ex eo quod ibidem habetur. Post haec autem designauit dominus & alios lxxij. per quos secundum Bedam figuratur ordo presbyterorum, quem duodecimam appellat, post episcoporum ordinem scilicet. Dicendum, quod iuxta sententiam Apostoli, & ea quae de sanctis inducta sunt xv. huius, conuenientius figuratur per lxxij. diaconorum ordo, quam sacerdo

Quibus scripturis adhibenda fides.

Articuli fidei.

Discordia auctoritatum.

dotum. Vel potest dici conuenienter, quod non propter hoc sequitur episcopum, ordinem essentialē ampliorem habere presbytero. Vnde illa missio, qua Christus eos misit in mundū, signauit electionem siue institutionem humanam, qua unus eorū cæteris præferetur in ecclesiastica iconomia. Non enim contulit Christus eis, cum dixit, Eūtes ergo docete omnes gentes dignitatē essentialē, sed prius tradiderat. Et esto quod simili tempore utranq; tradidisset, dico quod illa missio non addidit intrinsecā perfectionem, quā prius nō habuissent cum sacerdotium per spiritum sanctum receperunt. Fuit autē de apostolis super reliquos futuros sacerdotes, facta per Christum hæc institutio secundaria, quoniā nulla tunc erat multitudo fidelium, per quam posset huiusmodi electio celebrari. Nec si fuisset, adhuc æque conuenienter fieri potuisset per aliquam multitudinem, sicut per Christū. unde apostoli etiā post Christi passionem & resurrectionem, ad electionem in diuidendis prouincijs se reduxerunt. Nam ad Galatas secundo legitur. Dexterās dederunt mihi & Barnabæ societatis, ut nos quidē in gentes, ipsi uero in circūcisionem, Iacobus, Cephas, & Ioannes. Et ideo esto quod figura fuisset, qualem dixit Beda de statu sacerdotij. Dico quod intrinsecā dignitatē siue perfectionem aut characterem à deo immediate, nō habet ampliorem episcopus q̄ sacerdos, & horum ratio sufficiens assignata est xv. huius. Ad reliquam uero instantiam ex primæ ad Timoth. quinto. Aduersus presbyterū. &c. Dico quod secundam institutionem nō essentialē acceperat ab Apostolo super presbyteros alios in illa prouincia, cuius siquidem apostoli uoluntas & institutio, electioni æquiualebat propter defectum & insufficientiā, siue ruditatem multitudinis fidelium. Vnde Apostolus primæ ad Corinthios. iij. Et ego fratres nō potui uobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus: Tanq; paruulis in Christo uobis lac potum dedi non escam. Nondū enim poteratis, sed ne nunc quidē potestis, adhuc enim estis carnales. Hoc autem explicauimus amplius xvij. huius, parte vij. Quod autē inducebatur de Clementis epistola, quæ intitulatur ad Iacobum fratrem domini, nō recipio tanquam certum, nam epistolam fuisse Clementis, ualde suspectū est, propter plura in ipsa cōtenta. Rursum suspecti sunt hi canones seu epistolæ, quoniam in ea quæ de sacramentis, uestibus & uasis ad Iacobum fratrem domini, & in ea quæ de cōmuni apostolorū uita intitulantur, scribitur, ac si Clemēs Iacobo narret ea quæ Christus cū apostolis egit. Hæc autem fuisset magna ignorantia, non modo dicam præsumptio Clementis, quod ea quæ tantum audiuerat, signi-

*Epistola Clementis.*

*Canones suspecti.*

*Clemens Rom.  
episcopus.*

ficare uellet, quasi per modum doctrinæ, illi qui præsens interfuerat, & Christū cum apostolis, quorū unus fuerat ipse uiderat. Quis enim discipulos, qui Hierosolymis erant, melius instruere poterat de uita Christi & apostolorū, quis de ritu ecclesiastico plus nosse debuit, an apostolus aut successor apostoli, nemo est qui dubitet, propter quod ipse sunt cum apocryphis cōputādæ. Sed esto quod Clementis fuerint, ut quidam asserunt, fabularibus innisi sermonibus, etiam prorumpentes intantum, ut Clementem dicant, quia Romanus erat episcopus, maioris autoritatis in ecclesia dei, apostolo Iacobo. A quibus quærendum conuenienter, cur epistolæ Clemētis in cōtextu sacri canonis positæ non sunt, sicut ea quæ Iacobi. Dicemus tamen ad ea quæ in dictis epistolis conuenientia uidebuntur Christi & apostolorū sententiæ, cum autoritates scripturæ tractabimus, quibus inniti uident. Ad id aut, quod dicebatur, hanc fuisse sententiam omnium episcoporū, qui beato Petro successerunt in episcopali sede Romana, dicendū est, quemadmodum diximus ad primam instantiam, sic eos intellexisse, si uero aliter, ipsis relictis, sequimur Apostolū & Hieronymum xv. & xvi. huius.

*Petra, Christus*

Ad eas uero canonis autoritates, quibus uidetur ostendi, beatū Petrum superiorem dignitate cæteris apostolis, nō solum humana electione, uerum etiam immediata Christi ordinatione, cum primo inducebatur ex Matthæi xvi. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam: & tibi dabo clauēs regni cælorū. &c. Per quæ uerba Christus ipsum uidere instituisse in sui saltem absentia, caput & fundamentum ecclesiæ, dico caput & fundamentū ecclesie unicū esse & fuisse ordinatione immediata dei: & hoc Christum, apostolorū uero neminem, etiam in absentia Christi, quemadmodum per scripturam indubie conuicimus in sexto & xxij. huius. Ad canonem ergo, cum dicitur, super hanc petram &c. dico secundum glossam, super hanc petram, id est super Christum, in quem credis. Vbi glossa interlinæaris addit, Tu es Petrus, id est à me petra, ita tamen ut mihi retineam fundamenti dignitatem. Petrum autem uocauit eum Christus, id est constantem in fide, quod non negamus. Esto enim quod alijs constantior & merito perfectior, non propter hoc dignitate prior, nisi tempore forte, ut euidenter per scripturam probauimus, ubi supra. Eum autem quem diximus fuisse scripturæ sensum, adiuuat expositio beati Augustini super hūc locum, inquit enim Augustinus, & sumptum est ex libro retractationum, Dixi in quodam loco de apostolo Petro, quod in illo tanquā in petra ædificata sit ecclesia, sed scio me postea sæpissime sic exposuisse, quod à do

domino dictum est. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, ut super hunc intelligeret, quem confessus est Petrus, dicens. Tu es Christus filius dei uiui, ac si Petrus ab hac petra appellatus, personam ecclesie figuraret, quæ super hanc petram ædificat. Non enim dictum est illi, tu es petra, sed tu es Petrus, petra autem erat Christus quem confessus Simo. sicut ei, Christo scilicet tota ecclesia confitetur, dictus est Petrus. Et potest huius ratio assignari secundum scripturam, quoniam Petrus quædiu uiator extitit, errare potuit & peccare per sui arbitrii libertatem, unde Christum negasse legitur, & quandoque ad ueritatem euangelii ambulasse non recte: tale autem non poterat esse fundamentum ecclesie, sed ille solus fuit Christus, ut apparet primæ ad Cor. iij. qui aberrare non potuit, eo quod ab instanti sue conceptionis impeccabilis fuerit confirmatus. unde Apostolus ubi supra. Fundamentum enim aliud nemo ponere potest, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Et quod addebatur, tibi dabo claves regni cælorum, nullam Petro super reliquos apostolos auctoritatem tribuit, quoniam hanc eandem iudicariam potestatem cæteris apostolis tribuit secundum Hiero. & Rabanum, quorum glossas induximus sexto huius parte. iij. Amplius, quoniam Christus potestatem clauium illi non uidetur tradidisse per hæc uerba, inquit enim, tibi dabo, quod sonat futurum, non dixit, do. Sed Ioan. xx. indifferenter omnibus dixit. Accipite spiritum sanctum, & quorum re. pec. &c. Esto tamen quod Petrus his uerbis potestatem hæc recepisset, non concludit ex hoc, nisi quod tempore prius fuerit pastor institutus, & quod illi singulariter has tradiderit Christus claves, signare uoluit ecclesie unitatem in fide, ad quam fideles inuitauit Christus per singularem clauium traditionem siue promissionem, ut glossa dicit: uel fortasse, quia Christum dei filium esse primum constanter & manifeste confessus est, primum tempore dotatur clauibus & honoratur aut honorari promittitur, ut sic etiam confitendi Christum palam & constanter per huiusmodi præmiū promissum, cæteris præberetur exemplum, non tamen propter hoc conuincitur, ipsum fuisse cæteris dignitate siue auctoritate priorem, quauis hoc plures glossatorum dicere uideantur à se, non habentes hoc ex scriptura. Significat autem infallibiliter nos uerum dicere sequens euangelii series, quæ habetur eiusdem Matth. xx. ubi Christus quæsitum hoc aperte diffiniens, dixit, nullum ipsorum esse superiorem alijs. Facta enim erat contentio inter eos, quis eorum esset maior. Idemque Matth. xxij. ad quos sic inquit Christus. Vos autem inuicem supple, nolite uocari rabbi, unus est enim magister uester, omnes autem uos fratres estis. Omnes autem fratres, id est æquales, non ergo excepit aliquem. Et est mirandum, si

*Dabo claves,  
non do.*

*Petrum non fuisse  
superiorem.*

magis credere debeamus auctoritati glossatoris quā Christi, quicumque fuerit ille glossator etiam sanctus, & maxime, cum hoc non dicat tanquam glossator, sed proprio sensu, Series enim scripturae tam manifesta est, quod glossa non eget in hoc. Amplius, quoniam & ipsae glossae oppositum dicunt, ad Galatas exponentes secundum, sicut apertum est xvi. huius. Tractauimus autem istud sufficenter & seriose iij. & xvi. huius, nec reiterauimus omnes probationes propter rei notitiam & abbreviationem sermonis. Ad aliam uero canonis auctoritatem sumptam ex Lucae xxij. Dixit enim Christus beato Petro, » Ego autem rogavi pro te Petre, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. Ex qua quidem serie inferunt aliqui duo: unum, quod solius ecclesiae Romanae fides deficere nequit, eo quod de fide Petri Christus intellexit etiam fidem successorum, & consequenter episcopum sibi successorē, aliorum primum: secundum uero quod ex hoc Christus ipsum reliquorum apostolorum praelatū fecerit. Dico neutrum sequi ex uerbis Christi per uirtutē sermonis. In hac enim consequentia stat oppositum consequentis cum antecedente. Secundo probo per scripturam neutrum sequi, & per uerba Christi, non alia. Primum quidem iam dictorum non sequitur, propterea quod omnibus » dixit Christus Matth. ultimo, Euntes ergo docete omnes gentes &c. » Et ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi. Si Christus ergo spopondit se cum alijs futurum, usque in seculi consummationem omnibus diebus, ergo intellexit etiam de aliorum successoribus, si de successoribus Petri hoc debet intēdi. Amplius, quoniam si successor beati Petri singulariter dicatur Romanus episcopus, constat haeticum quendam aut quosdam in sede illa tanquam episcopum fuisse praefectum, ut de Liberio & quibusdam alijs ostensum est xx. huius. Rursum quia xvi. huius monstratum est, Romanum episcopum non esse singulariter successorē beati Petri, propter causas secundum scripturam assignatas ibidem: Reliqua consequentia similiter nulla est, quod probo etiam per scripturam: Contulit enim Paulus Petro in euangelio, non econtra, ut ex ij. ad Galatas induximus satis xvi. huius. Et quod euidentius est, huius consequentiae destructiuum est sermo Christi pridem inductus, ex Matth. xx. & Lucae xxij. per quem ex aperto sui sensu determinauit Christus & diffiniuit oppositum. Vnde glossa exponens hunc locum, inquit, Sicut ego te orado pro te ne deficeres, sic tu infirmiores fratres exemplo tuae poenitentiae conforta, ne de uenia desperent, intelligens per fratres indifferenter fideles. Quod etiam dicens Petro, fecit alios apostolos intelligere facturos. Vnde Marci xij. Quod uni dico, uel secundum aliam literam, sensum tamen eundem

*Liberius Papa.*

eundem, qđ uobis dico, oĩbus dico. Aut fortasse id Petro singulari  
 ter dixit, sicut etiã glossa sentire uideĩ, quoniã præsciebat Christus  
 Petrum se negaturũ. Vnde, tu cõuersus aliquãdo, id est, exẽplo tue  
 poenitẽtiã, eo qđ uerbo & sui exẽplo, qui ueniã meruerat, infirmos  
 in fide singularius confortare seu confirmare uolebat, ne scilicet de  
 uenia desperarẽt. Ad reliquã aut canonis autoritatẽ sumptam  
 Ioan. xxi. per quã idem qđ prius quidã nitũtur cõuincere, ex eo qđ  
 Christus beato Petro dixit, *Pasce oues meas, pasce agnos meos &c.* *Pascere oues.*  
 Dicẽdum primo secundũ glossam hũc esse sensum huius seriei, qđ  
 pascere oues est credẽtes ne deficiãt confortare, terrena subsidia si  
 necesse est, subditis prouidere, exẽpla uirtutũ præbere, aduersarijs  
 obsistere, fidei scilicet, peccantes corrigere. Et subditur in glossa, &  
 cum tertio audit à Petro se diligi, iubet pascere oues, trinã negatio  
 ni redditur trina confessio, ne minus amorĩ lingua seruiat, qđ timo-  
 ri. Ex hoc autem nõ conuincitur, nisi quod ipsum pastorem ouium  
 Christus instituit: nõ tamen ex hoc sequit̃ qđ ipsum super reliquos  
 apostolos autoritate uel dignitate priorẽ: nec rursus sequit̃ ex hoc,  
 alios apostolos nõ fuisse institutos pastores. Oppositum enim utri  
 usq; consequentis iã dicti stat cũ. antecedente, uidelicet cũ sermone  
 Christi prædicto. Testatur aut dictis, qđ ecclesia catholica cantat  
 de omnibus apostolis indifferenter, Vere dignũ & iustũ est, equum  
 & salutare, te quidẽ omni tempore suppliciter exorare, ut gregem  
 tuum pastor eterne nõ deferas, sed per beatos apostolos tuos con-  
 tinua protectione custodias. Ut eisdẽ rectoribus gubernẽs, quos  
 operis tui uicarios eidẽ contulisti præesse pastores. Ecce apostolos  
 in plurali, rectores, uicarios, & pastores, per Christi collationem  
 immediatã. Nõ aut solũ aliquem rectorem, uicariũ, aut pastorem  
 constitutũ per Christũ. Interrogãti uero, cur Christus hoc Petro  
 singulariter dixit, dicendũ utiq; qđ Christus quãdoq; sermonẽ di-  
 rigebat ad hominẽ in persona propria, ut in remissione peccatorũ,  
 sanatione infirmorũ, & suscitatione mortuorũ, quandoq; uero diri-  
 gebat sermonẽ ad alterũ in persona oĩum aut plurium, ut in Ioan. v.  
 Vade & amplius nolĩ peccare, ne deterius tibi contingat. Vnde id  
 officium Christus cõmittendo Petro, illi loq̃batur in persona oĩum  
 apostolorũ, sicut ipsemet testat̃ hũc modũ loquẽdi suũ, Marci xiiij.  
 cum dixit, Qđ aut uni uel uobis dico, oĩbus dico. Specialiter tamẽ  
 ad Petrum sermonẽ direxit, quia senior erat, uel quia charitate ar-  
 dentior, uel ut significaret ecclesiã futurã quales debeãt pastores  
 institui, quoniã ætate maturi, ex qua signat̃ prudẽtia, seu sciẽtia, &  
 charitate pleni, ex qua significat̃ cura & diligẽtia quas debent ha-  
 bere

bere pastores, aut fortasse ne uideret̃ abiectior, quia Christum ne-  
 gauerat, quod sapere uidetur glossa cum dixit, trinæ negationi  
 redditur trina confessio, ne minus amor lingua seruiat q̃ timori.  
 Hoc enim certissime cōstat, qđ oībus, Matth. ul. dictum est indiffe-  
 • rener. Euntes ergo docete oēs gentes, nec dixit Petro, Vade & ali-  
 os mitte, in quo significauit oībus autoritatis æqualitatē, sicut etiā  
 ex Matth. xiiij. pridem induximus, dum ad eos inquit Christus, No-  
 • lite uocari Rabbi, supple inuicē aut unus super reliquū uel reliquos.  
 • Vnus enim est magister uester, uos autem omnes fratres estis. Aut  
 dicendum & ualde probabiliter, atq; secundū ueritatem mihi uide-  
 tur, quod pro tanto dixit Petro, Pasce oues meas, ut sibi specialiter  
 propter sui constantiam committeret populū Israēl, qui & duræ  
 ceruicis populus fuit uersus deum, ut apparet Exodi xxxiiij. Et indu-  
 cit Apostolus per Esaiam, Actū ultimo. Et quoniā ppter hūc po-  
 pulū cōuertendū & saluādū principaliter uenerat Christus. Vnde  
 Matth. xv. Nō sum missus nisi ad oues quæ perierūt domus Israēl,  
 • non sum missus, principaliter supple. Ideoq; huius populi curā bea-  
 to Petro specialiter commississe uidetur, cū dixit, Pasce oues meas.  
 Et uidetur hæc fuisse Apostoli aperta sententia, cū ad Gal. ij. dixit,  
 • Cum uidissent qđ creditū est mihi euāgelium præpucij sicut Petro  
 circūcisionis &c. ubi glossa scđm Aug. Cū uidissent quod euangeliū  
 præpucij creditū est mihi ut fideli, ita principaliter sicut Petro euā-  
 gelium circūcisionis. Christus enim dedit Paulo, ut ministraret gen-  
 tibus, qui etiā dederat Petro ut ministraret Iudæis, ita tamē dispen-  
 satio distributa est illis, ut & Petrus gentibus prædicaret, si causa fe-  
 cisset, & Paulus Iudæis. Nec uideo quod Paulus, uel alter sanctus  
 aliūde sumere potuerit ex scriptura, populū Iudaicum specialiter  
 & principaliter fuisse Petro cōmissum, nisi ex eo qđ Christus dixit  
 illi, Pasce oues meas. Cū dicat Paulus ad Gal. ij. sibi creditum euā-  
 geliū præpucij, quēadmodū Petro circūcisionis. Si nancq; creditū  
 erit Petro euāgelium uniuersaliter plusq; Paulo, uel alijs, incōuenien-  
 ter utiq; dixisset Paulus uerba prædicta, quinimò totus eius sermo  
 fuisset inanis, & cōparatio quā fecit in eo ad glossas sanctorū & re-  
 liquorū doctorū. Super hæc tria pūcta scripturę iā dicta, dicemus  
 in fine capituli huius, ne idem sæpius iterare cōtingat. Ad dictū ue-  
 ro apostoli ad Gal. ij. per qđ uidebat̃ ipsum autoritate fuisse mino-  
 • rem apostolo Petro, per id qđ dixit, Contuli cū illis euāgelium quod  
 • prædico in gētibus, ne forte inuacuū currerem aut cucurrissem &c.  
 dicēdū primo scđm glossam Aug. super hūc locum, Inquit enim, &  
 non didici ab illis tanq; maioribus, sed contuli cum eis tanq; amicis  
 &

*Petrus Iudæis  
 predicauit,  
 Paulus gētibus*



& paribus. Quod autem secundum Hiero. glossa inducit super id, Ne in uacuum currerem &c. Ostendit, inquit glossa, secundum Hieronymum se non habuisse securitatem euangelij, nisi etiam auctoritate Petri confirmatum & aliorum roboratum. Dico cum reuerentia, quod hæc glossa uel sibi contradiceret, in eo quod infra dicitur secundum eundem Hieronymum si sic intelligatur, quemadmodum qui aduersatur sententiæ, quã dicimus, uidetur intendere. Vel oportet glossam hanc secundum Hiero. intelligi, secundum id quod in ea subditur scđm Aug. Non enim fuit ista causa collationis, quia ipse dubitaret se nō habere certitudinem euāgelij, sed hæc ut magis ab audientibus crederetur, cū dicebat se contulisse cū illis qui cum Christo fuissent conuersati, quorum testimoniū probabilius erat. Vnde uerbum illud, Ne in uacuum currerem aut cucurrissem, non debet referri ad defectum Apostoli secundum se, nec ad dubitationem quam haberet in euāgelio, quoniã hoc, neq; ab homine neq; per hominem accepit aut didicit, sed per dei reuelationem immediatam, ut ipsemet dicit ad Gal. i. Amplius ad Gal. ij. de hac collatione faciens memoriam, inquit Apostolus, Mihi autem qui uidebant esse aliquid, nihil cōtulerūt, sed e contra. Vbi glossa secundum Aug. Mihi enim uel autem, quasi ideo ad priora non recurro, quia quæ modo fiunt, sufficiunt mihi ad cōmendationē, scilicet quod illi qui uidebantur esse aliquid, scilicet Petrus & alij qui fuerunt cū domino, nihil contulerunt, id est, addiderūt mihi, in quo patet qđ non illis inferior sum, qui à domino à deo perfectus sum, ut nihil esset qđ in collatione meæ perfectioni adderent. Qui enim illis tribus imperitis tribuit sensum, dedit & mihi. Et infra dicit glossa secundum Hieronymum, Ipsi mihi nihil contulerunt, sed ego contuli Petro. Et infra rursus, Ego restiti enim tanquam par. Hæc enim non audeat facere nisi sciret se nō imparem fore. Debet igitur illud uerbum, Ne in uacuum currerem &c. referri ad audientes qui forte sibi non credidissent, aut non tantum, & ideo uacui remansissent. Et ipse similiter in eis uacuum fuisset, id est, propositum frustratum habuisset in eis, quoniam non generasset in eis fidem, quam suæ prædicationis cursu generare intendebat. Et hoc est etiam quod in glossa secundum Augustinum subditur infra. Apostolus enim Paulus, post Christi ascensionem de cœlo uocatus, si non cum apostolis communicaret, & cum eis euangelium non conferret, quo eiusdem societatis esse appareret, ecclesia illi omnino non crederet, Sed cum cognouisset eum hoc annunciare quod illi, & in eorum communionem & unitate uiuētem, accedentibus etiam per eum

*Collatio Pauli  
cum Petro.*

*Ne inuacuum  
currerem.*

talibus signis qualia & illi operabantur, ita enim domino commendante autoritatem meruit, ut uerba illius sic audiantur in ecclesia tanquam in illo Christus, sicut ipse uerissime dixit, locutus audiatur. Meruit ergo Paulus autoritate Christo commendate ipsum siue approbante simpliciter, non dixit, Petro uel alijs apostolis ipsum commendantibus. Et subditur infra parum in glossa secundum eundem. Unde contulit cum illis euangelium & dextras accepit, quia idem uerbum cum eis & si non per eos habuit, ipsa enim collatio unae doctrine speciem, excussa omni prege uarietate, monstrauit. Hec igitur fuit causa collationis, ut uarietatis doctrine scrupulus tolleretur ab auditoribus. Et hoc est quod supra dixerat glossa secundum Augustinum, inquit enim, Iterum ascendi Hierosolymam &c. Ascendi dico cum Barnaba, qui de Iudaeis erat, assumpto Tito, qui de gentibus, quasi hinc inde testes habui, quibus pateret falsum esse me aliud gentibus aliud Iudaeis praedicare. Ascendi autem non solum ea dispositione, sed secundum reuelationem dei, & non didici ab illis tanquam maioribus, sed contuli cum eis tanquam amicis & paribus euangelium Christi, quod praedico in gentibus. Hoc fecit per assertionem praedicationis, quia multis erat scrupulus in doctrina apostoli, perturbantibus Iudaeis, quem scilicet scrupulum deus uoluit tollere. Et ideo non humana deliberatione, sed dei reuelatione Apostolus ad conferendum cum illis euangelium ascendisse se dixit, non quidem propter dubitationem quam in euangelio haberet Apostolus, sed ut ab auditoribus iam dictus scrupulus tolleretur. Quod uero inducebat ex glossatore ad Gal. ij. quod posterior pastor fuit Paulus beato Petro apostolo, dicendum glossatorem fuisse locutum proprie, quoniam beatus Paulus posterius tempore uocatus fuit ad apostolatam, & ideo posterior tempore sed non propter hoc inferior autoritate, nec hoc glossa expressit, sed oppositum magis. Sic igitur ex praedictis apparet, neque Petrum aut apostolorum alium fuisse maiorem Paulo, sed amicum & parem autoritate per Christum illis immediate collata. Si qua uero fuerit inter eos prioritas, attendenda est ex ipsorum inuicem electione fortasse, aut secundum quem modum beatum Petrum caeteris priorem apostolis diximus xvi. huius. Ad dictum uero sumptum ex codice Isidori cap. cui titulus. Incipit praefatio Niceni concilij, cum inquit, Sciendum est sane ab omnibus catholicis, quoniam sancta Romana ecclesia nullis synodis Decretis praelata est, sed euangelica uoce domini & saluatoris nostri primatum obtinuit, sic quoque intelligendo de ipsius episcopo. Negandum est Isidori & cuiuslibet alterius extra canonem sic dicentis sermonem, Nam Romana ecclesia ex Decretis Romanorum principum est aliarum principalior instituta, & ex aliarum eccle

*S. Paulus cur euangelium cum apostolis contulerit.*

*Paulus posterior Petro.*

*Rom. ecclesia praelata.*

ecclesiarum consensu, quasi electione quadam, secundum quem modum diximus xvij. & xxij. huius. Amplius ex premissa canonis autoritate, non sequitur quod infert Isidorus, sed repelli potest eius illatio & cuiuslibet sic dicētis, per determinata nobis xv. huius, parte viij. & xvi. parte xij. & xiiij. Ad id uero per quod hæc astruere nititur, ex Matt. xvi. Tu es Petrus & super hanc petram &c. iam dictum est prius, & manifestata fuit huius Isidori sententiæ debilitas xxij. huius. Ad eam uero rationem, qua deducebatur, ecclesiam unam esse, & unum esse primū episcopum propter fidei unitatem, secundum Apostolum ad Ephes. iij. dicendum, sumēdo ecclesiam in propria significatione pro fideiū multitudinem, sic esse unam ecclesiam, sicut fides est una. Et quoniam fides non est una numero in omnibus fidelibus, sed specie uel genere, iccirco non concludit argumentum, ecclesiam aliter esse unam. Et cū additur, ecclesiam non esse unam, nisi per unitatem numeralē alicuius episcopi cæteris superiorem, hæc nego, & si cōcederem ipsam ad aliā illationem, quod hoc principium siue caput est Romanus episcopus institutione diuina immediate, nego illationē hanc cū suis probationibus. Quoniā nec Petrus apostolus fuit petra, super quam fundata est ecclesia, sed Christus, sicut pridē & xvi. huius, per scripturam ostensum est. Et quoniā Romanus episcopus institutione diuina immediate, non sic est singulariter beati Petri aut aliorum apostolorum successor, qđ illi propter hoc, ad reliquos superior autoritas debeat, ut ubi supra monstratum est. Sed si qua illi singularitas insit, sibi conuenit per institutionem seu electionē humanam, ut xxij. huius sufficiēter ostēdimus. Ad huius uero cōfirmationē, quoniā sic unū episcopum aut episcopatum oportet esse, tanq̄ spiritualium principium, quemadmodum unum principem aut principatum, temporalium omnium primum, potest negari cōparatio, quoniam primi principantis aut principatus unitas numeralis necessaria est propter contentiosos hominū actus, ut demōstratū est xvij. primæ. Quæ siquidē unitas nō est necessaria in aliquo uel reliquorum officiorū ciuitatis aut regni. Amplius cōcessa comparatione secundum similitudinem seu proportionem, quæ primum assumitur ad id quod subiūgitur, unum esse primū principē aut principatū, dici potest qđ uerum est humana institutione, non aliqua dei siue legis diuinæ ordinatione seu statuto immediate. Quomō cōclusimus etiā xxij. huius, expediēs fore unū ep̄m aliquē & unā ecclesiā, secundū certā formā, & ad certū opus instituere omniū aliarū principaliorē & caput. Ad aliā uero ratiocinationē, quoniā ut in unico tēplo est unus episcopus, sic

Ecclesia una.

Fides una.

Unus princeps  
necessarius.

in orbe uniuerso fideiū. Dicendū primo in unico tēplo, neq; de necessitate salutis, neq; legis diuinę præcepto est unus episcopus, imò possent esse plures, sicut xv. huius ex Actū xx. & alijs pleriscq; locis per Apostolū, & ex epistola Hieronymi ad Euandrū mōstrauimus. Quod uero unus in unico templo uel diocesi posteriori tempore instituat episcopus anthonomatice in iconomia templi p̄ferēdo illū proueniunt ex humana institutione immediate: nō quidem, ut diximus ex necessitate imposta per legem diuinā. Neq; si esset talis imposta necessitas, lege diuina tenet simile. Nō enim eadē necessitas est unius iconimi numero in unica domo, & in tota ciuitate aut p uincijs pluribus, quoniam nō existentes in eadem familia domestica, non egent unitate numerali cuiuscq; iconomi, eo quod sibi inuicem cibos & reliqua uictui necessaria mansionem acubitum & reliqua non inuicem participant, nec in tali unitate, sicut qui sunt eiusdem domesticæ familię insimul conuersantur. Cōcluderet enim ratio hæc, pariter oportere unū numero esse iconomū in orbe uniuerso, quod nō est expediens neq; uerum. Sufficiunt enim ad conuictū humanū quietū, unitates numerales principatū secundū prouincias, quemadmodū diximus xvij. primæ. Vnum autē esse iudicem coactiuū omniū, nondū demonstratū uidetur esse de necessitate salutis æternæ, cum tamen huius amplior uideatur necessitas inter fideles, quàm unius uniuersalis episcopi, eo qd' uniuersalis princeps magis in unitate potest cōseruare fideles, q̄ uniuersalis episcopus, Antiquis nāq; temporibus per principes coacti sunt schismatici ad fidei unitatem seruandam, quemadmodū ostensum est xxi. huius. Per episcopos autem cogi non poterant, eo quod autoritate coactiua carebant, quæ nec ipsis debetur inquantū huiusmodi, quemadmodum demonstratū xv. primæ, & per scripturam & sanctorū autoritates & alias rationes, amplius confirmatū quarto, quinto, viij. nono, & decimo huius. Vnitatem uero numeralem atque principalitatem episcopi & ecclesiæ siue collegij clericorū, & secundum quem modū instituendā, expedire monstrauimus xxij. huius, q̄uis, ut diximus determinatus sacerdos nullus, neq; collegiū ad hoc institutum sit lege diuina, sed humana electione seu institutione talis determinatio facta fuerit, quemadmodū xxij. huius ueraciter & euidenter ostēdimus. Quod uero addebatur ex Ioannis decimo, & fiet unum ouile & unus pastor, dicendum quod loquebatur, Christus de seipso. Ipse enim solus fuit uniuersalis pastor, & princeps pastorum, nō alius post ipsum, sicut ipse solus fuit caput, & fundamentum ecclesiæ, quemadmodum decimo sexto huius monstrauimus, &

*Vnicus episcopus.*

*Vnus pastor.*

& alijs plerisq; locis repetiuimus. Et fuit hæc aperta & literalis sententia beati Petri, inquit enim sua canonica prima capitulo quinto: Cū uenerit princeps pastorum, de Christo loquens, Percipietis immarcessibilem gloriā. Hæc etiā est sententia sanctorū super hunc locum. Inquit enim glossa secundū Gregorium, Quali ex duobus gre<sup>gibus</sup> unum ouile efficit, quia Iudaicum & Gentilem populū in sua fide coniungit. Ecce qualiter ouile fit unum, quoniam in fidei unitate. Nō dixit Gregorius unū ouile fieri, quia sub episcopo Romano uel alio unico præter Christum omnes fideles sint positi. Adhuc secundum Theophilum. Idem nāq; omnibus est baptismi signaculū, unus pastor, uerbum dei. Attendant ergo Manichei, quoniam unū ouile & unus pastor est noui & ueteris testamenti, nusq; enim nominatus est ad hanc unitatem ouilis Petrus aut Paulus, uel alter apostolus, sed sola fidei unitas, & Christi persona, qui solus ordinatione immediata dei caput est & fundamentum, & omnium princeps pastorum, ut ex præmissis diximus, & per certitudinē ostendimus xvi. huius. Ad aliam uero illationem, qua cōcludebatur, Romanum episcopum solum, aut cum suorum clericorū solo collegio esse primam causam effectiuam institutionis secundariæ omnium aliorū ministrorum ecclesiæ, & eisdem assignare seu determinare templa in ipsius potestate mediata uel immediata, uel utraq; fore, negādo respondeo. Et dum confirmatur per Ambrosium, de tradendis basilicis, qui sacerdotes ad templa siue basilicas determinare siue instituire, dicit ius Cæsaris esse non posse, quoniam ecclesia dei est. Dicendum sanè, quod hoc propterea dixit Ambrosius, quoniam temporibus illis non erat tutum, talia officia, scilicet animarū curas, permittere Romanis principibus conferenda, & quod nōdum erant in fide confirmati sufficienter, quinimō ipsorum principum quidam magis fauebant quādoq; sacerdotibus hæreticis, q̄ uere fidelibus, uelut idem Valētinianus Imperator, ad quem epistolam dirigebat Ambrosius. Veruntamen fide radicata & firmata, tam in subditis, q̄ in principantibus, & tali existente cōmunitate: tutius, & utilius, & magis conformiter legi diuinæ sit episcoporum & aliorū animæ curatorum electio siue institutio, per auctoritatem uniuersitatis fidelium, quā per unicum & parziale ciuitatis seu communitatis collegium, uel per unius solius hominis uoluntatē, quā prece aut pretio, amore uel odio, aut alia quauis affectione sinistra, leuiter & quasi quotidie uidemus peruerti. Cōuenimus ergo cum beato Ambrosio in hoc, quod curatores animarum, episcopos aut sacerdotes reliquosq; templorum ministros instituire, non sit ius Cæsaris,

in

*Vnum ouile.*

*Valentinianus  
Imperator.*

inquantū persona talis, aut alterius singularis personæ, sed uniuersitatis fidelium, aut illius uel illorū cui fidelium uniuersitas autoritatem huiusmodi sponte tradiderit, neq; hoc negauit ipse. Vnde aduersus Imperatores semper recurrebat ad plebem fidelem, per quā etiam idem ipse fuerat institutus episcopus, secundum quem modū determinauimus xvij. huius. Neq; unq; dixit autoritatem hanc fuisse Romani aut alterius cuiusq; pontificis, sed propter causam predictam dixit, ecclesiam siue templum solius dei esse, ac ipsius fidelium multitudinis tanq; ecclesiæ principaliter & primo dictæ, cuius ecclesiæ caput est Christus, & ius, id est possessionem de iure Cæsaris esse nō posse. Omnia enim quęcunq; sint illa tēporalia possessionis Cæsaris siue fidelis siue infidelis esse possunt. Sed templum siue institutio sacerdotum in eo, ad solius multitudinis fidelium autoritatē pertinet, quemadmodū ostensum est xvij. huius. Nec eius oppositum dixit aut sensit Ambrosius. Huius aut signū propterea solū cōtendisse Ambrosiū, tanq; pastorem fidelium, ut scilicet malo seu hæretico sacerdoti grex fidelium nō cōmitteretur regēdus, quod dixit ad Valentinianum epistola prima, inquit enim. Atq; utinā liquido mihi pateret, quod Arrianis ecclesia minime traderet, spōte me offerrem tuæ pietatis arbitrio. Quod autem sic ipsum intellexisse oporteat circa basilicarū traditionem, ut nunc diximus, & xvij. huius manifeste demonstrauius. Quoniā si basilicam occuparet in cōtate fidelium, qui heresis labe factus existeret episcopus aut sacerdos cedere nolens, constat huiusmodi iuste compelli posse per iudicem coactiuum & armatam potētiam secundū leges humanas. Hoc autem coactiuū iudicium atq; potētia nullius est sacerdotis autoritas, ut idem & uere testatur Ambro. in epistola, quæ intitulatur ad plebem, inquit enim. Aduersus Gothos, milites quoq; lachrymę meæ arma mea sunt. Talia enim munimēta sunt sacerdotis, aliter nec deo nec possum resistere: q̄uis hoc etiam demonstratione conclusum sit xv. & xvij. primæ, & autoritate scripturæ atq; sanctorū cū alijs quoq; probationibus confirmatum quarto, quinto, octauo, & nono huius. Et ideo sanè tenendū sic sensisse Ambrosiū, ut diximus, nam & Apostolus Cæsarem appellauit, ut ex Actuum xxv. induximus prius. Vnde uel sic dicendū, in cōmunitatibus fidelium, aut singulos permittendum de fide docere quod uolunt, sicut uidetur sensisse Hilarius ad Constantium, epistola quadam. Sic igitur ad fidelis uniuersitatis autoritatem uel principantis secundū eius ordinationem pertinere uidetur, basilicas siue templa disponēda tradere, ac sacerdotes in illis statuere, quod etiam catholici Francorū reges

*Hæreticis non  
cōmittenda ec-  
clesia.*

faciunt in quibusdam ecclesijs, nullum sacerdotem seu episcopum recognoscentes, à quo deriuetur ad eos autoritas hæc. Sic etiã beatus Ambrosius intellexisse, & si uere intelligere oportuisse credimus. Et si cõtrarie huic, quam canonis scimus & credimus esse sententiam senserit, eius opinione relicta, quã credere non cõpellimur ad salutem, cum ipsius scriptura canonica non sit, scripturis canonicis inhærētes, eam quam diximus, tanquã uerã tenemus sententiam. Et cum ab eadem autoritate Ambrosij uidebatur inferri ad Romanum episcopũ pertinere, autoritate diuina immediate supremam iurisdictionem ecclesiasticorum temporalium, quæ propter officia ministris euangelicis conferuntur. Apparet ex dictis illationem inuvalidam fore, sicut etiam xvij. huius sufficienter cõclusimus, quam in hoc etiam sententiam confirmat Ambrosius iam dicta epistola de tradēdis basilicis, ubi sic inquit, Si tributum petit, Imperator scilicet, non negamus, agri ecclesiæ soluunt tributum. Si agros desiderat Imperator, potestatem habet uindicãdorum, nemo nostrum interuenit, potest pauperibus collatio populi redundare, non faciunt de agris inuidiam, tollat eos si libitum est, Imperatori nõ dono, sed non nego. Sed forte obijciet, qui semper agros defendere querit, dicens hos esse iura sponsæ Christi, parum curans de uera sponsa, fide scilicet catholica defendenda, ut rex & regnum Armeniæ si bi manifeste testificari potest, quod beatus Ambrosius dixit hæc, non quia agri ecclesiæ de iure debeant tributum, sed quia per uim & oppressionem Imperatorum exigebatur ab ipsis. Hæc profecto falsa expositio est, qua quidã etiam Romani episcopi cū suis complicibus ad effugiendam & declinandam coactiuam principum iurisdictionem, frequenter utuntur, dicentes se de facto uiolenter, non iure in seculare deductos iudicium, quoniam oppositum dixit Christus, Ioan. xix. & supra induximus iij. huius, & hoc est quod iuxta sententiam quam secundum canonem tenemus, subdit Ambrosius, Soluimus inquit, quæ Cæsaris sunt Cæsari, & quæ sunt dei deo. Tributum Cæsaris est, non negatur. Ecclesia dei est, Cæsari utique non debet ascribi, sed fidei supple sacerdoti, secundum iudicium fidelis multitudinis, quemadmodũ pridem diximus, & xvij. huius euidenter astruximus. Est igitur tributum & iurisditio principantis super ecclesiastica temporalia non uiolenter, sed de iure.

Ad aliã uero illationem qua uidebatur cõcludi, omne collegium clericorum Romano episcopo, coactiua iurisdictione subiectum, eo quod diuina ordinatione sit omnium princeps, negandum est antecedens, Ostensum enim est prius, quod nullus episcopus aut sa-

cerdos immediata dei ordinatione seu lege diuina inferior est aut subditus episcopo Romanorum, autoritate aliqua, essentialiter aut accidentaliter debita sacerdoti. Et quod inducitur consequenter ex Isidori codice, de uerbis Constantini, dicendū, quod uerbum fuit exhortationis & monitionis, quo siquidem deuotus Cōstantinus ostendit, quales esse deberēt episcopi & sacerdotes, tales enim esse deberent inuicem & ad alios, quod in seculari iudicio nō oporteret ipsos contendere, secundū doctrinā Apostoli primæ ad Corinth. vi. Quare, inquit, non magis iniuriam accipitis, quare non magis fraudem patimini, quā inter uos habere iudicia? Et quod additur ex dicto Constantini, Potestātē uobis deus dedit de nobis iudicādi &c. Dicendū, quod uerū est iudicio primę significationis, nullius in hoc seculo coactiuo, de quo siquidē dictum est sufficiēter vi. vii. viij. & ix. huius. Nec tamen ex prædicta serie, quā inducit Isidorus siue dicta à Constantino, siue non dicta, sequitur, reliquos episcopos Romano fore iurisdictione subiectos. Inquit enim Cōstantinus, dei solius inter uos expectate iudicium, & uestra iurgia quæcunq; sunt, ad id diuinū referuētur examen, non dixit ad iudicium uel examen Romani pontificis. Et quod additur, Romanum episcopum esse uicem dei gerentem in terris, dicendum, quod ordinatione diuina immediate non plus ipse uicem dei gerit, quā alter episcopus, ut sæpe dictū & ostensum est prius. Neq; si uicem dei gereret in terris, quā ad spiritualia docēda & ministranda, propter hoc dei uicem gerit, quā ad iudiciū coactiuum, super quenquam clericum aut laicum, ut ex iij. & v. huius, & alijs plerisq; locis ostensum est prius, sed in hoc ministri dei sunt principes, quē admodum dixit Apostolus Paulus ad Romanos xij. & beatus Petrus prima canonica sua, capit. ij. Adhuc esto quod Cōstantinus hoc asserēdo aperte dixisset esse uerum, negarem ipsius dictum, quoniam nec canonicum est, nec ad canonicum consequens. Quod si hoc per modū statuisset edicti, id obseruari expediret, sicut reliquas humanas leges, non tanquam dei ordinatione immediate statutum. Verum ex ipsa Isidori serie liquet aperte, cūctos episcopos Romano principi coactiua iurisdictione subiectos. Ad ipsius enim iudicium, non autem Romani pontificis, spontanei, non coacti suas contentiones & iurgia detulerunt, ipsius interpellantes examen atq; iudicium, ut Isidorus narrat ibidem. Et cum infertur ulterius ex eisdem antecedentibus, ad solius Romani episcopi, aut eius cum suo solo collegio sacerdotum autoritatem pertinere, generalia conuocare concilia sacerdotum & aliorum fideiū, & reliqua ordinare in eisdem,

*Rom. episcopus uicem dei gerit non aliter q̄ alius episcopus.*

*Constantini dicta non sunt de canone.*



de quibus in argumentatione prædiximus. Neganda est illatio cū suo antecedente, nam antecedentis & consequentiæ & consequentis oppositum demonstratum est xvi. & xxi. huius. Ad confirmationes horum innis autoritati siue sententiæ Isidori, quoniam interpretationem non patiūtur, eo quod hāc expressit sententiā. Dico, negando eas omnes tanquam canoni sacro, & demonstrationi super hunc firmatæ dissonas, quemadmodum xx. xxi. & xxij. huius seriose ac manifeste deduximus, & ex his etiā quæ ipsemet inducit codice supradictō. Id autem quod dixit Hieron. in expositione catholice fidei, in qua sermonem dirigens ad Romanum episcopum, inquit, Emendari cupimus à te, qui Petri fidē & sedem tenes, in quibus uidetur innuere, Romanum episcopū singulariter beati Petri successorem. Dicēdum, pro tanto dixisse Hiero. Romanum episcopum tenere fidem & sedem Petri, quia in Romana ecclesia beatus Petrus legitur præfuisse tanquam episcopus. Et quoniam ecclesia hæc statuto humano aliarū est caput, ipsam & suum episcopū denominat successorem ab apostolo digniori siue perfectiori, quamuis immediata dei ordinatione, non sit aut fuerit, autoritate aliqua sibi per Christum immediate collata, superior reliquis apostolis, ut supra induximus & plene probauimus xvi. huius. Et quod addit Hieronymus, Sin autem hæc nostra confessio apostolatus tui iudicio comprobatur &c. In quo uidetur innuere Hieronymus, ad solius Romani pontificis autoritatem pertinere, legis diuinæ, etiam in articulis fidei, dubias diffinire seu determinare sententias. Dicēdum, nec istud sensisse Hieronymum, sed hæc pro tanto dixit, quoniam ad Romanum episcopum pertinebat dare responsum de his quæ circa fidem catholicam, dubia & circa ritum ecclesiasticum diffinita seu determinata erant per cōcilium generale. Nam Romanus episcopus & ipsius ecclesia propter hoc instituta erat caput siue principalior aliarum, secūdum quem modū diximus xxij. huius. Signat autem, quod dicimus, intellexisse Hieronymum, quoniā in epistola ad Euandrum, ubi repræhēdens quosdam ritus circa diaconos ecclesiæ Romanæ, dixit expresse. Si autoritas quæritur, orbis maior est urbe, id est, autoritas omnium ecclesiarū orbis maior est ea quæ urbis Romanæ. Per illam ergo solā autoritatem, quæ aliarum maxima est & certissima, debent circa fidem dubia diffiniri, quē admodum ostensum est xx. huius. Vnde & idem Hieron. in expositione catholice fidei plane sequitur quæ sunt approbata per generalia concilia, ea uero declinat & reprobata, quæ sunt per eadem concilia reprobata. Quod si tamen sensisset Hiero, solius Romani pōtificis

*Sedes Romana.*

*Rom. episcopus respondere debet ad quaesita.*

*Autoritas Romana ecclesie.*

auctoritatem esse iam dictam, ipsius declino sententiam, tanquam non canonicam, neque per canonicam ex necessitate deductam. Non enim, ut in prioribus diximus atque probauimus, nec repetere piget, beatus Petrus aut alter apostolus per se solum, auctoritatem assumptis, quae dubia circa fidem esse poterant diffinire. Sed pro talibus conuenerunt apostoli & seniores, ut Actuum xv. inspicienti se offert. Quod uero inducebatur ex Lucae x. Qui uos audit, me audit &c. Dicendum, Qui uos audit &c. uerum est, uos, id est, generale concilium, quod solum repraesentat Christum legis aeternae latorem uel apostolorum & ipsorum ecclesiae congregationem. Diuisim uero, Qui uos audit &c. uerum est, loquentes secundum legem diuinam, non blasphemantes iniuste. Quomodo dixit Christus de Pharisaeis, Quae dicunt, facite, quae dicunt secundum legem, diuinam uide licet, ut inquit Hieronymus, Matth. xxij. super praemissum immediate Christi oraculum. Vel sic, Qui uos audit &c. in preceptis aut prohibitis lege diuina, obligatur. In concilijs uero, qualia sunt ieiunia, non obligatur, nisi fidelium omnium, aut ualētioris partis in generali concilio interueniente consensu. Ad rationes autem Bernardi, & primum ad eam quae ad Eugenium est, de consideratione libro ij. Quis es, inquit Bernardus, & idem respondens, ait, Sacerdos magnus, summus pontifex. Dicendum, quod si intellexerit hoc immediata dei ordinatione, aut legis diuinae precepto, neganda est eius responsio, quoniam sic non esset sacro canoni consona, nec deductis per necessitatem ex ipso xvi. & xxij. huius. Si uero intellexerit hunc primatum illi conuenire humana electione siue institutione, concedenda est sua responsio, secundum quem modum dictum est xxij. huius. Et cum addit, Tu princeps episcoporum, uerum est, accipiendo principem large, id est, principalem institutione praedicta, stricte uero accipiendo principem, non est concedenda Bernardi oratio, nam & ipse idem ab eodem Eugenio, & consequenter à quo libet episcopo principatum negat, ut ab eodem Bernardus ad eundem Eugenium libro primo, capitulo quinto supra induximus quinto huius. Tu haeres apostolorum, sic & alij episcopi quamuis hic principaliter, secundum modum dictum quinto, xvi. & xxij. huius. Tu primatu Abel, uerum est assumptus pro illo, humana tamē electione, uel propter illius reuerentiam, qui tempore fuit primus apostolus. Gubernatu Noë, uerum est humana institutione, inter clericos & supra clericos. Patriarcha tu Abraham, uerum est in ministrandis spiritualibus tantum, & humana institutione. Tu omnium patrum spiritualium pater. Ordine Melchisedech, uerum est quantum

Sacerdos magnus.

Princeps episcoporum.

Haeres apostolorum.

Abel.

Noë.

Abraham.

Melchisedech.

tum

tum ad sacerdotium, quod figuratum est per illum de Christo, quo modo & cæteri sacerdotes omnes, non autē quantum ad regnum. Quoniam secūdm hoc solum Christum & nullum alium sacerdotem figurauit Melchisedech, qui rex simul & sacerdos erat, nectamen Christum figurauit hic quātum ad regnum mundanum, quia nec sic Christus regnare uenit aut uoluit, ut in iij. huius ostenditur, sed ille Melchisedech simul sacerdos & mundanus rex, Christi sacerdotium, & coeleste regnum, non mundanum figurauit, & eo minus in aliquo sacerdote uel episcopo, tale enim regnū negat ab episcopo Romano Bernardus, ubi supra, & magis expresse, neque etiā quantum ad primatum sacerdotij, quenquam alium à Christo figurauit Melchisedech, sed hic primatus in alijs est, ut diximus ab humana institutione. Dignitate Aaron, uerum est quantum ad similitudinem primatus inter sacerdotes, differēter tamen ut diximus, quoniam Aaron immediata institutione dei, sed nō sic quisquam Romanus aut alter episcopus apostolorū successor. Autoritate Moses, huius oppositum aperte dixit idem, ubi supra de cōsideratione libro primo, capitulo quinto & libro iij. capitulo primo. Moses enim princeps fuit secundum legem coactiuam, ut apparet Actuum vii. quod Bernardus negauit à quolibet apostolorum successore, ubi supra. Rursum Moses hoc habuit dei ordinatione immediata, & super omnem Israēl. Romanus autem episcopus hoc immediate habet humana concessione solum, & super solos euangelicos siue templorum ministros. Iudicatu Samuēl, uerum est ad similitudinem, differenter tamen dupliciter, primo quidem, quoniam nō immediata dei ordinatione, quemadmodū Samuēl: secundo, quoniam super solos sacerdotes, & reliquos euangelicos inferiores ministros. Samuēl autem super omnem populum Israēl indifferenter. Potestate Petrus, uerum est essentiali & immediate dei actione, & sic etiā quilibet alter episcopus aut sacerdos, primatum tamē super alios sola humana institutione immediate obtinet quilibet Romanus episcopus, siue hunc beatus Petrus habuerit immediata institutione dei siue non, sed apostolorum electione, quod credimus secundum scripturam, si tamen hunc etiam sic habuerit, quemadmodum ostensum est xvi. huius. Vnctione Christus, si unctionem intendat gratiæ, uel spiritus sancti, quæ datur cum sacerdotali caractere, uerum est, quam quilibet sacerdos etiā suscipit. Si uero per unctionem intelligat primatum super omnem ecclesiam, immediata dei non hominum institutione, quem Christus solus habuit super omnes sacerdotes, ipsius declino sententiam pro-

Aaron.

Moses.

Samuēl.

Petrus.

Christus.

pter Apostolum dicentem oppositum, in plerisque scripturę locis, quemadmodum ostensum est xvi. huius. Quod uero subdit, non modo ouium, sed & pastorum tu unus omnium pastor: si intelligeret humana institutione immediate, concederem, si autem dei ordinatione seu legis diuinę statuto, quęadmodum uidetur intendere, ipsius declino sententiam, quoniam non est canonica nec ex canone per necessitatem deducta, sed oppositum magis. Et cum eam ex canone nititur astruere, subiungens. Vnde id probem quęris: ex uerbo domini, Si me amas Petre, pascue oues meas. Cui enī, inquit, non dico episcoporum, sed etiam apostolorum, sic absolute & indiscrete totę commissę sunt oues: Cui non planum, non designasse oues: Nihil excipitur, ubi distinguitur nihil. Dicendum, & cum reuerentia semper, quod miranda est interrogatio hęc, qua quęrit, cui apostolorum, nō modo dicit episcoporum, sic absolute & indiscrete totę commissę sint oues. Dico quod omnibus apostolis communiter & diuissim. Vnde id probē quęritis: ex uerbo domini euidentius quā ipse, nam Matthęi ultimo, & omnium quasi pęceptorum nouissime dixit Christus ad apostolos omnes, Euntes ergo docete omnes gentes &c. Euidētius autem dico, quoniā Ioan. xx. dixit, Pascue oues, nec addit omnes, certum est autem, quod plures compręhendit oues, qui oēs tradit uniuersaliter, q̄ qui solum indefinite, dicens, Pascue oues. Propter quod rursus, cum reuerentia, uidetur scriptura quam inducit Bernardus, aliam, & magis scripturę conuenientem interpretationem recipere, quā supra tetigimus parte nona, nec repetere piget. Nā Christus Matt. xv. dixisse legitur, Non sum missus, nisi ad oues quę perierunt domus Israēl. Quod siquidem oraculum, iuxta sanctorum interpretationes debet intelligi, nō quidē, ut inquit Hieronymus, quin & ad gentes missus, sed quod primum ad Israēl missus est &c. Remigius uero & magis ad ppositū & literę consonū. Specialiter missus est ad salutem Iudęorum, ut etiam corporali pręsentia eos doceret. Quamuis ergo secundum sanctorum expositionem, Christus missus fuerit ad salutem omnium, specialiter tamen & primum ad salutem Iudęorum, sicut etiam sonant uerba Christi secundum Matthęum, dum dixit, Nō sum missus nisi ad oues &c. Has igitur oues inter cęteras sibi appropriauit, cum subdit, Quę perierunt domus Israēl. Et quoniā hic populus semper fuit dure ceruicis, ut apparet Exodi. xxxij. & prophetarū occisor, ut ueritas ipsamet dixit Lucę xij. Petrum uero quoniā Christus nouerat constantiorem fide, ac charitate sui & proximi feruētiorē, eidē singulariter has oues recommēdauit, dum

*Omnibus apostolis commissę oues.*

*Explanatur locus Bernardi.*

*Christus ad Iudęos missus.*

dum dixit, Si amas me, pasce oues meas, id est, insiste specialiter ad docendum populum Israëli. Signat autem hoc uerū esse, quod scribitur ad Galatas ij. Cum uidissent quod creditum est mihi euangelium præpucij, sicut Petro circumcisionis &c. Nec aliunde per euangelium posset dictum apostoli confirmari. Et rursus, Dextras dederunt mihi & Barnabæ societatis, ut nos in gentes, ipsi uero in circumcisionem, id est, ad ludæos. Non igitur ex hoc quod dixit Christus, Pasce oues meas, beato Petro generaliore curam commisit, imò specialiore alicuius populi: Ea enim, quam dedit omnibus apostolis, Matthæi ultimo, & Ioan. xx. dum dixit, Euntes ergo docete omnes gentes &c. Et accipite spiritum sanctum, & quorū remiseritis peccata remittuntur &c, nulla generalior esse potest. His enim uerbis auctoritatem & curā pastoralem acceperunt omnes apostoli, & ad oēs indifferēter, quæ admodū etiā dixit Aug. de questionibus noui testamēti, q. xciiij. & supra induximus xvi. huius. Quā etiam dicat Bernar. generaliore curā cōmisit Christus alicui, ea quam Paulo, Actuum ix. dū dixit: Vas electionis est mihi ille, ut portet nomen meū corā gentibus & regibus & filijs Israëli. Et quod infra subdit Bernar. Inde est, quod alij singuli singulas sortiti sūt plebes, apparet scripturæ dissonū, nec id consentit series epistolarū Pauli, nisi posset ex scriptura cōuinci, sed oppositū, ut pridem ostēdimus. Et quod infra subiungit vi. iuxta canones tuos, alij in partē sollicitudinis &c. Si intellexerint immediata institutione dei, ipsorū dicta declino, tā scilicet Eugenij scripturā, quā sibi cōsentiētis Bernar. eo quod canonicæ nō sunt, nec uocari debēt, nisi scripturæ, de quibus diximus, xix. huius, & quoniā oppositū eius quod dicunt, sæpe probauimus per scripturam. Si uero intellexerint humana institutione immediate plenam illā potestatem, scđm quem modum diximus xxij. huius. ecclesiarū curā uniuersalē, cōcedimus eius dictū. Et rursus quod addit: Aliorū potestas certis arctat limitibus, tua extendi & in ipsos qui potestatem super alios acceperūt, nōne si causa extiterit, tu episcopo cœlū claudere. Tu ipsum &c, Dicēdum, ut prius, qđ dei ordinatione immediata nō plus habet Rom. ep̄s aut quiuis alter auctoritatis in reliquos q̄ e cōuerso. Nō enī ex crimine potest Rom. ep̄s aliū episcopū excōmunicare uel deponere auctoritate sibi per Christū immediate collata, magis q̄ e conuerso, ut xv. & xvi. huius, per scripturā ostēsum est, & pridē etiā repetitū. Si uero intelligat Ber. hūc primatū ab humana cōcessione immediate, tūc illum habet super reliquos episcopos, in spiritualibus ministrādis, qui sibi per generale cōciliū concessus fuerit: & in tēporalibus eum

*Quibus uerbis  
apostoli auctori-  
tatē acceperint*

*Rom. ep̄s  
auctoritas.*

pter Apostolum dicentem oppositum, in plerisque scripturę locis, quemadmodum ostensum est xvi. huius. Quod uero subdit, non modo ouium, sed & pastorum tu unus omnium pastor: si intelligeret humana institutione immediate, concederem, si autem dei ordinatione seu legis diuinę statuto, quę admodum uidetur intendere, ipsius declino sententiam, quoniam non est canonica nec ex canone per necessitatem deducta, sed oppositum magis. Et cum eam ex canone nititur astruere, subiungens. Vnde id probem quęris? ex uerbo domini, Si me amas Petre, pasce oues meas. Cui enī, inquit, non dico episcoporum, sed etiam apostolorum, sic absolute & indiscrete totę commissę sunt oues? Cui non planum, non designasse oues? Nihil excipitur, ubi distinguitur nihil. Dicēdum, & cum reuerentia semper, quod miranda est interrogatio hęc, qua quęrit, cui apostolorum, nō modo dicit episcoporum, sic absolute & indiscrete totę commissę sint oues. Dico quod omnibus apostolis communitur & diuisim. Vnde id probē quęritis? ex uerbo domini euidentius quā ipse, nam Matthęi ultimo, & omnium quasi pręceptorum nouissime dixit Christus ad apostolos omnes, Euntes ergo docete omnes gentes &c. Euidētius autem dico, quoniā Ioan. xx. dixit, Pasce oues, nec addit omnes, certum est autem, quod plures compræhendit oues, qui oēs tradit uniuersaliter, quę qui solum indefinite, dicens, Pasce oues. Propter quod rursus, cum reuerentia, uidetur scriptura quam inducit Bernardus, aliam, & magis scripturę conuenientem interpretationem recipere, quā supra tetigimus parte nona, nec repetere piget. Nā Christus Matt. xv. dixisse legitur, Non sum missus, nisi ad oues quę perierunt domus Israēl. Quod siquidem oraculum, iuxta sanctorum interpretationes debet intelligi, nō quidē, ut inquit Hieronymus, quin & ad gentes missus, sed quod primum ad Israēl missus est &c. Remigius uero & magis ad ppositū & literę consonū. Specialiter missus est ad salutem Iudæorum, ut etiam corporali pręsentia eos doceret. Quamuis ergo secundum sanctorum expositionem, Christus missus fuerit ad salutem omnium, specialiter tamen & primum ad salutem Iudæorum, sicut etiam sonant uerba Christi secundum Matthæum, dum dixit, Nō sum missus nisi ad oues &c. Has igitur oues inter cęteras sibi appropriauit, cum subdit, Quę perierunt domus Israēl. Et quoniā hic populus semper fuit durę ceruicis, ut apparet Exodi. xxxij. & prophetarū occisor, ut ueritas ipsamet dixit Lucę xij. Petrum uero quoniā Christus nouerat constantiorem fide, ac charitate sui & proximi feruētiorē, eidē singulariter has oues recommēdauit.

*Omnibus apostolis commissę sunt oues.*

*Explanatur locus Bernardi.*

*Christus ad Iudæos missus.*

dum

dum dixit, Si amas me, pasce oves meas, id est, insiste specialiter ad docendum populum Israël. Signat autem hoc uerū esse, quod scribitur ad Galatas ij. Cum uidissent quod creditum est mihi euangelium præpucij, sicut Petro circumcisionis &c. Nec aliunde per euangelium posset dictum apostoli confirmari. Et rursus, Dextras dederunt mihi & Barnabæ societatis, ut nos in gentes, ipsi uero in circumcisionem, id est, ad ludæos. Non igitur ex hoc quod dixit Christus, Pasce oves meas, beato Petro generaliore curam commisit, imò specialiore alicuius populi: Ea enim, quam dedit omnibus apostolis, Matthæi ultimo, & Ioan. xx. dum dixit, Euntes ergo docete omnes gentes &c. Et accipite spiritum sanctum, & quorū remiseritis peccata remittuntur &c, nulla generalior esse potest. His enim uerbis auctoritatem & curā pastorem acceperunt omnes apostoli, & ad oēs indifferēter, quæ admodū etiā dixit Aug. de questionibus noui testamēti. q. xciiij. & supra induximus xvi. huius. Quā etiā dicat Bernar. generaliore curā cōmisit Christus alicui, ea quam Paulo, Actuum ix. dū dixit: Vas electionis est mihi ille, ut portet nomen meū corā gentibus & regibus & filijs Israël. Et quod infra subdit Bernar. Inde est, quod alij singuli singulas sortiti sūt plebes, apparet scripturæ dissonū, nec id consentit series epistolarū Pauli, nisi posset ex scriptura cōuinci, sed oppositū, ut pridem ostēdimus. Et quod infra subiungit vi. iuxta canones tuos, alij in partē sollicitudinis &c. Si intellexerint immediata institutione dei, ipsorū dicta declino, tā scilicet Eugenij scripturā, quā sibi cōsentiētis Bernar. eo quod canonicæ nō sunt, nec uocari debēt, nisi scripturæ, de quibus diximus. xix. huius, & quoniā oppositū eius quod dicunt, sæpe probauimus per scripturam. Si uero intellexerint humana institutione immediate plenam illā potestatem, scđm quem modum diximus xxij. huius. ecclesiarū curā uniuersalē, cōcedimus eius dictū. Et rursus quod addit: Aliorū potestas certis arctat limitibus, tua extendi & in ipsos qui potestatem super alios acceperunt, nōne si causa extiterit, tu episcopo cœlū claudere. Tu ipsum &c, Dicendum, ut prius, qđ dei ordinatione immediata nō plus habet Rom. ep̄s aut quiuis alter auctoritatis in reliquos q̄ e cōuerso. Nō enī ex crimine potest Rom. ep̄s aliū episcopū excōmunicare uel deponere auctoritate sibi per Christū immediate collata, magis q̄ e cōuerso, ut xv. & xvi. huius, per scripturā ostēsum est, & pridē etiā repetitū. Si ō intelligat Ber. hūc primatū ab humana cōcessione immediate, tūc illum habet super reliquos episcopos, in spiritualibus ministrādis, qui sibi per generale cōciliū concessus fuerit: & in tēporalibus eum

*Quibus uerbis  
apostoli autori  
tatē acceperint*

*Rom. episcopi  
auctoritas.*

qui eidem super reliquos per mortalem legislatorem concessus ex-  
 titerit. Et quod additur ultimo, quantum ad hanc orationem, Stat  
 ergo inconcussum priuilegium tuum tibi &c. Dicendum quod ue-  
 rum est, nam potestatem ligandi & soluendi homines à peccatis  
 ipsosq; docendi & sacramenta legis æternæ salutis ministrandi po-  
 testatem habet Romanus episcopus, & sic lege diuina quilibet al-  
 ter episcopus & sacerdos. Si uero per priuilegium intelligat Ber-  
 nardus; primatum aliquem Romano episcopo lege diuina seu dei  
 ordinatione immediata super reliquos episcopos debitum, eius ue-  
 lut prius, & propter assignatas causas declino sententiam. Ad  
 aliam uero eiusdem Bernardi orationem, qua libro & capitulo iiii.  
 ad eundem Eugenium innuere uidetur, ad Romanum episcopum  
 pertinere iurisdictionem coactiuam, quam sub metaphora tempo-  
 ralem gladium appellauit, non modo super clericos, uerum etiam  
 super laicos, cum dixit, Quem tamen, gladium scilicet, qui tuum ne-  
 gat, non satis mihi uidetur attendere uerbum domini &c. Et in fine  
 concludens, inquit, uterq; ergo ecclesiæ & spiritalis, scilicet gladius  
 & materialis. Cū reuerētia nec minus cū admiratione dicendum,  
 quod idē ipse Bernardus sibi de hac materia dissonē, quinimò con-  
 trarie prounciavit aperte, inquit enim de hac autoritate seu po-  
 testate loquēs, ubi supra immediate. Quid tu denuo, papa scilicet,  
 usurpare gladium tentes, quem semel iussus es reponere in uagi-  
 nam: Constat autem, quod quis usurpat, ad suam autoritatem mi-  
 nime pertinere. Sed dicit Bernardus aut eius interpres, iuxta  
 id quod dixit in fine sermonis huius, quod quamuis autoritas iam  
 dicta ad sacerdotem pertineat, tamen executio per ipsum fieri non  
 debet, quod exerere materiale gladium dixit. Verum responsio  
 hæc non est ad intentionem scripturæ. Non solum enim hanc gla-  
 dii materialis extractionem Christus à se negauit, uerum etiam &  
 iudicium id, atque præceptum de illo exerendo, dum dixit Lucæ  
 xij. petenti ab ipso tale iudicium. Homo, quis me constituit iudicem  
 aut diuisorem super uos? Quod uerbum cum quibusdā alijs, tam  
 Christi quàm apostolorum, tractans Bernardus ad Eugenium de  
 consideratione libro primo, capitulo quinto, & supra induximus  
 quinto huius, sic ipsum exponentis in hoc loco interpretationem  
 interimit, inquit enim ad eūdem papam, Audi apostolum quid de  
 huiusmodi, autoritate, scilicet tēporalia iudicandi, sentiat, & est pri-  
 mæ ad Corint. vi. Sic nō est sapiēs inter uos, ait ille, qui iudicet inter  
 • fratrem & fratrem. Et infert, Ad ignominiam uobis dico, cōtemptibilio  
 • res qui sunt in ecclesia, illos cōstituite ad iudiciū. Itaq; scđm aposto-  
 lum

*usurpamus  
 aliena.*

*Christus gladi-  
 um & iudiciū  
 à se repulit.*



lum indigne tibi usurpas tu apostolicus officium uile, gradum contemptibilem, attende quod de officio loquitur, nō de executione. Vnde & dicebat episcopus, Paulus scilicet, episcopū instruens, Timotheum uidelicet, Nemo militans deo, implicat se negotijs secularibus, ego autē parco tibi. Nō enim fortia loquor, sed possibilia. Putas ne hæc tempora sustinerēt, si hoībus litigātibus pro terrena hæreditate, & flagitātibus abs te iudiciū, uoce domini respōderes, o homines quis me cōstituit iudicē super uos. In quale mox iudiciū tu uenires, quid diceret homo rusticanus & imperitus? Ignoras primatum tuū, inhonoras summā & præexcelsam sedē, derogas apostolicæ dignitati. Et tamen nō mōstrabunt puto, qui hoc dicēt, ubi aliquando quispiā apostolorum iudex sederit hominum, aut diuisor terminorum, aut distributor terrarum. Stetisse denicq; lego apostolos iudicandos, sedisse iudicantes non lego, erit, illud non fuit. Ita ne imminutor est dignitatis seruus, si non uult esse maior domino suo, aut discipulus si nō uult esse maior, eo qui se misit, aut filius, si non transgreditur terminos quos posuerunt patres sui? Quis me cōstituit iudicem, ait ille magister & dominus, & erit iniuria seruo, discipuloq; nisi iudicet uniuersos? Non solum ergo remouet Bernardus, quinimō uerius Christus & apostoli à suis successoribus, sacerdotibus, & episcopis, executiōem secularis iudicij, uerum etiam officium, siue autoritatem de talibus iudicādi, propter quod infra subiungit idem. Habent hæc infima & terrena iudices suos, reges & principes terræ. Quid fines alienos inuaditis? quid falcem ueltram in alienam messem extenditis? Hanc rursus sententiam repetit & confirmat, libro ij. capitulo iij. & supra induximus quinto, xi. & xxij. huius. Vbi ad propositam intētionem, sic inquit, Nunquid dominationem, supple reliquit apostolus Petrus, successoribus suis? audi ipsum, Petrum uidelicet, Non dominantes, ait, de clero, sed forma facti gregis. Et ne dictum sola humilitate putes, ne etiam ueritate, uox domini est in euangelio, reges gentium dominantur eorū, & qui potestatem habent super eos, benefici uocantur. Et infert, Vos autē nō sic. Planū est, apostolis interdictū dominatus, I ergo tu, & tibi usurpare aude, aut dominus apostolatū, aut apostolicū dominatū, plane ab utroque prohiberis, supple simul habēdo, & hoc est quod subdit ibidē Bernar. Si utrūq; simul habere uoles, perdes utrunq; alioquin nō te exceptū illorū numero putes, de quibus queritur deus sic, Ipsi regnauerunt & non per me, principes extiterunt, & nō cognoui eos. Amplius eādē profert sententiā in epistola quadā ad archiepiscopū Senonensem, ubi sic inquit,

Hæc

*Discipuli iudicati non iudicantes,*

Hæc isti suggestores, inobediētiae scilicet, sed Christus alit̄ & iussit & gessit. Reddite ait, quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt dei deo. *Christus quod docuit, fecit.* Quod ore locutus est, mox opere implere curauit. Conditor Cæsaris non cūctatus est Cæsari reddere censum. Exemplum enim dedit uobis, ut & uos ita faciatis. Quomodo uero dei sacerdotibus debitam negaret reuerentiā, qui hanc quoq; secularibus potestatibus exhibere curauit. Noluit ergo Christus principibus huius seculi tēporaliter dominari, sed subijci, & debitū illis censum atq; reuerentiam reddere, id faciēdi cūctis eius successoribus, apostolis primū, demum sacerdotibus, & episcopis præbens exemplum. Adhuc expressius eandem sententiam infra subiungens, ait. Quid igitur uos o monachi sacerdotum grauat autoritas, metuitis infestationem: sed si quid patimini propter iusticiam, beati secularitatem contemnitis, id est, principātes in seculo. Sed secularior nemo Pilato cui dominus astitit iudicāndus. Non haberes, inquit, in me potestatem, nisi tibi data esset de super. Iam tunc pro se loquebatur, & in se experiebatur, quod post per apostolos clamauit in ecclesijs, Non est potestas, nisi à deo. Et qui resistit potestati, dei ordinationi resistit. Ite nunc ergo resistere Christi uicario, cū nec suo aduersario Christus resisterit, aut dicite si audetis, sui præfulis deum ordinationem nescire, cum Romani præsidis potestatem Christus quoq; super se fatetur fuisse cœlitus ordinatā. Vsurpat ergo episcopus alienum officium & in alienam messem falsam extendit, dum se iudicio secularium actuum ingerit, inter homines, cuiuscunq; conditionis existant. Et quod addit Bernardus in præmissa instantia. Quē tamen qui tuum negat, nō satis mihi uidetur attendere uerbū domini, &c. Dico quod nullus quem uiderim aut audiuerim, id negauit aut negare pōt expressius, ut ex ipsius præinductis orationibus liquet. Quibus etiam adiungendum, cum reuerētia, semper conueniētior rem esse aliorum sanctorum expositionem super hūc locum. Fuit enim (ut omnes concordant) locutio Christi metaphorica, dum dicentibus discipulis, Ecce duo gladij, respondit dominus, satis est. Vnde Chrysost. Equidem si humano uolebat eos uti præsidio, nec centū sufficerent gladij. Quod si nolebat eos uti humano subsidio, etiā duo superuacui sunt. unde apparet uerborū Christi sensum fuisse mysticū, quod etiā signat manifeste ipsius sermo, dū Mat. xxvi. & Ioan. xviij. tēpore defensionis, si qua per illos gladios fieri debuisset, inquit Petro, Cōuerte gladium tuū in locum suum, uel in uaginam, in quo significauit se nō præcepisse, munitionem fieri per apostolos gladiatorum, sed mystice fuisse locutum, secūdem quē sensum suffi

*Iudicium secularium non pertinet ad episcopū.*

sufficiens attendens uerbum domini, beatus Ambrosius exponit uerba prædicta, sic inquit, Duo gladij permittuntur, unus noui, alter ueteris testamēti, quibus aduersus diaboli munimur insidias. Et dicitur satis est, quia nihil deest ei, quem utriusq; testamenti doctrina munierit. Verum, qui ad usurpandos principatus sacerdotes anhelant, & toto exteriori conamine, licet indebite, tendunt: peregrinas expositiones scripturæ, quæ ipsorū opinionem corruptam & affectionē peruersam sapere uideantur, libenter recipiunt. Quod si tamen literaliter uerba Christi sumantur, nihil sunt contra nostram sententiam, quoniam gladius materialis nō est principatus, neq; iudicium secularium actuum, neq; etiam secūdum metaphoram, iuxta Christi sententiam, principatum siue officium secularis iudicij, quod Christus Petro aut alteri apostolo cōmiserit, signare potest, ut idem Bernardus probauit alibi manifeste, ubi supra induximus, & etiam per scripturam indubie mōstrauimus iij. huius, & quinto. Et quod subiungit, Forsitan tuus, & tuo nutu exerendus, dico quod dixit forsitan, quamuis nō debuisset in hoc dubitare, nisi fortasse hoc sanè intelligat, qd' princeps in exerēdo gladium ad nutum sacerdotis, id est, ad cōsiliū sacerdotis in generali uel speciali consilio secundum exigentiam facti emergentis attendere debet: ut in mouendo bellum, dubitans utrum iuste secundum legem diuinam, debet uti cōsilio sacerdotū, ne mortale peccatū incurrat, sicut & in reliquis suis actibus monasticis & ciuilibus, præsertim etiā in quibus dubitat per ignorātiā mortale peccatū incurrere, non quidem quod propterea sacerdoti subijciatur in tali officio. Sic enim in conferendis disciplinarū licentijs & expellendis à ciuitate leprosis, uti debet cōsilio peritorum, quibus in iurisdictione nō subijcitur, quemadmodū diximus decimo huius. Vnde Bernar. in fine sermonis iā dicti ait, qd' nutu sacerdotis & iussu Imperatoris hic gladius exeri debet, non ergo per nutum intellexit Imperium, siue autoritatem coactiuam, sed consilium, quoniam hoc ad Imperatorem, siue principem expressit pertinere, quamuis Romanus episcopus hunc gladium exeri persæpe etiā inter Christi fideles aduersus inuicem minus iuste præcipiat. Et ad unū dicere, si Bernardus ex his uerbis intelligat tale officū siue iudiciū ad sacerdotis siue episcopi cuiusq; autoritatē pertinere, tanquā in hoc superiorem alicui principanti, secūdum tertiæ significationis iudicium in hoc seculo: Dico quod in manifesto, tā sibi quā scripturæ sacræ quā inducit, contradicit aperte, ut ex prædictis apparet, propter qd' simpliciter eius in hoc loco, si talis fuerit, declino sententiā, tanq; non canonicā sed canonicā dis-

*Duo gladij,  
utraque testa-  
menta.*

*Episcopi bella  
mouent minus  
iuste.*

dissonam atq; contrariam. Ad dicta uero sanctorum atq; doctorum, & praecipue super scripturam inductam ex Matth xvi. Tu es Petrus & super hanc petrā &c. Et rursus super illud Lucae xxij.

- » Ego autē rogavi pro te Petre &c. Amplius & super illud Ioan. xxi.
- » Si amas me, pasce oues meas. Quibus siquidē dictis uidetur intendere, beato Petro per Christum immediate super reliquos apostolos traditam potestatem seu auctoritatem, ipsum uocantes apostolorum principem, & uniuersalem pastore & ipsorum quidā caput ecclesiae. Dicendum (cum reuerētia tamen) quod auctoritatem nullam essentialē, quam sacerdotalem diximus, nec accidentalem aliquam pastoratus praexcellētiā super reliquos apostolos Christus immediate beato Petro tradidit, sed ab illo & ceteris inuicem remouit, ut xvi. huius per scripturam & sanctorum atque doctorum expositionem euidenter ostēdimus. Et modo quodam repetiuimus circa principium capit. huius. Vnde Christū & Apostolum & ipsorum quorundam alibi dicta sequens, quam super inducta iam scripturae loca & alia quaecunq; similia dicere uidentur sententiā de tali primatu seu principalitate, aliter quā xvi. & xxij. huius, dixerimus, declino. Quoniā canonica nec est, nec canonicā sequitur, quinimō ipsorum aliqui oppositū dixerūt alibi, exponendo scripturam. Hic autem talia proferunt extra scripturam ex propria sententia, sequentes cōsuetudinem, & magis attendētes quaedam dicta famosa, quā uerba scripturae. Quis enim non admirabitur, contēdentibus apostolis, quis eorū esset maior, Christum respondisse, semper inter ipsos æqualitatem & prioritatem auctoritatis ab ipsorum quocunq; negasse, si intendebat beatum Petrum inter ipsos principaliorē & caput? Quid etiam Christus non dedit reliquis mandatum, ut Petro subessent in officio pastorali, ne tantum mysterium lateret eos & ipsorum successores, quātum erat caput ecclesiae? Nusquam enim legitur in scriptura tale mādatum fuisse datum apostolis. Quomodo etiā dexterās dedit Petrus Paulo societatis? imō mādatum dare debuit tanquam superior. Et ad unum dicere, tota scriptura, ubi tāgitur materia; hęc, huius sententiā oppositum clamat aperte. Esto amplius, quod tamen secundum scripturam negauimus beato Petro, per Christum immediate fuisse commissam curam pastorem aliorum apostolorum, non tamen propterea per scripturam conuinci posset, Romanum aut alium quemuis episcopum post mortem beati Petri esse pastorem omnium aliorū immediata Christi ordinatione, sed cōuenit alicui talis auctoritas per electionem humanā immediate, quē admodum

*Aequalis dignitas sacerdotū.*

xvi. xvij. & xxij. huius ostendimus prius. Et cum inducebatur, ecclesiam acephalā esse, neq; fuisse ordinatā à Christo secundū optimam dispositionem, si eam absq; capite in sui absentia reliquisset, possumus dicere secundum Apostolum ut prius, quod Christus semper caput remansit ecclesiæ: omnesq; apostoli & ecclesiastici ministri, membra, ut plane patet ad Ephelios iij. & alijs plerisque locis, de quibus sufficienter induximus xxij. huius, parte quinta. Et hoc etiā Christus ipse manifeste significauit Matthæi ultimo, dum dixit, Ego autem uobiscum sum usq; in seculi cōsummationem. Et dicat disputans, nunquid etiam sit acephala, mortali capite uacante ab episcopo, Romana sede pleruncq; & constat quod sic. Nec tamen propterea concedendum eam inordinatā, aut prauē dispositā à Christo relicta, propter quod redire oportet ad prædicta, & ea quæ in solutione sequentis instatiæ dicturi sumus. Rationi uero quæ apparens est, ut amplius satisfaciatur, dicamus in formā. Cum enim ex ipsa deducitur & infertur, Christum non ordinasse ecclesiam secundū optimam dispositionem, si caput mortale determinatum, in sui absentia non reliquisset eidem, Negāda est illatio. Et cum uidetur id astrui, propterea quod ecclesia est in meliori dispositione per huius capitis institutionem, concedendum utiq; credo, meliorem ecclesiastici ritus & obseruandæ fidei dispositionem, per huiusmodi capitis mortalis institutionem, non tamen immediate fiendam per Christum. Quoniam si sic, tunc semper, uel ut in pluribus hoc modo prouenire deberet, ex Christi ordinatione. Sed melius fuit determinandum & eligendum per fidelium institutionem, & hanc fuisse optimam dispositionem à Christo traditam ecclesiæ militanti, ut hic ad exemplum traheretur imposteriorum, & scandalosa materia tolleretur, tam ab apostolis q̄ reliquis eorū successoribus atq; fidelibus. Quoniam Romanæ urbis aut cuiusuis alterius, fortasse non semper sunt clerici sacra scriptura & uita præstantiores, cæteris mūdi collegijs. Ut in ipsorum comparatione ad Parisiensis uniuersitatis & cleri collegium satis apparet, ppter quod relinquendo fidelibus institutionem talis capitis ecclesiæ, quemadmodum diximus xxij. huius, parte viij. & ix. Christus eam in optima conuenientium humanæ conuersationi, dispositione reliquit, quo modo fortasse apostoli Petrū caput instituerūt ecclesiæ, quem admodum ex Anacleti decreto induximus xvi. huius, parte duodecima. Quod autem dixit Augustinus, super illud Ioan. xxi. Sic eum uolo manere, quod uita quæ est in fide, signata est per apostolum Petrum propter sui apostolatatus primatum. Dico Christum in

G      telle

Caput ecclesiæ

Membra ecclesiæ.

Parisenses peritiores in scripturis sacris, quam Rom.

tellexisse tempore, quoniã inter cæteros ad apostolatam per Christum uocatus est prius, sicut etiam clauium promissionem tempore primus accepit, secũdum eundem Matth. xvi. super illud, Tibi dabo clauẽ regni cœlorum. Vita enim quæ est in fide, uidelicet corruptibilis huius seculi, præcedit tempore illã, quæ est in spe incorruptibilem alterius seculi. Ad eã uero cõfirmationem obiectionum, quæ inducebatur ex Decretis siue Decretalibus põtificum Romanorum, dicẽdum generaliter ad omnes huiusmodi scripturas atq; sermones, nõ quales diximus xix. huius, quod ipsis ueritatis credulitatem non tenemur præstare, neq; in quibus sententiarum prædictarum, quas cum scriptura tenemus, oppositum cõtinet, sed eas, quamuis cum reuerentia, declinamus, & aperte negamus. Et quod singulariter concludere uolunt, ad Romanum episcopũ solum, aut cum suo clericorum collegio, pertinere auctoritatem instituẽdi personas ad ecclesiastica officia, & pro illis temporalia siue beneficia conferendi. Dicendũ, quod si per officia ecclesiastica intelligantur sacri ordines & characteres, qui cum his imprimuntur in anima uel habitus quidam. Hæc inquam officia, per solos episcopos siue pastores posse conferri, siue à deo per ministerium eorũ tantũmodo, & nullius alterius collegij, uel singularis personæ. Et hoc credendum de necessitate salutis, uel nõ ipsius oppositum, quia sic ordinatum reperitur lege diuina, nõ quidem quoniã sic statutum est, per humanas aliquas Decretales siue Decreta. Quamuis tamẽ ut diximus xvij. huius, personarũ habilitatis ad hæc suscipiẽda officia examen & determinatio, nõ sine legislatoris fidelis auctoritate, uel eius principantis fieri debeat, ut ubi supra mōstrauimus, & xv. primæ. Si uero per officia ecclesiastica intelligantur determinationes seu institutiones præbyterorum & aliorũ iam dictorũ officiorum ad curas animarũ, maiores aut minores, in certis locis & ad certos populos gubernandos, talia instituere officia, siue personarum ad hæc determinationes facere, & pro his ecclesiastica temporalia distribuere seu conferre, ad fidelem legislatorem pertinet, secũdum quem modũ diximus xvij. huius. Idq; generaliter & ubiq; nullius unici episcopi, aut collegij sacerdotũ, auctoritatis esse nec expedire, quẽadmodũ xvij. & xxi. huius ostẽsum est. Quod ergo obijcitur nobis oppositũ horum, ex Decretis & Decretalibus Romanorum pontificum. Dicẽdum, quod quamuis huiusmodi Decretales siue Decreta, & quæcũq; aliæ scripturæ siue sermones cõsimiles, non quales diximus xix. huius, possint continere plurima documẽta & consilia, etiam utilia, tam pro statu præsentis seculi, quàm uenturi

inquan

*Decretis & Decretalibus, non omnino adhibenda fides.*

*Officia ecclesiastica à quibus institui debeat.*

*Beneficia distribuenda à legislatore.*

inquātum ab episcopo Romano, etiā cum suo collegio clericorum, præter licētiā fidelis legislatoris aut principis, aut aliter seu contra formam dictam. xxi. huius, statuta huiusmodi neminem obligare ad culpā uel pœnam, & præcipue temporalem. Sic nanq̄ di-  
 sponuntur eiusmodi ferentes traditiones, quēadmodum pharisæi & scribæ, ad quos Christus Marci viij. inquit, In uanum autem me collunt, docētes doctrinas & præcepta hominū, relinquētēs enim mandatum dei, tenetis traditiones hominum. Et parū infra, Bene irritum facitis præceptum dei, ut traditionem uestram seruetis, Decretales atq̄ Decreta uidelicet de temporalibus usurpandis. Non enim sunt Decretales inquantū huiusmodi, leges diuinæ aut humanæ, sed narrationes aut documēta, & in pluribus oligarchica quædam statuta. Propter quod taliū ordinatores, cōtra formā, & præter autoritatem iam dictam, ad ipsorū quoq̄ obseruationem quenquam inducentes uerbis subrepticis, quasi cogentes, comminādo simplicibus eorum transgressoribus, damnationem æternam, aut blasphemias siue anathemata, uel alias maledictiones inferentes in quenquam uerbo uel scripto, corporaliter sunt extremo puniendi supplicio, tanquam conspiratores & ciuilibus schismatis concitatores. Est enim hæc grauissima species criminis læsæ maiestatis. Quoniam in principatum directe committitur, ad eius etiā supremi pluralitatem, & consequenter per necessitatem ad solutionem cuiuslibet politiæ perducens.

*Decretalium  
legislatores.*

*Decretales neque  
diuinæ neque  
humanæ leges.*

## DE SOLVTIONE INSTANTIARVM, EX SCRIPTVRA INDV

ctarum tertio huius, ad ostendendum iurisdictionem coactiuam episcopis, & supremam Romano episcopo inquantum huiusmodi conuenire.

## CAPVT XXIX.



D reliquas uero instātiās exscriptura inductas tertio huius, ppter quas fortassis alicui uideretur posse conuinci, Romanū papā uel aliū quēuis episcopum, iudicem esse secundum tertiā significationē super omnes clericos, aut indifferēter super reliquos omnes, absq̄ tamen humani legislatoris institutione, sed dei ordinatione immediata. Dicēdū, & primo ad eā quæ sumebatur ex Matth. xvi. dum dixit Christus beato Petro, Tibi dabo clauēs regni cœlorū &c. q̄ ex his uerbis nō aliā potestātē beato Petro aut alteri apostolo tradidit Christus, q̄ ligandi & soluēdi homines à pct̄is, sicut expresse dicit beatus Bernar. ad Eugenium de consideratione libro primo

*Potestas sacerdotum.*

G ij cap.

*Claves regni  
caelorum, non hu-  
ius mundi.*

cap. v. & supra induximus quinto huius, parte secunda. de qua etiā seriose dictū est vi. huius & vii. Nec illius plenitudinem aliter q̄ dictum sit xxiij. huius. Vnde propter hæc uerba, Romanus aut alter ep̄s uel sacerdos, in apostoli aut apostolorū persona, coactiuam in hoc seculo autoritatē siue iurisdictionē in quēquam clericū aut laicum nō accepit à Christo. Dictū enim est, Tibi dabo claves regni caelorum, ad differētiā regni mūdani. Ab huiusmodi nāq; regimine sui exemplo Christus unūquenq; apostolum & eorū successorem ep̄iscopū siue præsbyterū significauit exclusum, dū dixit Lucę xij. Homo, quis me cōstituit iudicē, terrenorū uidelicet? Idēq; per alia præinducta iij. & v. huius. Eodē quoq; siue consimili modo dicendum est ad autoritates sumptas ex canone, Matt. xviij. & loā. xx. dū dixit Christus apostolis, Quęcūq; alligaueritis super terrā &c. Et quorū remiseritis peccata &c. Nō enim ex his uerbis aliā, quā iam dictā & secūdam quem modū diximus, Christus illis tradidit potestātē. Ad aliā quę sumebatur ex Matth. xi. dū dixit Christus, Omnia mihi tradita sunt à patre meo. Dicendū quod nō sequitur, Omnia mihi tradita sunt à patre meo, ergo potestātē omniū apostolo uel apostolis tradidi, sicut etiā diximus iij. huius. Nō enim ex hac inquisitione dubitatur, quid Christus tradere potuerit potestatis & autoritatis, apostolo uel apostolis, & ipsorū successoribus, sed quid tradere uoluerit & de facto tradiderit, & à qua ipsos phibuerit consilio uel præcepto. Hæc enim ostēsa sunt sufficiēter iij. v. & vi. ac ix. huius. Vnde Bernar. etiā hoc intendēs ad Eugeniū de cōsideratione lib. iij. cap. primo, sic inquit, Nō enim reor omnē modū, sed sane quodā tenus, ut mihi uidetur, dispēsatio tibi super illū credita est, uidelicet super orbem, nō data possessio. Si pergis usurpare hūc, cōtradicit tibi, qui dicit, Meus est orbis terrę & plenitudo eius. Non tu ille de q̄ propheta, Et erit oīs terra possessio eius. Christus hic est, qui possessionem sibi uēdicat, & iure creationis & merito redemptionis. Et plura subiūgit ad propositū, quæ omni ppter sufficientiā præmissorū & abbreviationē sermonis. Non igit Christus omnia, & scđm modū sibi tradita, tradidit apostolo uel apostolis, sed certa solū, & scđm certū modū. Amplius scđm gloss. oīum sanctorū super hūc locū, intendebat Christus, hāc traditionem sibi factā scđm diuinitatē, qua dei filius æternus erat: quod nulli apostolorū aut successorū cōuenire potuit, ppter quod hic sermo Christi nec etiā apparēt, aliquid infert cōtra sentētiā quā tenemus. Ad eā uero quæ sumebat Matth. xxviij. & ultimo, dū dixit Christus, Data est mihi oīs potestas in cœlo & in terra. Dicēdum, sicut diximus ad immediate præmissam, nō enim ppter hoc sequitur, esto etiam quod



quod secūdū humanitatē omnē potestatē suscepit in terris, quod oēm potestatē apostolo uel apostolis tradiderit, sed solū eā, de qua dictū est Matth. ultimo, & loā. xx. quā etiā explicauimus vi. huius, *Regnū Christi.* & vii. Quoniā & scđm hāc solū regnare uenit Christus, unde Hier. super hūc locū. In caelo autē & in terra potestas data est, ut qui ante regnabat in caelo, per fidē credentiū regnet in terris. Quod autē ex Mat. vii. & Mar. v. sumebat. Dæmōes autē rogabāt eū, dicētes &c. Dicendū, nec id dictū obuiare sentētig, quam tenemus. Esto nanq; sicut uerū est, Christū habuisse si uoluisset, etiā scđm humanitatem, dominiū, & oēm potestatē tēporaliū, nō ex hoc per necessitatē pōt inferri, eū tradidisse apostolo uel apostolis, aut ipsorū successoribus cōsimilē potestatē, quinimō, tā opere q̄ sermone Christus illis mōstrauit, tēporaliū fugere possessionē atq; dominiū, sic etiā iurisdictionē coactiuā cuiusq; in hoc seculo, siue iudiciū, ut iij. huius & v. monstratū est, & repetitū ca. p̄cedēte. Qđ si tamē Christus aliquādo usus fuerit taliū potestate siue dominio, nō tamē humani principātis seu iudicis modo, sed miraculose ac raro ualde diuina potestate potius q̄ humana, ut in pposito & in arefectione ficulneg, suis apostolis ex hoc significare uolens sui diuinitatis naturam, unde ipsos amplius in fide firmaret, uel etiā propter aliquod melius, occultum homini & in occultum sibi, sicut dicūt ibidē Chrysol. & Hier. Vt sit *Porci à demonibus suffocati* inquit Hiero. Salutis hominū occasio per porcorū interfectionem. Et ideo Christus, nec ipos miracula facere docuit, ut ex Aug. de uerbis domini, super Mat. sermōe x. supra induximus iij. huius. Eoq; minus ipsos uoluit exercere potestatē, in alienā iacturā & scandalū propter qđ talia non exercuit, ut ipsi talia exercere deberēt, sed ut illis se uerū deū ostenderet esse. Ei ŷo instātiae, quæ inducebat ex Matth. xxi. Mar. xi & Lucē xix. Tunc misit duos discipulos dicēs eis Iesus, Ite in castellū qđ contra uos est, & inuenietis alinā alligatā &c. similiter dicēdū est, quē admodū instātig immediate p̄missig. Ea ŷo quæ de duobus gladijs, sumpta Lucē xxi. & quæ de pastu ouiu ex Ioan. xxi. nil cōtradiciūt, aut cōtradiciēs inferunt necessario sentētig quā tenemus, sicut seriose mōstrauimus p̄cedēti cap. nō enim ex his b. Petro uel alteri apostolo, aut ipsorū successori cuiq; coactiuā in hoc seculo cuiusq; iurisdictionē tradidit, siue iudiciū, sed officiū pastoratus, de quo traditū est sufficienter ix. huius. Qđ autē inquit apostolus primæ ad Corint. vi. Nescitis quoniā angelos iudicabimus, quāto magis secularia: nec cōtradictoriū est sententiæ quā tenemus, nec cōtradictoriū infert. Nō enī sermone seu scriptura p̄dicta, monebat seu alloq̄bat apostolus, sacerdotes tantū mō sed generaliter oēs fideles de Corincho, nā iisdē generaliter, ut ex

salutatione patet, scripsit epistolā. Cōtēdebāt enim inuicē de secularibus & ciuilibus, corā infidelibus iudicibus se trahentes, ppter qđ monebat ipsos Apostolus, tanqđ pastor ipsis cōsulēdo, ut ex cōtū fidelium sibi iudices cōstituerēt, nō quidē sacerdotes aut epōs, sed alios ab his, ppter qđ immediate subdit Apostolus. Secularia igit iudicia, si habueritis, cōtēptibiles qui sunt in ecclesia, illos cōstituite ad iudicādū, ad uerecūdiā uestrā dico, sic nō est int̄ uos sapiēs quisqđ, qui possit iudicare inter fratrē suū: sed frater cū fratre cōtendit iudicio apud infideles. Quā siquidē apostoli seriē exponēs gloss. scđm Aug. Amb. & Greg. inquit sic, Secularia igitur &c. Sicut iam rephēdit eos, quia causas agebāt apud infideles cōtēptis fidelibus, ita nūc rephēdit eos, qđ contēptibiles iudices, licet fideles, cōstituebant, qui. Et quia debetis iudicare, igit si habueritis secularia iudicia, ideo dicit, si habueritis, quia nec habēda sunt, sed potius sunt cōtēnenda, si inqđ habueritis, cōstituite ad iudicādū illos cōtēptibiles, id est, indiscretos & uiles, qui sunt in ecclesia, qui hoc est, qđ uos fecistis. Vnde coacti fratres recurrerent ad illos, id est, ad infideles. Hoc redarguit in eis Apostolus, ironice eis loquēs, & quia nō decet fieri, adiecit, ad uerecūdiā uel ad reuerētiā uestrā dico, qui nō impetro, sed memoro, ut uerecūdemini, & debetis erubescere, quia nō est inter uos quisqđ sic, id est, adeo sapiēs, qđ possit iudicare inter fratrē suū, ut ita necesse sit, ut stultos statuatis iudices. Et hi tamen potius statuēdi sunt, qđ ad infideles iudices eatur, si desint sapiētes, sic inqđ nō est sapiēs, sed frater cū fratre cōtēdit in iudicio, qđ malū est, etiā apud infideles, qđ peius est, uel ita. Secularia igit, quia dixerat Apostolus, eos posse de his minimis iudicare, determinat, qui ad hmōi diffiniēda negotia sunt constituendi, scilicet contēptibiles qui sunt in ecclesia. Maiores enim spiritualibus intendere debent, qui, & quia iudicare debetis, igit hoc modo facite, si secularia negotia habueritis, illos constituite ad iudicādū, qui sunt in ecclesia cōtēptibiles, id est, aliquos sapiētes, qui tamē sunt minoris meriti, apostoli enim prädicando circumeuntes talibus non uocabant. Sapientes ergo qui in locis consistebāt fideles & sancti, nō qui hāc atqđ illāc propter euangelium discurrebant taliū negotiorum examinatores esse uoluit. A quibus nos excusare nō possumus & si uelimus, Christum enim testē inuoco, quoniā mallem per singulos dies certis horis manibus aliquid operari, & certas horas habere liberās ad legendū & orandū, uel ad agendū aliquid de diuinis literis, qđ tumultuosas perplexitates causarū pati de negotijs secularibus, uel iudicando dirimendis, uel interueniēdo prācidēdis. Dico cōtēptibiles cōstituite, hoc aut ad reuerētiā uestrā dico, ut uidelicet, hi terre-

nas causas examinent, qui exteriorum rerū sapientiā perceperunt, qui autē spiritualibus donis ditati sunt, terrenis nō debent negotijs implicari, ut dū nō cogūtur inferiora bona disponere, ualeāt bonis superioribus deseruire. Sed tamen curandū magno opere est, ut hi qui donis spiritualibus emicāt, ne qua cō proximorū infirmantiū negotia funditus deserant, sed hæc alijs, quibus dignū est tractanda committāt, uel per se gerant. Sunt autē hæc apostoli & sanctorū scripta notāda. Apparet enim ex ipsis primo, q̄ oēs contētionēs inter quascunq̄ personas, de his quę nō pertinent ad legē diuinam, sunt seculares & non spirituales, & ad seculare iudiciū pertinētes. Nam generaliter locutus est Apostolus, & sancti super hūc locū, nō faciētes differentiā, sicut nec est, inter contētionēs temporales seu ciuiles, quę sunt presbyterorū inuicē, & generaliter clericorū, aut quę sunt inter presbyteros & laicos, & inter eas quę sunt seculariū inuicem. Dicat enim quæso sophista & uocabulorum abusor, qui spirituale uocat, qđ est simpliciter seculare, scđm apostoli & sanctorū appellationē, si presbyter iniuriā inferens fratri, sacerdoti, siue non sacerdoti, uerbo uel facto, facit iniuriā spiritualement, magis ea quā laicus intulerit, hoc enim dicere derisio est, credere uero summa uesania, quippe, quoniā carnalior seu secularior & detestabilior est iniuria, quę per sacerdotem infertur illata per laicū. Nā turpius peccat & grauius qui aliū docere tenet, tā opere q̄ sermone, iniuriā nō inferre, quē admodū seriosius ostensum est viij. huius. Qđ autē seculares, nō spūales sint, & dici debeāt hmōi clericorū actus, aperte testatur Aug. in prædicta glossa, dū causas cōtētiōsas presbyterorū & clericorū, quę corā ipso agebātur, qui ep̄s erat, uocauit, tumultuosas perplexitates causarū de negotijs secularibus, non faciens harum causarū siue cōtentionum, differentiā, propter personarum conditiones. Hæc enim differentia, presbyteri scilicet, ac non presbyteri, quantū ad hoc accidētalis est, uelut ea quę circuli per aureū & argenteū, quā nullus artifex assignat, eo quod distinctionē nō efficit in effectu per se. Apparet secūdo qđ horū actuū iudiciū, aut iudicē esse, non est sacerdotū, & quod talē iudicem instituere nō plus, imò fortasse minus, ad ipsorū autoritatē pertinet, q̄ reliquorū fidelium, sed pertinet hoc ad fideliū uniuersitatem, quē admodū ostēsum est xv. primæ. Et p̄pterea dixit Apostolus, constituite, nec dixit alicui ep̄o uel sacerdoti, Constitue. Vbi nanq̄ agendū erat aliquid pertinet ad officiū sacerdotis seu ep̄i, id facere mādabat singulariter illi, nō multitudini fideliū, sicut presbyteros seu ep̄os, aut diaconos cōstituere, aut euāgeliiū prædicare, ac reliqua exercere officia, quę p̄pria sunt p̄sbytero aut pastori. Vnde ad Titū primo. Huius gratia

reliquite Crete, ut ea quæ defunt corrigas, quantū uidelicet ad doctrinā salutarem & mores. Et cōstituas per ciuitates presbyteros, sicut ego disposui, nō tamen dixit illi, Cōstitue iudicē negotiorū seculariū examinatorē. Nec Corinthijs scribens, dixit, Vobis cōstitue et ep̄s uel sacerdos, sed dixit Apostolus ad uniuersam fideliū multitudinē, Cōstituite, nō quidē imperās, sed cōsulens siue memorās, Vnde glossa super illud, Ad reuerētiā uestrā dico, inquit, quasi nō impero, sed memoro, ut uerecūdemini. Bene enim nouerat apostolus, tales iudices instituere, ad suū officiū minime pertinere, & eo minus, ad sacerdotē seu ep̄m aliū. Nec rursus ad huiusmodi officium exercēdū assumi cōsuluit presbyterū aut ep̄m quenq̄, sed oppositū magis, quoniā nemo, ut inquit, militans deo implicat se secularibus negotijs. Sed cōsuluit statui iudices, cōtemptibiles in ecclesia, id est de numero fideliū, eos qui nō erāt idonei ad euāgelizādū, quamuis non oēs, sed scđm gloss. sanctorū, illos terrenas causas exaimnare uoluit apostolus siue cōsuluit, qui exteriorū rerū sciētiā perceperūt, qui autē spiritualibus donis dotati sunt, nō debent terrenis negotijs implicari, qđ manifeste dicebat beatus Ber. ad Eugenū, de cōsideratione lib. i. cap. v. & pridem induximus cap. p̄cedēti. Obijciēt autē aliquis Aug. dictū, in superioribus glossis. Inquit enim ille, de seculariū contentiosorū actū iudicijs loquēs, à quibus nos excusare non possumus & si uelimus. Cuius etiā sententiā ibidem cōfirmās Greg. addit. Sed tamē curādū magno opere est &c. sed hæc scilicet, iudicia seculariū actū, quibus dignū est, tractāda committant ep̄i, uel per se gerāt: sic talia iudicare ac taliū iudices cōstituire, ad ep̄os seu presbyteros, in quantum hmōi pertinere uidetur, ex quo ab his scđm sanctorū sentētiā excusari nō possunt, & ipsis hoc magno curādū est opere. Nos autē ad hæc obiecta, & reliqua cōsimilia dicta sanctorū aut doctorū, dicamus, qđ antiquis tēporibus & iā dictorū sanctorū, ppter status sacerdotalis reuerentiā, & ipsorū moris siue uirtutis cōfidētiā, ac reliquas causas, de quibus diximus xxv. huius parte v. concessum fuit per fideles legislatores & principes, iudiciale officiū tertie significationis ep̄is & principalibus animarū pastoribus supra clericorū personas, & temporalia, ut minus uexarētur, aut turbarentur à diuinis officijs, & honestius in causis secularibus tractarentur. Et quoniam iam dictorū sanctorum aliqui cōstituti erant episcopi in prouincijs siue locis, quorū principes aut incolæ, supradictum iudiciale officium illis contulerant, nisi episcopatu renunciaissent, ab huiusmodi gerēda causarum secularium inter clericos cura, excusari nō poterāt rursus. Sed rursus dubitabit aliquis merito querens, cur uiri sancti, ut beatus Siluester, & aliorū plurimi

*Iudices secularis.*

*Quomodo diuitie in ecclesia irrepserint.*

iudi

iudicia & potestates seculares, ac tēporaliū possessionē & administrationē assumpserint, si talia presbyterorū, epōrum, & reliquorū euangelizatiū officio nō conueniūt neq; cōuenerint. Dicendum arbitror, scđm ueritates inductas prius, præsertim xviij. & xxv. huius, qđ fideliū ecclesia seu multitudo, modica existēs circa principiū & cōsequenter, etiā tēpore multo, à principatibus & subditis infidelibus persecutiones plurimas usq; ad mortalia martyria patiebat frequenter & in multa paupertate uiuebat. Propter qđ sancti epī ueri pastores ppter gregis salutē, augmētū, cōseruationē & sustentationē ab Imperatoribus fidelibus, deuotis, & sibi ppitijs, gratias, & fauores, cōcessionēs, seu priuilegia impetrabāt, aut oblatas suscipiebāt, nō quidem ut pensent, sed ut pdesse possent, & fidelē protegere populū atq; fouere. Sic ergo iudicia seculariū actuū inter clericos præcipue, ppter iam dictas causas sancti epī susceperūt. Sic etiā quorundā temporaliū administrationē absq; possessione siue dominio, seu autoritate uendicādi, curā acceperūt, ut posset hoc infideles pauperes redundare. Vnde Amb. de tradēdis basilicis, ubi supra. Si agros desiderat Imperator, potestatē habet uendicādorū, nemo nostrū interuenit, pōt pauperibus, collatio populi redū dare. Nemo ergo sacerdotū seu epōrum interueniebat p agris, quoniā Christum & apostolos imitātes, horū abdicabāt dominiū, pro fide uero agonizabāt constanter usq; ad mortē, quāuis moderni epī & præcipue Romanorū, pro agris & secularibus dominijs fortissime pugnent, & pugnas undiq; inē Christi fideles cōcitent, dicētes se in hoc iura spōsæ Christi defendere, cū tamen ipsius iura nō sint, sed iniuriæ, uerā spōsam, fidē uidelicet, doctrinā & mores defendere, ne per prauos usus aut actus, aut infideliū impetū corrūpāt, quasi otaliter negligentes, quēadmodū diximus xxij. huius. His ergo de causis, antiquis temporibus, huiusmodi officia & beneficia susceperūt sanctorū aliqui, quibus siquidē cōuenienter renūciare possent moderni, ad minus in cōitatibus fideliū. Sufficiens enim per principes ab oppressionibus defendit clerus, quinimò uix ab offensionibus in alijs reprimi pōt. Verū talibus renūciare secularibus officijs, possessioni atq; dominio tēporaliū nō est ppositū modernorū pastorū, sed p huiusmodi etiā armata pugnare potētia, nō solū habitis cōseruādis, uerū etiā p reliquis usurpādis, sicut quilibet quantumcūq; rudis sensu, si non alio, doceri pōt: uniuersitatem fideliū etiā quamplurimū scādalizantes, ex hoc ambitionis exemplo, non attendentes Christi comminationem, Matth. xviij. dum dixit, Qui scādalizauerit unū de pusillis istis &c. Vbi glossa secundū Hiero. Et quanq; generalis possit esse sentētia aduersus oēs, qui aliquem

*Iudicia secularia unde ad sacerdotes manarint.*

*Episcopi Rom.*

*Sponsa Christi.*

*Moderni pastores.*

scan

*Officia iudicialia à sacerdotibus reuocāda.*

scandalizant, tamen iuxta cōsequentia sermonis etiā cōtra apostolos dictum intelligi potest, qui interrogādo, quis maior esset, uidebātur inter se de dignitate cōtēdere. Et si in hoc uitio permāssent, poterant eos quos ad fidē uocabāt, per suū scandalū perdere, dum apostolos uiderēt inter se de honore pugnare. Quod autē de apostolis Hiero. dixit, intelligēdum est etiam de ipsorum successoribus omnibus, episcopis siue præsbyteris. Qui si tamē spōte huiusmodi officia iudicialia, & autoritatem distribuendi tēporalia relinquere nolint, ipsisq; abutātur, secūdum diuinam & humanā legem, licite possunt & debent principātes aut fideles legislatores eadē ab ipsis reuocare, quēadmodū demonstratum xv. primæ xvij. & xxi. huius. Quod autē obijciebat ex Apostolo primæ ad Corinth. ix. & secūdæ ad Thess. iij. Nunquid nō habemus potestatem &c. dissolutū fuit xiiij. huius. Talis enim potestas, ut ibi dicebat, non est iurisdictionis, sed licite petēdi secūdū legem diuinā, quamuis tamē nō in iudicio coactiuo, alimentū & tegmētum sibi debitum propter euāgelij ministracionem à potētibus exhibere. Ei uero quæ inducebat ex primæ ad Timoth. v. dū dixit Apostolus. Aduersus presbyterū nolī accipere accusationē &c. Dicēdū, hic Apostolū intellexisse, si debeat sacerdos publice increpari à suo superiori, pastore siue doctore, nō enim iurisdictionē coactiuam alicui sacerdoti uel epō in quenq; exercere mādauit, quoniā & hoc ad suā & cuiuslibet sui successoris autoritatē nō pertinere nouit Apostolus. Significauit autē Apostolus, correptionē quæ ad pastorē pertinet, solū esse uerbalem, in eo quod subdit, Peccantes corā omnibus argue, ut cæteri timorem habeant, nec dixit cape uel carcera, sed incorrigibiles sermone, docuit euitari. Vnde ad Titū iij. hæreticū hominem post primā & secūndā correptionē deuita, cum sit proprio iudicio cōdemnatus.

## DE SOLVTIONE RATIONVM EODEM TERTIO AD IDEM

etiam inductarum, & imperij Romani, ac alterius cuiuslibet principatus translatione, quātum secūdū rectā rationē fieri debet & potest.

## CAPVT XXX.



Elíquum uero & ultimum huius dictionis, est soluere rationes, quas etiā tertio huius induximus, ad astruendū errorem dicentium, iurisdictiones coactiuas ad presbyteros siue episcopos, ipsarumq; supremam omnium in hoc seculo, ad Romanum episcopum, inquantum huiusmodi pertinere. Ad earū ergo primā, cū dicebatur, Sicut se habet corpus ad animam, sic princeps corporis ad principem

pem animæ. Hæc propositio falsa est uniuersaliter sumpta. Nam quamuis aia distinguatur à corpore, quoniã anima nō est corpus, nullus tamen est corporis princeps, quin sit etiã animæ aliquo modo princeps, & econuerso, sumēdo principem proprie, quēadmodum apparet viij. & ix. huius. Si uero per principē corporis, secundum metaphoram intelligatur medicus, qui eius curam gerit tanquam doctor operatiuus, & quantum ad actus qui sunt particulæ irrationalis & nutritiue: per principem autem animæ, eum qui medicus est & doctor siue præceptor operatiuus, quantum ad actus partis rationalis & appetitiue tam in statu & p̄ statu præsentis seculi, quales sunt humanarum sciētiarū uel disciplinarū doctores, q̄ pro statu futuri seculi, quales sunt pastores & sacerdotes, posset iã dicta propositio indefinite sumpta cōcedi, quoniã uniuersaliter sumpta, semper instantiã multiplicē pateretur. Anima enim ad corpus, & rursus rationalis ad irrationalē, multas habet differentias, quas doctor aut curator secundum unam, non habet ad doctorem seu *Rationalis.* curatorem secundum aliam. Est enim rationalis ad imaginem trinitatis est syllogizans, irrationalis uero minime, nec tamen inter harum curatores seu doctores est huiusmodi differētia, sic & in alijs. Ea ergo in aliquo sensu cōcessa, ut uidelicet sicut anima rationalis & appetitiua nobilior est corpore, id est, animato secundum nutritiuam, in quātum huiusmodi, ita doctor uel curator animæ rationalis & c. dignior est eo qui curator & doctor irrationalis: siue etiam fiat comparatio hæc, inter doctorem animæ rationalis pro statu seu fine præsentis seculi tantū, ad eum qui eiusdem doctor est, principaliter pro statu, seu fine futuri seculi. Esto sic inquam, alterum altero perfectiorem esse, non ex hoc sequitur, ipsorum perfectiorem iudicem esse super imperfectiorem iudicio coactiuo, sic enim mathematicus princeps esset coactiuus medici, & plurima manifeste inconueniētia sequeretur ex hoc. Quod si per principē corporum intelligatur principans siue iudex hominum coactiuus, seu tertiæ significationis, in statu & pro statu siue fine præsentis seculi tātum, aut principaliter: per principem uero animarū eum qui iudex est secundum tertiã significationem principaliter pro statu seu fine uenturi seculi, sicut uidetur intēdere disputās, posset cōcedi cōparatio siue p̄portio secundū aliquē sensum, seu indefinite sumpta, quoniã uniuersali, ut prædiximus, multas pateret instantias. Et cū assumit corpus subest animæ uel irrationale oīno, aut scđm modū aliquē subest animæ, id est rōnali, simpliciter cōcesso scđm perfectionem subesse, nō ex hoc sequit̄ subesse scđm iurisdictionē, sic enim inferēs  
pecca

*Doctor dignior medico.*

peccaret secundum consequens. Esto tamen, quamuis nō propter argumentationem hanc principem corporum, id est, hominum iudicem coactiuū pro statu præsens seculi tantum, subesse secundū iurisdictionem iudici animarū coactiuo pro statu uenturi, non propter hoc sequitur, quenquam huius seculi principem, siue iudicem coactiuum, subesse secundum iurisdictionem alicui episcopo uel sacerdoti. Quoniam nullus episcopus aut sacerdos, inquantū huiusmodi est princeps, seu iudex coactiuus cuiusquam pro statu præsens seculi uel uēturi, quemadmodū iij. v. & ix. huius ostēsum est. Iudex enim coactiuus animarum, siue pro statu futuri seculi Christus est solus, unde Iacobi iij. quod nec repetere piget, Vnus est legislator & iudex, qui potest perdere & liberare. Hic autē neminem mortalē statuit iudicare irreuocabiliter, neminemq; punit aut præmiat in hoc seculo, sed punire aut præmiare in uēturo tantūmodo statuit, ut diximus & per scripturam probauimus ix. huius. Romanus autem episcopus cum reliquis etiam pastoribus est animarum doctor, quēadmodum medicus, nō iudex coactiuus aut princeps, ut ubi supra mōstrauimus per seriem euāgelicam, per Apostolum, Hilarium, atq; Chrysostomum, & ratione cogēte. Quæ uero amplius inducebatur ratio, quoniā sicut corporalia spiritalibus comparantur, sic princeps corporaliū ad eū qui spiritaliū, quia eidem quasi radici cum priore innititur, quasi eodem aut consimili modo repellenda est, maior enim instātiā patitur plurimas ad minorem, qua dicitur, Corporalia subdi spiritalibus, si accipiatur, subdi, pro esse minus perfectō, debet concedi iuxta proprias significationes horum nominū, temporale & spirituale. Cum uero subiūgebatur, Romanum episcopum esse principem siue iudicem spiritalium, si iudex sumatur secūdam primā iudicis significationem, utq; horum iudicator, speculatiuus aut operatiuus, uerum est, Romanum episcopum & alium quēlibet huiusmodi iudicem esse uel esse debere, & ex hoc concluditur, quod perfectior est eo qui iudicat tali iudicio de corporalibus tantum, præsertim propter bonitatē iudicatarum rerum, sed propter hoc non sequitur, iudicem spiritalium talem superiorem esse altero iurisdictione seu iudicio coactiuo. Sic enim qui animalia speculatur princeps esset siue iudex coactiuus astrologi uel geometræ uel econuerso, cum tamen neutrum sit nec necessariū neq; uerum. Si uero intendatur, Romanum aut quemuis alium episcopum, iudicem esse spiritalium secūdam tertiam significationem, uidelicet coactiuum, neganda est tanquam manifeste falsa, ut ex Iacobi iij. pridē induximus, & ix. huius, Solus enim Christus huiusmodi

*Christus iudex  
animarum.*

*Rom. episco-  
pus doctor.*



iulmodi iudex est, cui iudicem huius seculi quātum ad coactiuam iurisdictionem pro statu futuri seculi, nusquam negauimus neq̄ negamus subesse. Vnde Apostolus ad Ephes. vi. & Colloff. ultimo. Illorum & uester dominus est in coelis. Vbi tunc nullus erat apostolus, aut sacerdos nouæ legis, alter à Christo. Propter quod ab hoc iudice solo, iudicio coactiuo, iudicabuntur huius seculi iudices, & qui demeruerint arcebuntur per pœnam coactiuam, in alio seculo tamen, secundum suā legem, ut apparuit ix. huius, per equiuocationem, ergo huius nominis iudex, fallebat iā dictus paralogismus.

Ei autem argumentationi, quoniā sicut finis ad finem, lex ad legem &c. sic iudex ad iudicem negari posset, uniuersaliter sumpta. Ea tamen indefinite concessa, cum minore adiuncta, concluditur fortasse propter materiam, iudicem coactiuum secundum legem diuinam, superiorem esse ad iudicem coactiuum secundum humanam legem, quod concessimus prius. Quod si assumatur, Romanum aut alium quemuis episcopum iudicem esse secundum legem diuinam, distinguenda est oratio, secundum equiuocationem huius dictionis iudex. Et interimenda in sensu, secundum quam disputans concludere quærit, Romanum aut alium quenquam episcopum iudicem esse coactiuum in hoc seculo uel futuro secundum legem diuinam. Quæ uero ratio accipit, eum cuius actio nobilior est siue perfectior, non debere illi subijci secundum iurisdictionem coactiuam, cuius actio minus nobilis est, siue minus perfecta: hoc autem sustinet episcopi seu presbyteri actio, ad eam quæ principantis. Est enim nobilior & perfectior eucharistiam cōsecrare, cætera quoq̄ ministrare sacramēta ecclesiæ, quod est opus episcopi, siue sacerdotis, quàm de ciuilibus seu contentiosis actibus humanis iudicare atque præcipere, quod opus est principantis seu iurisdictionem coactiuam habentis solummodo, in quantum huiusmodi. Primam propositionem, recipit falsam & negandam uniuersaliter sumptam, quoniam nec aliter ratiocinatio formam conuenientem haberet. Minor etiā uniuersaliter sumpta, similiter pro quocunq̄, scilicet sacerdotio uel sacerdote, pateret instatiā. Non enim actio sacerdotum in alijs legibus nobilior est actione principantis, eius enim oppositum ostensum est xv. primæ, sed in sola lege Christianorum actio sacerdotum est aliarum perfectissima, quod tamen sola fide tenemus. Est igitur huius argumentationis prima propositio falsa, nihil enim prohibet, nobiliorem seu perfectiorem simpliciter habens actionē quantū ad aliquid, depēdere ab habente minus perfectam, & sic quod ad quid esse imperfectius. Corpus  
H enim

enim humanum, quod est perfectius simpliciter omni corpore simplici aut mixto, generabili saltem, quātū ad aliquid positū est, & minus perfectum, multis mixtis atq; simplicibus. Est etiam hic uidere in partibus eiusdem totius. Nam quamuis oculus sit membrum siue pars perfectior manu uel pede, quoniam perfectiorem efficit actionem, nil minus ab ipsis pendet & recipit aliquā actionem aut motum, è quoq; cōuerso, hæc ipsa dependent ab oculo, quoniam in finem ad quem mouent aut mouentur, diriguntur per ipsum. Sic etiam dicebat Apostolus primæ ad Corinth. xij. Non potest autem oculus dicere manui, opera tua non indigeo. Quo siquidem igitur seu proportionali modo, principatus etiam dependet ac recipit aliqua, per actiones aliquarū & inferiorum partium ciuitatis, de quibus diximus quinto primæ, quāuis non secūdū iudiciū coactiuum, tum tamen ipse secundum aliquid melius & perfectius à principatu dependeat & coactiuum iudicium, ut ostensum est xv. primæ. Sic ergo sacerdotium à principatu depēdet ac recipit, & principatus à sacerdotio. Recipit enim sacerdotiū à principatu iustificationem suorum ciuiliū actuum, & custodiā ab iniuria, ne siquidem hanc inferat alteri, nec illi ab altero inferatur in statu & pro statu præsentis seculi, quoniam hoc est officium principātis & nullius alterius partis ciuitatis, quemadmodum demonstratū est xv. primæ. Quod etiam expressit Apostolus ad Romanos xij. & prius induximus quinto huius, hoc etiam ad Timot. primæ, quinto cap. sensit cum dixit, Obsecro igitur primum fieri obsecrationes &c. pro regibus & omnibus qui in sublimitate sunt, ut quietam & tranquillam uitam agamus, id est, habeamus. Conuersa uice indiget ac pendet principatus ab actione sacerdotij, recipit enim ab hoc, doctrinam uidelicet cum sacramentis disponentibus homines in hoc seculo & contraria remouentibus ad salutem seu beatitudinem æternā pro statu uenturi seculi. Verum differenter inuicem has agunt & recipiunt actiones, quoniam princeps iudex coactiuus existens in hoc seculo dei ordinatione, quamuis immediate humani legislatoris aut alterius cuiusuis humanæ uolūtatis institutione suā actionem, per coactiuam potestatem, supplicium uel poenam inferēdo imprimere potest licite in sacerdotem, etiam non uolentem, si legis humanæ, non cōtrariæ diuinæ legi transgressor extiterit, ut demonstratum est quinto, & viij. huius, & xv. primæ. Episcopus autē siue sacerdos, quoniā secundum legem diuinā nō est iudex coactiuus cuiusquam in hoc seculo, ut xv. primæ, quarto, quinto, & nono huius ostensum est, sed iudex est secundum primā iudicis significationem, quasi do  
ctor

ctor operatiuus, ut medicus per suam actionem siue præceptum, neminem cogere potest, nec debet pœna uel supplicio reali aut personalis, secundum uitam præsentem. Sic igitur falsa fuit prima propositio iam dictæ argumentationis, qua sumebatur, Omne quod perfectiorem efficit actionem, secundum iurisdictionem non debere subesse minus perfectâ actionem agenti. Cû dictis enim ad ipsam sequitur per necessitatem aliud manifestum inconueniens, falsum uidelicet, nullum speculatiuum artificem, aut saltem primum philosophum, seu metaphysicum subesse iurisdictioni principantis secundum legem humanam, Cum nullus habituum operatiuorum aliorum à fide in principante uel alio, aut actio proueniens ab hijs, sint æque perfecti habitui philosophi primi, aut actioni proueniēti per illum, quo tamen carere contingit principantem sufficientem & recte etiâ institutum. Quod aut posterius obijciatur, incōueniens uideri, uicariū Christi singularem Romanū episcopū, aut quemuis apostolorū successorem aliū, subesse debere iudicio coactiuo principantis secundum legem humanam. Dicendum, nullum inconueniens, uicarium alicuius, illi uel consimili subesse iudici, cui dominus eiusdem uicarij sponte subesse decreuit, propter conuenientem seculi huius ordinationem obseruandum. Christus enim deus & homo, sub Pilati Pontij, principantis secundum legem humanam, uicarij iudicium coactiuum sponte subiuit, sic etiam & apostoli sancti fecerunt, & alios facere præceperunt secundum legem diuinam, quēadmodū liquide ostensum est per scripturā & dicta sanctorum atq; aliorum doctorum .iiii. & .v. huius, & in .xxvij. repetitū. Vnde etiam cum seruus nō sit maior domino, nec apostolus, eo qui misit illum, ut ex scriptura per Bernar. induximus, .xxvij. huius (Bernardus enim hæc inter cætera ad Eugenū de cōsideratione li. primo, cap. quinto. Itā ne, inquit, Imminutor est dignitatis seruus, si nō uult esse maior domino suo: aut discipulus, si non uult esse maior eo qui se misit: aut filius, si nō trāsgredit terminos, quos posuerūt patres sui: Quis me constituit iudicem: ait ille magister & dominus, & erit iniuria seruo discipuloq; nisi iudicet uniuersos.) nullū incōueniēs, sed ualde conueniens, quinimò necessarium ad ciuilitatis, seu politix quietē, omnem episcopū atq; presbyterū & clericum subesse iudicio coactiuo, principantium secundū legem humanam, huius uero contrarium, incōueniens omnino est & importabile, sicut demonstratum est decimo septimo primæ, & ubi supra in hac pridem cōfirmatū testamētis æternis. Adhuc quoniā Romanus aut quiuis episcopus, non est Christi uicarius, seu minister ad omne officium

Hæc uerba reddunt.

*Princeps dei  
uicarius.*

exercendum in hoc seculo, sed secūdū determinatum, uerbi causa, Sacerdotium, in quo siquidem in quantum huiusmodi, non attenditur coactiuum iudicium, inferius aut superius secūdum ipsum, ut ex Aristotele induximus palam, ix. huius, parte viij. principans uero secūdū legem humanā dei uicarius seu minister est, secūdū principatus officiū, in quo superius & subiectum attēditur quantū ad coactiuam potestatem, unde ad Romanos xiij. neminē excipiens Apostolus, episcoporum aut presbyterorum, inquit, Omnis anima subdita sit potestatibus sublimioribus, causam subiūgens, Dei enī minister est. Ecce uicarium dei, non uiolentū, sed coactiuum malorum, in hoc seculo. Vnde subdit, Vindex in iram & qui malū agit. Sed malum agere potest episcopus aut sacerdos, quibus nūquam Christus aut apostolus aliquis, opere seu exemplo uel sermone, alium iudicem assignauit, ut in hac, ubi supra mōstrauimus. Ei uero, quæ per modum cōclusionis proponitur, instātiæ, quod si expediat principantes secūdum autoritatem humanam corrigere, dum delinquent in diuinam aut hominum legem, non uideri hos corrigi posse conuenienter, cum superiore careant in politia, primi saltem, aut primus ipsorum. Et propterea eos subijci debere sacerdotum, aut episcoporum iudicio coactiuo. Dicendū, quod principans delinquens in diuinam aut humanam legem corrigi potest & debet, conuenienter per ministrum ecclesiasticum, episcopum, siue presbyterum per sermonem exhortatorium aut increpatorium, modestū tamen iuxta doctrinam Apostoli, secundæ ad Timothæum secundo, & quarto, & Chrysostomi explicationem, quam induximus nono huius, per coactiuam uero potestatem nequaquam. Quoniā hæc ad episcopum uel sacerdotem in quantum huiusmodi, super quēquam in hoc seculo minime pertinet, ut sæpe probatum & repetitum est in prioribus dictis. Corrigere uero principātem ppter excessum in leges, & in quantum in legē humanā, ut in decimo huius diximus, secūdum legem tamē humanā, & arcere quoq; si oporteat, poena uel supplicio temporali, ad solius humani legislatoris autoritatem pertinet, uel ad hoc statutorum ab illo, ut xviij. primæ sufficienter ostensum putamus. Quæ autem finaliter addebat deductio, quoniam secūdum iurisdictionem ille superior est ad Romanum Imperatorem, ipsumq; de iure instituere atq; deponere potest, qui transfudit imperium à Græcis in Germanos in persona magni Karoli, ut iam dictum est, hic autē est papa Romanus, ergo Imperatore superior, ipsumq; instituere atq; deponere de iure pōt. Dicendū, quod si maior indefinite sumatur, ex ipsa cū minore nihil infertur, propter non fieri syllogismum

*Quomodo pri-  
nceps corrigent-  
dus.*

fieri similem ex indefinita cum particulari. Si uero sumatur uniuersaliter, ut dicatur, Omnis translator imperij Romani à Græcis in Germanos, superior est &c. nisi determinetur subiectū, quàm plures haberet hæc propositio ueras instantias. Si enim quis de facto & non de iure trāstulisset imperium, aut si aliena, ceu sibi ab altero tunc data potestate ad hoc, tanquam procuratori uel quasi, qui sic inquam trāstulisset, non propter hoc solus superiorem iurisdictionem haberet, nec potestatem iustam, Romanū principem instituendi aut deponēdi. Sic uero determinata iam dicta priori propositione, ut omnis mortalis qui trāstulit aut transferre potest Romanum imperium à Græcis in Germanos iuste, autoritate propria, nō sibi concessa per alterum, superior est secundū coactiuā iurisdictionem ad Romanum principem, ipsumq; iuste instituere atq; deponere potest, sic ipsa cōcessa. Quæ huic annectitur secūda, uidelicet, Romanus episcopus siue papa est qui trāstulit imperium, ut dictū est, neganda est tanquam omnino falsa. Nā eius opposita demonstrata est xv. primæ, & rursus tam ipsius quàm ex ipsa illatę cōclusionis oppositum, per scripturam & dicta sanctorum atq; catholicorum doctorum certificatū est quarto huius & quinto, & repetitum in alijs plerisq; locis: sicq; obseruatū de facto sine reclamatione fuisse per antiquos patres & pastores Romanos episcopos, persuasimus xxi. huius ex approbatis historijs. Quod autem scribitur in septimo quarūdam narrationum, quas Decretas appellāt de iure iurando, & in epistola quadā uocati iam papæ Romani, ad inclytum Ludouicum ex Bauarię ducibus, Romanorum regem assumptum per sedem apostolicam siue Romanū papam uel solum, aut cum suorum collegio clericorum, Romanū imperium à Græcis ad Germanos, in persona magni Karoli fuisse trāslatū rationabiliter siue iuste, supponatur ad præsens, quamuis nō ipsorum autoritate propria, hac enim translatione quātum de facto præcesserit, dicturi sumus in altero quodā ab hoc tractatu seorsum. Esto igitur imperij translationē à Græcis in Germanos iuste factā. Dico tamen quod non autoritate Romani papæ solius, aut cum suo solo collegio clericorum, ut pridem diximus. Et propterea oportet attendere secundum demonstrationes inductas xij. xij. & xv. primę, quod eiusdem est autoritas prima, secundū rationem rectam intendentibus leges humanas statuēdi, principatū instituendi, principē assumēdi, autoritatē illi cōcedēdi, & hæc omnia mutādi, destruēdi, augēdi, uel minuēdi, suspendēdi, corrigendi, deponēdi, trāsterēdi, reuocādi, & reliqua faciēdi circa ea, quæ iā dictā autoritatem habenti principali

ter non ab altero expedire uidentur, & per suam expresserit uoluntatem. Cuius autē sit autoritas supradicta, determinatum est duodecimo, & decimo tertio primæ. Propter quod ubicunq; legatur & à quocunq; dicatur trāslatum fuisse imperium, aut alter quicunq; principatus uel princeps aliquis qui per electionē assumitur, institutus per papam uel aliā personam singularem, aut per collegium singulare aliquod prouinciæ siue regni. Si uera debeat esse scriptura uel sermo & ualida seu iusta institutio, siue translatio talis, oportet fieri aut factam esse autoritate legislatoris primi in prouincia uel prouincijs, super quas, à quibus, & ad quas debet institutio aut translatio fieri aut facta fore. Ideoq; si translatio imperij Romani uel Imperatoris alicuius institutio, dicatur aut scribatur rite facta fuisse per papam Romanum solum, aut per ipsum cum suo solo collegio clericorum, & uerum sit huiusmodi dictum aut scriptū, oportet translationem aut institutionem iam dictam per ipsos intelligere factam, per autoritatem illis cōcessam ad hoc à Romani imperij legislatore humano supremo, per medium, aut sine medio, uel ab eis quidem non factam simpliciter, sed modo quodam, ut publicatam uel pronunciatā, autoritate tamen prædicta. Transtulit enim fortasse aut instituit circa imperiū aliquid legislator prædictus, qd' postmodum soli papæ Romano tanquam reuerentiori personæ uniuersitatis humanæ, uel sibi cum suis sacerdotibus, uelut uenerabiliori clericorum collegio pronunciantum & publicandum commisit, non quidem propter facti uel fiendi necessitatem, sed solennitatem tātummodo, cum translationes principatus legum & principantium institutiones, similiter & officia ciuilia reliqua, in quantum huiusmodi quantum ad eorum robur, ex sola legislatoris iam dicti electione seu ordinatione dependent, ut demonstratum est xij. & decimo tertio primæ, ac xxvi. huius, parte quinta, cum declaratione quadam nō inutiliter repetitum. Sic quoq; per omnia sentiendum, de institutione officij principum eligentium Imperatorem Romanum, non enim aliam in hoc, neque ab alio

habent autoritatem, neq; ab ipsis per alium suspendi uel reuocari potest, quàm à supremo imperij Romani humano legislatore prædicto.

De ppositis quidem igitur dubitationibus tertio & uigesimo septimo, huius, sic pertrāsisse sufficiat.

Et finem imposuisse quæsitis.

# DEFENSORIS

PACIS DICTIO SEV PARS TERTIA,  
quæ est index præmissarum.



DE REMEMORATIONE PRINCIPALITER INTENTORVM

& determinatorum, dictione prima & secunda & dictorum cum dicendis consequentia quadam.

CAPVT PRIMVM.



Voniam autē in prioribus regnorum & cōmunitatū quarūdam singularem ciuilem discordiæ, seu intranquillitatis iam existentem assignauimus causam, omniumque reliquarum, nisi prohibeatur, futuram, existimationē, desiderium, atque conatū, quibus Romanus episcopus & suorum cœtus clericorū, singulariter ad seculares tendunt principatus, & temporalia possidenda superflue. Quorū etiā supremum omnium sibi uendicare nititur memoratus episcopus ex eidem præcipue, ut asserit, concessa per Christum, in persona beati Petri, plenitudine potestatis, ut in ultimo primæ diximus, & in plerisque Dictionis secundæ capitulis non inconuenienter extitit repetitum: Cum tamen nullus principatus seu cuiusquam coactiuum iudicium in hoc seculo, nedum supremum omnium illi conueniat, necque alteri cuiquam episcopo, sacerdoti uel clerico, in quantum huiusmodi, communiter aut diuisim: Veluti uis certis humanis demonstrauimus duodecimo, xiiij. & xv. primæ. Idemque quarto & quinto secundæ firmauimus testimonijs ueritatis æternæ, nec non sanctorum eius interpretum expositionibus, ac plurimorum approbatorum eiusdem doctorū, postque etiā sexto & septimo Dictionis secundæ assignauimus ex scripturis & rationibus certis. Quæ, quantum sit, ac in quibus sacerdotum, seu episcoporum potestas. Quibus omnibus etiam aut ipsorum alicui, ostendimus eiusdem xxiiij. nec communiter uel diuisim, quam sibi sumpserant, præsertim Romanus episcopus, cōuenire plenitudinē potestatis. Propter quæ malignitatis illius singularis in dictis proœmialiter sepius nominatæ

H iiij suffi

sufficienter radices succisæ uidentur. Nunc, ut quos hæctenus pestilentia hæc regnis, & communitatibus palmites, & germina discordiæ siue litis adduxit, nec inducere cessat, arefcant citius, & de cætero propagari non ualeant: ex iam præmissis dictionibus, reliquam & tertiam producemus: Quæ nil aliud erit, quàm ex antea positis per se notis uel demonstratis necessaria & explicita illatio, conclusionū quarumdā, quibus adhibita diligenti attentione meditationis & opere, supradicta pestis, eiusq; sophistica causa, non difficulter excludentur à regnis, ipsisq; deinceps ad ea, reliquasq; ciuitates præcludetur ingressus.

## DE CONCLUSIONVM QVARVNDAM EXPLICITA

illatione, ad determinata in prioribus dictionibus de necessitate sequentium, quarum attentione facilius assequi possunt principātes & subditi finem per hunc librum intentum.

## CAPVT II.

Harum autem inferendarum conclusionū hanc primam ponemus.

## CONCLUSIO PRIMA.

**S**olam diuinam seu canonicam scripturam, & ad ipsam per necessitatem sequentem quancūq; ipsiusq; interpretationem ex communi concilio fidelium factam, ueram esse, ad æternam beatitudinem consequendam necesse credere, si alicui debite proponatur, huius siquidem certitudo est, & sumi potest. xix. secundæ.

## CONCL. II.

**L**egis diuinæ dubias diffinire sententias, in his præsertim, qui Christianæ fidei uocantur articuli, reliquisq; credendis de necessitate salutis æternæ, solum generale concilium fidelium, aut illius ualentiorum multitudinem, siue partem determinare debere, nullumq; aliud partiale collegiū, aut personā singularē cuiuscunq; conditionis existat, iam dictæ determinationis autoritatē habere. huius autem certitudo habetur uigesimo secundæ.

Con



## CONCLV. III.

**A**D obseruanda præcepta diuinæ legis, pœna uel supplicio temporali, seu præsentis seculi nemo euangelica scriptura cõpelli præcipitur, nono secundæ.

## CONCL. IIII.

**S**olius nouæ legis diuinæ præcepta, uel ad ipsa per necessitatem sequentia, & quæ secundum rectã rationem fieri aut omitti conuenit, propter æternam salutem necesse seruari, antiquæ uero legis nequaquam omnia, nono secundæ.

## CONCL. V.

**I**N diuinis nouæ legis præceptis, aut prohibitis, neminem mortalem dispensare posse, permissa uero prohibere, obligando ad culpam aut pœnã pro statu præsentis seculi uel uenturi, solũ posse generale conciliũ, aut fidelẽ legislatorem humanũ, nullumq; aliud partiale collegium, uel singularem personam cuiuscunq; conditionis existat, duodecimo primæ, & ix. secundæ, & xxi. secundæ.

## CONCL. VI.

**L**egislatorem humanum, solã ciuium uniuersitatem esse, aut ualentiores illius partem, duodecimo & xiiij. primæ.

## CONCL. VII.

**D**ecretales uel Decreta Romanorum, aut aliorũ quorumlibet pontificum, cõmuniter aut diuisim absq; concessione legislatoris humani cõstituta, neminem obligare pœna uel supplicio temporali, seu seculi huius, duodecimo primæ, & xxviij. secundæ.

## CONCL. VIII.

**I**N humanis legibus solum legislatorem uel illius autoritate alterum dispensare posse, duodecimo primæ.

## CONCL. IX.

**P**incipatum electũ aut alterum qualecunq; officium, à sola electione autoritatem habentis ad illam, nullaq; alia cõfirmatione seu approbatione pẽdere, duodecimo primæ, & xxvi. secundæ.

## CONCL. X.

**C**uiuslibet principatus aut alterius officij, per electionem instituti, præcipue uim coactiuã habentis, electionem à solius legislatoris expressa uoluntate pendere, duodecimo primæ, & xv.

## CONCL. XI.

**S**olum unum numero supremum principatum esse debere in ciuitate uel regno, decimosẽptimo primæ.

## CONCL. XII.

**P**ersonas & ipsarũ qualitatem ac numerũ ad officia ciuitatis, sic quoq; ciuilia omnia determinare, ad principantis fidelis autori

tatem secundum leges aut probatas consuetudines, tantum modo pertinere, duodecimo & quintodecimo primæ.

CONCL. XIII.

**N**Vllum principantem, eoque minus collegium partiale uel singularem personam cuiuscunque conditionis existat, alienorum actuum monasticorum aut civilium absque mortalis legislatoris determinatione, imperii plenitudinem seu potestatis habere, undecimo primæ, & uigesimo tertio secundæ.

CONCL. XIII.

**P**incipatum seu iurisdictionem coactiuam, supra quenquam clericum aut laicum, etiam si hæreticus, extet nullum episcopum uel sacerdotem, in quantum huiusmodi, ullam habere, decimo quinto primæ, quarto, quinto, & nono, ac decimo secundæ.

CONCL. XV.

**S**Vper omnem singularem personam mortalem cuiuscunque conditionis existat, atque collegium laicorum ac clericorum, autoritate legislatoris solummodo principem iurisdictionem tam realem quam personalem, coactiuam habere, decimo quinto, ac decimo septimo primæ, quarto, quinto, octauo, ac uigesimo primo secundæ.

CONCL. XVI.

**E**Xcommunicare quenquam aut diuinorum officia interdicare, absque fidelis legislatoris autoritate, nulli episcopo uel sacerdoti aut ipsorum collegio licere, sexto & uigesimo primo secundæ.

CONCL. XVII.

**O**Mnes episcopos equalis autoritatis esse immediate per Christum, neque secundum legem diuinam conuinci posse, in spiritualibus aut temporalibus præesse inuicem uel subesse, decimo quinto, & decimo sexto secundæ.

CONCL. XVIII.

**A**Vtoritate diuina, legislatoris humani fidelis interueniente consensu seu concessione, sic alios episcopos communiter aut diuisim excommunicare posse Romanum episcopum, & in ipsum autoritatem aliam exercere, quemadmodum est conuerso, sexto, xv. & xvi. secundæ.

CONCL. XIX.

**C**oniugia seu matrimonia diuina lege, noua præsertim, prohibita, per mortalem neminem dispensari posse, humana uero lege prohibita, ad solius legislatoris, uel per ipsius principatem autoritate pertinere, duodecimo primæ, & uigesimo primo secundæ.

CONCL. XX.

**N**atos non ex legitimo thoro seu matrimonio, legitimos facere, sic, ut hæreditarie succedere possint, aliaque suscipere ciuilia  
&

& ecclesiastica officia & beneficia ad solū fidelem legislatorem no-  
scitur pertinere. ubi supra immediate.

CONCL. XXI.

**A**D ecclesiasticos ordines promouendos, ipsorumq; sufficienti  
am iudicare iudicio coactiuo, ad solum legislatorem fidelem  
spectare, ac sine ipsius autoritate quenq; promouere ad hoc, cuiq;  
sacerdoti uel episcopo non licere. decimoquinto primæ, & decimo  
septimo, & uigesimo primo secundæ.

CONCL. XXII.

**N**Vmerum ecclesiarum siue templorum, ac in ipsis ministrare  
debentium, sacerdotum, diaconorum, & reliquorum officiali-  
um, ad solum principantem secundum leges fidelium pertinet men-  
surare. ubi supra immediate.

CONCL. XXIII.

**E**Cclesiastica officia separabilia solius fidelis legislatoris autori-  
tate debere cōferri, & similiter auferre posse, sicut quoq; benefi-  
cia, & propter pias causas reliqua cōstituta. decimoquinto primæ,  
decimosextimo, & uigesimo primo secundæ.

CONCL. XXIII.

**N**Otarios aut alios officiales publicos ciuiles statuere, ad nullū  
episcopum pertinere, inquātum huiusmodi, communiter aut  
diuulim. decimoquinto primæ, & uigesimo primo secundæ.

CONCL. XXV.

**D**Ocendi aut operandi publice secundum artem aut discipli-  
nam aliquā, neminem episcopum, communiter aut diuulim,  
inquātum huiusmodi, licentiā concedere posse, sed hæc ad legisla-  
torem saltem fidelem aut eius autoritate principantem, tātummo-  
do pertinere. ubi supra immediate.

CONCL. XVI.

**P**romotos ad diaconatum aut sacerdotium, reliquosq; deo irre-  
uocabiliter cōsecratos in ecclesiasticis officijs & beneficijs, cete-  
ris non sic consecratis debere præferri. decimoquarto secundæ.

CONCL. XXVII.

**E**Cclesiasticis temporalibus, expleta sacerdotum & aliorū euan-  
gelij ministrorum, & his quæ ad cultum diuinum pertinent, ac  
impotentum pauperum necessitate, licite ac secundum legem diui-  
nam, pro communibus seu publicis utilitatibus, aut defensionibus  
uti posse legislatorem humanum totaliter & in parte. decimoquin-  
to primæ, & decimosextimo & xxi. secundæ.

CONCL. XXVIII.

**C**Vncta temporalia quæ ad pias causas seu misericordiæ ope-  
ra statuta sunt, ut quæ testamentis legantur pro ultra marino  
tran

transitu ad resistendum infidelibus, aut pro captiuorum ab ipsis redemptione, uel pauperum impotentum sustentatione, cæterisque similibus, ad solum principantem secundum legislatoris determinationem ac legatis, uel aliter largientis intentionem, disponere pertinet. ubi supra immediate.

CONCL. XXIX.

**C**ollegij cuiuscumque uel religionis uacationem concedere, ipsamque approbare uel reprobare, ad auctoritatem pertinet solius legislatoris fidelis. decimoquinto primæ, decimoseptimo, & uigesimo primo secundæ.

CONCL. XXX.

**H**æreticos, omnesque delinquentes, & arcēdos pœna uel supplicio temporali, iudicare iudicio coactiuo, pœnasque personales infligere, ac reales exigere, ipsasque applicare, ad solius principantis auctoritatem pertinet, secundum legislatoris humani determinationem. decimoquinto primæ, octauo, decimo, & xxi. secundæ.

CONCL. XXXI.

**N**eminem subditum & per iuramentum licitum alteri obligatum, absque causa rationabili per fidelem legislatorem tertiæ significationis iudicio iudicanda, per episcopum aut presbyterum aliquem solui posse, huiusque oppositum aduersari sanę doctrinæ. sexto, septimo, & uigesimo sexto secundæ.

CONCL. XXXII.

**E**piscopum, aut ecclesiam aliquam metropolitanam simpliciter omnium statuere, atque priuare seu deponere ab huiusmodi officio, ad solum generale concilium fidelium omnium pertinere. uigesimo secundo secundæ.

CONCL. XXXIII.

**G**enerale concilium, aut parziale sacerdotum & episcoporum, ac reliquorum fidelium per coactiuam potestatem congregare, ad fidelem legislatorem aut eius auctoritate principantem in communitatibus fidelium tantummodo pertinere, nec in aliter congregato determinata uim aut robur habere, ad obseruationem quoque neminem obligare temporali aut spiritali pœna uel culpa. decimoquinto, & decimoseptimo primæ, & octauo, & uigesimo primo secundæ.

CON

## CONCL. XXXIII.

**I**eiunia & aliquorum ciborū prohibitiones, solius generalis concilij fidelium, seu fidelis legislatoris autoritate fieri debere. Opera quoque mechanicarum artiū ac doctrinas disciplinarum, quæ lege diuina, nulla dierum exerceri prohibita fuerint, solum prædictum concilium seu legislatorem prædictum, interdicare posse, ad obseruationem quoque talium, arcere pœna uel supplicio temporali, solum legislatorem fidelem, aut eius autoritate principatē. decimoquinto primæ, & uigesimo primo secundæ.

## CONCL. XXXV.

**C**anonizari, aut tanquam sanctum adorari quempiam, per solum generale cōcilium statui & ordinari debere. uigesimo primo secundæ.

## CONCL. XXXVI.

**E**piscopis, aut presbyteris alijsq; templorum ministris, si uox res interdicare conuenit, reliqua quoque circa ecclesiasticum ritum, per generale solum fidelium concilium id statui & ordinari, at illud solum collegium aut personā in hoc cum prædictis dispensare posse, cui data fuerit eius autoritas per cōcilium supra dictū. ubi supra immediate.

## CONCL. XXXVII.

**A** iudicio coactiuo, episcopo uel sacerdoti concesso, semper ad legislatorem contendentem liceat appellare, uel ad eius autoritate principantem. decimoquinto primæ, & xxiij. secundæ.

## CONCL. XXXVIII.

**P**erfectionem euangelicam summæ paupertatis seruare debentem, nihil immobilium in sua potestate habere posse absq; determinato proposito, quodlibet tale habitum uēdēdi, cum primum potuerit, preciumq; pauperibus tribuendi, mobilis autem, aut immobilis rei nullius habere dominium seu potestatem, cum proposito scilicet uendicandi eam coram iudice coactiuo ab auferēte uel auferre uolente. decimo tertio, & xiiij. secundæ.

## CONCL. XXXIX.

**E**piscopis, reliquisq; ministris euangelicis quæ ad alimentum & tegumētū necesse fuerint, saltē quotidiana uitæ, quæ ministrat euangelium, multitudo uel persona singularis, secundum legem diui

DEFENSORIS PACIS AD IMP. CAES. LVDO

diuinam & suam possibilitatem exhibere tenetur, decimas uero uel alterum quid aliud, si super fuerit dictorum ministrorum necessitati supplendæ, nequaquam, decimo quarto secundæ.

CONCL. XXXX.

**L**egislatores fideles, aut eius autoritate principantes, in subiecta sibi prouincia compellere posse tam episcopos quam reliquos euangelicos ministros, quibus de sufficiëntia uictus & tegmenti prouisum est ad diuina officia celebranda & sacramenta ecclesiastica ministranda, decimo quinto primæ, & octauo secundæ.

CONCL. XXXXI.

**E**piscopum Romanum & alium quemlibet ecclesiasticum, seu spirituales ministros, secundum legem diuinam per solum fidelem legislatorem, aut eius autoritate principantem, uel fidelium generale concilium ad officium ecclesiasticum separabile promoueri debere, ab eodem quoque suspendi atque priuari, exigente delicto, decimo quinto primæ, & uigesimo secundo secundæ.

CONCL. XXXXII.

**P**ossent autem aliæ quam plures & utiles conclusiones ex prioribus diuisionibus per necessitatem inferri, quas tamen deduximus, contenti sumus, quoniam ad prædictam pestem cum ipsius causa succidendam facilem atque sufficientem præbent ingressum.

DEFENSORIS PACIS TERTIAE DICTIONIS FINIS.

AD LECTOREM OPERIS PERORATIO.

**H**Abes candidissime lector Opus, & si imperitum fortassis sermone, non tamen aspernanda prudentiæ, quod ipsi, eius auctori, Defensorem pacis placuit inscribere, eo quod in illo colligerit atque digesserit, haud quaquam otiose omnes eas rationes, quibus potissimum imperia, seu quævis aliæ ciuiles hominum inter se societates optime cõtinentur atque fœderentur, perpetua quadam magistratum, multitudinisq; gratia, citra ullum seditionis & discordiæ metum firmata, utrisq; iuribus suis ueluti limitibus certis se continentibus, & neutris aliquid, præter id quod legibus licet sibi arrogantibus. Quæ una cõsentio inter ordines, plus æquo negligenter habita, dum alteri alteros licentius ledunt, quantum malorum, procellarumq; semper exciuerit, nõ in rebus modo profanis, uerum etiam ecclesiasticis, cum maiorum nostrorum, dum etiam hæc tempora presentia multis ob hoc agitata incõmodis, palàm probant. Quibus malis, utinam ante deploratam penitus salutem, mederentur, qui merito deberent, & possent.

Tu uero optime lector, hunc hortor, Defensorem pacis, studiose euoluas, inuenies in eo, expressissimam horũ temporum imaginem, & eadem Romanistarum tyrannide, quã nunc grauantur omnes boni, non sine funesta reipublicæ iniuria, diuexatos, iactatosq; etiam antehac, optimos quosq; perpetuo Cæsares.

## ABSOLVTVM EST

OPVS HOC ANNO INCARNATI VERBI SESQVIMILLE-

simo xxij. nullo magis q̃ iuandæ p̃uirili Christianæ reip. studio, in his maxime negotijs, quibus, non primum nunc exercetur à spiritualibus tyrannis, & quidem parũ feliciter, quo huiusmodi ueterũ historijs pluribus ob omniũ oculos positus, ipsa sese tandem sic ueritas aperiret, lucemq; tenebris deterfis, aliquãdo reciperet. Proinde Lector æquissime quod animo certe optimo fecimus, æqui etiam bonicq; consule.

